Seruitus Mariandina. folio. liii.
Seruorum ſugillatio. liii.
Serui ſcytharum. 81.
Seruorum vrbs quę græce dulopolis. 81.
Serus iber. xciiii.
Seſamos. lxv.
Seſoſtris. lxxii.
Seſoſtris ſtatua. ibidem.
Setina vina. j.



Sibila. xxxvj.
Sic tandem non ſectantem legendum. iiij.
Sydera humore paſci exiſtimata. lj.
Syderum paſtus. xxiiij.
Syderum ortus triplex.folio. xviij.
Sidon. lxxx. lxxxj.
Signa frontis. lv.
Signa militaria Romanorum. lxxix.
Sileni imago. lxviij.
Silentia menſę xlvij.
Symplegades. ij.
Symphoniaci nautarum ſerui. lxv.
Simulacra ſcirpea deiecta. folio. xliiij.
Sindi. lxxxj.
Sindones. lxxxj.
Sindones. xciiij.
Syndones. xciiij.
Syndromades. ij.
Sinope. lxvj.
Syrinx. lvj.
Syrtes lxij.
Siſymbria folia. cx.
Siſtere. lxviij.
Siſtrum. lvij.
Smaragdorum ſpecies variæ. xciiij.
Sola plurale. lviij.
Soles. xlvij.
Sol a qbus cultus. xliij.
Solis ſtridor. xxiiij.
Sol nõ igneus. lxviij.
Solẽ adorantia diuerſa animantia. lxix.
Solis filij. lxix.
Solis equi. xxv. lxxiij.
Sol Scytharũ deus. lxxx.
Solis proles. xcix.
Solymi. iij.
Somnus ſcribitur ſopnus
Sophis. lxxx.
Sophroneſter lapis ſopnifer. lxxxix.
Sopnus Argi. lvij.
Sopni cornua: Conſanguineus:& natura. cvij.
Sopnifer lapis Sophroneſter. lxxxix.
Soporifera virga. xcix.
Sorores Phaetontis. lxxij.
Spicula. xlvj.
Stacte. cxij.
Statę cerimonię. xxxj.
Statij lo. xij. xiij.xxiiij.
Statij lo. lxxxiij.
Statio. cxij.
Stator. lxviij.
Statura Arãthæ. liij.
Statuarum erectio. xliiij.
Stellarum paſtus. xxiiij.
Stella autumnalis. xcij.
Stęnoſtoma. cix.
Sthelenus. lxv.
Sthelenus. lxxiiij.
Stymphalidũ vis. xiij.
Styrus. xlv.
Strabonis locus iij.
Stratagema Melãthi. xciij.
Strophades. lviij.
Sub dio. xxvj.
Subijt. liij.
Sus Iouis nutrix. lxx.
Sus ſcythis regijs viléſcit. folio. lxxxj.
Suſa. xc.
T Syllaba finalis cõmunis.xcv.
Tãges. lxxxvj.
Taygetus. lxiiij.
Talaus. lxxj.
Tamaritę. lxxxiiij.
Tanais. lxij.bis.
Tangere aras xliiij.
Tapetum. vij. xciij.
Taras. lxxxij.
Targitaus. lxxix.
Taurica regio. xxviij. cx.
Tauri ab Hercule cæſi. folio. iiij.
Tauri ardentes xcvj.
Telamon Leoni comparatur. lxxxviij.
Telorum bellicorum inuentores. lxvj.
Telum. xxxix.
Temerarij. cij.
Tempe eloria. lxxxij.
Tempe. cxiij. cxiiij.
Tene inſula. lix.
Tenor. lxxxiiij.
Tenus cum actõ. xvj. cij.
Ter armati. xlj.
Ter quater. xiij.
Ternarius inferis aſſignatus. xx.
Terrigenæ. cv.
Terror fulminis. lxj.
Teucer. xvj.
Teuthis. xxxviij.
Thebę arum. lxxxij.
Thebe,es. lxxxij.& ſeq.
Thelamon & Hercules amici. xlviij.
Themiſcyra. lxvj.
Thermodon. lx.lxvj.
Thero. xxvij.
Theſei & Herculis amicitia folio xlvj.
Theſeus. c.
Theſpia. v. xv.&.xvj.
Theſpię ſorores. xvj.
Theſſalia. xcij.
Theſſalię montes. cxiij.
Thetidis comites. vj.
Thetidis & Peleos amores folio. viij.
Thetis. vij. xiiij.
Thyella. lviij.
Thyiades. xcv.
Thymas. lvii.
Thyrſi. lxxxiiii.cx.
Thyrſagetę. lxxxiii.
Thyſſagetę. lxxxiii.
Thoas. xxix.cx.
Thoe. lxxxviii.
Tholus. iiii.
Thraces equi. xviii.
Thragole. cix.
Tiaras. xciiii.
Tibareni. lxvii.
Tibiſis. lxxix.
Tydides & Tytides patronymica. xii.
Tydei virtus. xii.
Tygridis pernicitas. xvi.
Tigris. lxxxiiii.
Timor amantum. cxii.
Tiphys. lxiiii.
Typhoeus & Typhon.fo. xxiiii.xxxviii.& fo.lviij.
Typhonides. lvii.
Tyria purpura. lxxiiii.
Tirynthus.fo. v.
Tyres. lxii.
Tyro. lxxiiii. Tyros. lx.
Tyrrhenum mare. lxii.
Titanis. xl.
Titania gramina. ciii.
Titareſius. xii.
Titonis. xl.
Tithormus. l.
Titulus operis.j. Titus. iii.
Tomos.lxxi. Torini. 84.
Trabale. cxi.
Trapetum. xciii.
Triballi. lxxxiii.
Trieteris. xxvii.
Trilingues. xcviii.
Tripos. xvi.cix.
Triptolemus. iiii.
Triton. xix.
Tritonia ciii.
Troianorum origo. xxxii.
Tropęa. lxii.
Tubę tres. xi.
Tueor Tuor. xcii.
Turcę. lxxxiiii.
Tuſcum mare. xcix.
Tutela carinę. x.
V Literę abſũptio. folio. lxxiiii.
Vacat. cx.
Vęnalis. xci.
Valerij flac.vita. j.
Varna. 82.
Vaticinio geſta. 82.
Vehicula. xlvi.
Veneficarum vis. xc.
Venti. xxix.
Veneris ceſtus & dona. xc.
Venus in lemno. xxviii.
Venus habet coniũctas furias. l.
Venus ſignificans holera p metonymiam. lxviii.
Verba ꝑ vanis ꝓmiſſis. cj.
Verba Cupreſſis ſimilia. cii.
Verbus. cxi.
Verſificatores multi. j.
Verti in orbẽ dextrum. cxi.
Veſpaſiano dicata Argonautica. ij.
Veſper. xcv.
Veſtis alba. xii.
Veſtri an pro tui. lxxi.
Veſeuus Veſuius. xxxix.
Via cæli dura. xvij.
Vide, ſecunda breui. lxxv.
Viden. vlti.bre. xlv
Vidi liquores. cxii.
Vincula Promethei. lj.
Vina ſetina.fol. j.
Vini vis.fo.ix. & fo. lxviii.
Vinũ leſbiũ, methymneũ & alia nobilia.fo. xxxv.
Virgula diuina. xcix.
Virga circes. xcix.
Virga myricea. folio. xcix.
Mercurij & Moſis. ibidẽ.
Virga ſoporifera. xcix.
Virgil.locus. xxxv. in fine.
Item.fo.lxxvi.&. lxxvii.
Virginũ ritus. cx.
Virgo ſemiuipera. lxxix.
Viri fortiſſimi. liiii.
Viſcum. lxxxvi.
Vituli italiæ. xcix.
Vltio ſcelerum. xlii.
Vmbria. lxxxix.
Vnanimus amicus. xlvi.
Vnoculi. lxxxiii.
Vocalia putata. lxix.
Volcinien. ſeruorum in dominos ſęuitia. lxxxi.
Votis damnati. xl.
Votum dimiſſum ſemel nõ eſt ſperandum. lxviii.
Vox ſanguinis. xlii.
Vranię zona. lj.
Vri. xlvii.
Vs quæ longa ſit correpta aut s eliſa. ciii.
Vulcani pręcipitatio. xxv.
Vulcanus claudus. xxv.
Vulcani in deũ receptio. ibi.
Vulcani ędes. xxviii.
Vulcani opera. lxxiii.
Vulnera in pectora illata. folio. xxii.
Vulturis, Aqlę, Gryphiſq; confuſio. lj.
XAnthus. lxxiii.
Xenius Iuppiter folio. xxxv.
Xenia. xxxvi.
ZEtes & Calais. v. & folio. lviii.
Zelys. xxxviii.
Zizimus. xii.
Zona vranię. lj.

FINIS.

De Aegidii Maſerii in Val. Flaccum commẽtariis Salmonii Macrini ad Cã didum lectorem Hendecaſyllabi.

Si cuiq̃ faciles fuere Muſæ,
Et quæ cecropias tuetur arces,
Rerum ad notitiam reconditarum,
Si quenq̃ dator Enthei furoris
Toto numine Phœbus excitauit
Vatum ad plauſibilem explicationem,
Hunc,iurem Aegidium meum,ſed vnum.
Illius lepidoq; floridoq;
Pitho ſeſſitat efficax in ore.
Illius Veneres Cupidineſq;
Dulci nectare condiere linguam.
Et ne forte quid improbum locutus,
Blandiri videar meo ſodali,
Emuncta precor obſecroq; nare,
Et nullo inuidiæ oblitus veneno,
Doctam interpretis eruditionem,&
Commentaria nuper abſoluta
Rimare,in Valeri poema Flacci.
Quanto hic ſchemate dii boni eniteſcit!
Quantum frugis habet peritiæq;!
Addo & munditiæ,ſalis,leporis!
Non credo Latium magis latinum,
Non ipſas magis atticas Athenas.
Primus,candide lector,ire primus
Eſt auſus per iter tenebricoſum,
Perq; aſpreta,per inuias ſalebras,
Hanc & præripere Italis coronam.
Heroum vt noua prora Theſſalorum
Currentes duce tranſiit columba
Per Symplegadas inuiamq; Tethyn:
Sic hoc remige vector & maligna
Setini vada,& aſperas procellas,
Nullo naufragii legens periclo,
Portum perfacile tuum tenebis.
Non deerunt gemini tibi Lacones,
Non denſa Pharos emicans fauilla.
Vis ne vt tandem aliquando finiamus!
Vis paucis vt apertius loquamur!
Atq; ænigmata cæca deſeramus!
Hic eſt Aegidius latina Siren,
Hic eſt Aegidius canorus Aon,
Qui ſolus legit ac facit poetas.

Iacobi Maſerii.P.ad Philippũ Pulchrũ Octoſtichon.

Fraternæ te crede rati cum fratre:pateſcunt
Rupes:Setino quæ latuere freto.
Totum impune potes Valeri curſare p̃ ęquor.
Ventus hebet:ripa eſt hoſpita : vellus adeſt.
Quicquid Apollineus Graio de gurgite vates
Haurit:& Orphea naue refertur:habes.
Nocte interq; diu volita:tibi certa ſalutis
Lumina protendet Parrhiſiana Pharos.

Philippi Pulchri Creduliẽſis Hexaſtichon.

Non metus Euripi:rabidæq; pericula Scyllæ
Me terrẽt.tutus cum rate fratris agor.
Quem vere Axenum nobis liquere vetuſti
Hunc tuus Euxinum reddidit Aegidius.
Infregit glaciem,Męandros ſuſtulit omnes.
Flamina concluſit.Prodeat vnde metus!

Recognitio erratulorum.

¶Occurrent forte nauigantibus ſcrupuli:non tamẽ qui nauem lędere,aut claſſicos nautas:immo tyrones remorari valeant.Horum maximi ſunt qui ſequũtur fo.iij.pagella.j.line.49.pręcipui male ponitur pro p̃ci pue.ſequenti pag.omnipatentis p̃ omnipotentis.fol. 16.li.17.ſiue pro ſane.fol.22.in fine.1.p.virecta pro vi reta.fol. 24.p.1.li.47.nomen p̃ nomine.fol.25.p.1.in fine.vnde & fit &:pro fit vt. & paulo poſt duo ſigna: p̃ duodecim ſigna.fol.35.2.p. Scilaceũ & peliũ p̃ Sci laceon & pelion.fo.39.in textu attonitas acer p̃ ater.& eodẽ fo.pag.ſeq.aſtillã p̃ illũ: niſi forte quis ad Cœi ſpem referat.& Concipit.ſi Coeus.deleatur.i.in ſi.fo. 44.p.1.li.24.facinus pro facimus.fol.47.p.2.in aĩal cũ Hercules pro Herculẽ.fol.63.pag.1. Idmonaq; vt audacẽ.deleatur q;.fo.74.p.1. Salmonidę p̃ Salmo nide.fo.51.pag.1.li.30.expauerant pro expauerunt. & mox inuentã pro iuuentã.fo.85.in medio pag.primę totum illud qđ ſequitur , rotarũ ſubcutit orbes. vſq; ſit eis pœnę virginitas,male intextum eſt: poſt ſemp caſtra habitantes adſuendũ.fo.90.p.1.in adnot. vene ficatorum pro veneficarum.fol.95.pag.2.in adnot.& gloſſ.Pholes pro Phodes.fol.95.pa.2.li.16. ab vlt.co gar cõpellar ne me ſui meminiſſe.vbi mutila ſunt oĩa & bona ſui parte truncata.Nam legendum eſt.Cogar compellar.ne legatur cogat.Et nũc ille gratia non ha bebitur,cũ Iaſon nõ credat me ſui meminiſſe.fo.107. pa.2.rubor legatur vbi rubur.fo.105.p.1. nubi canę p̃ cauę.fol. 109.pa.1. Apollonium legitur p̃ Apolloniũ. Cętera vt ſpero erunt nautis perq̃ facilia: quibus Ma ſeria Pharos portum oſtendet.



AEGIDII MASERII PARRHISIENSIS IN.C.VALERII FLACCI SETINI ARGONAVTICA COMMENTARII.

SEruius Aeneidos diuinæ admodũ diligens interpres nõ pauca in elucidandis auctoribus edocet cõſiderãda. Quæ tractãtes etſi Cęlius vix p̃bat:aut verius ſeueriuſcule reijcit, nos perinde ac nõ leuia amplectimur. Poetę autẽ vita cũ primis perſpicienda duce Petro Crini to cognita eſt dicẽte de poetis latinis quarto. Ca.Val.Flaccus Setinus inter eos qui heroi ca decãtarũt poeta multorũ iudicio admirãdus, Patauinus fuit ex Apona vrbe ſicut a ve terib⁹ proditũ eſt:qui ei⁹ patriã ſcribũt fuiſſe maxime inſignẽ natalibus Liuij Stellę & Val. Flac.Itaq; hũc ipm Val.Martialis laris Antenorei alumnũ appellauit. Alij Setinũ credide rũt ex Setia campanię vrbe: quę haud p̃cul eſt a Velitris: vnde vina Setina ab antiquis in precio celebrant̃.Et mirũ videri debet quãto ſpiritu Flac.inſurgat : quãtaq; ingenij felicitate munus tãtũ ipleat. Hic eſt ille Val.Flac.in cuius obitu multũ fuiſſe amiſſum q̃ritur Quintil. in libris ad Mar. Victo. Extant octo ipſius volumina de Argonauticis:qđ opus Domitiani Imperatoris nomini a Flac. dicatum eſt:vt quidã aſſe runt:quoniam ſic ad eum in operis pręfatione ait. C. Valerij flac ci vita. Setina vina. Lib.numerus

Eripe me populis & habenti nubila terrę Sancte pater:veterumq; faue veneranda canenti
Facta virum:verſam proles tua pandit Idumen Nanq; potens: Solymo nigrantem puluere fratrem:
Spargentemq; faces:& in omni turre furentem.

Scripturus erat multo plures libros niſi mors intẽpeſtiua eum nobis eripuiſſet. Videtur autẽ in illis qui ſupet ſunt Apolloniũ Rhodium nõ argumẽto tãtũ operis expreſſiſſe:ſed & ſingulis carminibus quãdoq;. Atacinus quoq; Varro pari titulo de Argonauticis libros cõpoſuit.quod alibi notauimus . Habuit inter amicos Secũdũ Maternũ,Stellam,& Val.Martialẽ:qui ad eum ſępius ſcribit:cuiuſq; eruditionẽ & carmen mirum in modum ex tollit.Conſtat hũc mediocri cenſu fuiſſe ac potius tenui & pręđium poſſediſſe exiguũ:In quo (vt Martialis ait) muſarũ curas reponeret.Itaq; Martialis idẽ,libere ipſum admonuit:vt cauſas potius ageret:ac muſis relictis ad quęſtum magis q̃ ad ocium animũ applicaret:ſiquidem poetę admodum parui cenſebantur.

O mihi curarum precium non vile mearum Flacce Antenorei ſpes/& alumne laris:
Pieros differ cantuſq; choroſq; ſororum. Aes dabit ex iſtis nulla puella tibi.
Quid tibi cum Cyrrha:quid cum Parmeſſidos vnda: Romanũ propius diuitiuſq; forum eſt.

Puerũ Flaccum habuit in delicijs:quẽ Amazonicum quidã appellant.eius autẽ formã indolem & venuſtatẽ eleganti epigrãmate Mart.mirifice cõmendat.De alio autẽ Flacco:qui epigrãmata luſit:ſuo loco diximus.Hęc Pet.Crinitus. Nec iniucũdũ puto futurũ ſi quę ſcripſit cap.vij.Lib.xxiij.de diſciplina honeſta ſubiũgam. Fa ctum eſt nup iudiciũ a noſtro Marullo de poetis latinis egregie profecto & prudenter.Nam quũ forte incidiſſet mentio de veterũ diſciplinis ac de poetis maxime latinis,Poetice(inquit) plures habuit verſificatores q̃ poetas: ſi paulo diligẽtius id expendatur:qđ exigendũ ſit in illis:qui iure debent poetę appellari.In P.inquit.Ouidio re prehẽdi poteſt laſciuiens ac nimio ſibi indulgẽs ingeniũ: qđ & Fabius i omni antiquitate Roman⁹ Ariſtarchus aſſeruit.In Statio durũ nimis carmen & anxium:proptereaq; ſupra modũ tumidũ. Sillium vero Italicũ forũ re dolere/ac vulgarẽ profluentẽq; venam carminis magis q̃ elegantẽ & probam. Flaccum Valerium & Lucanum concitatos eſſe:ſed audaciores interdum q̃ grauiores.Itaq; legẽdi quidẽ ſunt omnes inquit : ſed ij maxime pro bandi pro ſuo quiſq; genere:Tibullus/ Catullus/& in comœdia Therentius: Virgiliũ vero & Lucretium ediſcẽ dos aſſerebat.quod ipſum vt poſteris etiam probaret hiſce verſibus expreſſit. Poetę pauci Verſificatores multi.

Amor Tibullo.Mars tibi Maro debet. Therentio ſoccus leuis.
Cothurnus olim nemini ſatis multum. Horatio ſatyra:& chelys.
Natura magni verſibus Lucretij Lepore muſeo illitis.
Epigrãma cultũ teſte Rhallo adhuc nulli. Docto Catullo ſyllabæ.
Nos ſi quis inter cæteros locat vates Onerat:q̃ honorat verius.

Legerem libentius natura magni verſibus eſto Lucreti p̃ Lucretij.nam ſcazon eſt. ¶Operis titulus eſt Argo nautica in pluralitatis nũero a nautis & argo deductus:ſeu poſterior dictio ſit ab architecto,argiuis,aut a veloci tate orta. Nec ſolus vt notatum eſt is fuit Val.qui argonautica luſit.Inter gręcos Orpheus poeta antiquiſſimus quẽ aiunt Colchicę expeditionis ſociũ hęc tractaſſe ab illis dicit̃ : qui tẽpora & hiſtorias confundentes nominis ſimilitudine fallunt̃ : quũ Argonauticon ſcriptor fuerit Crotoniata a Piſiſtrato tyranno in amicitiã recept⁹. Cir ca ea Apollonius Rhodius verſatus eſt. Euripides quoq; Orphea imitatus Medęam excerpſit: quẽ ſecutus eſt Seneca. Argon.quoq; Ouid.ſuccincte p̃currit. P.pręterea Therẽti⁹ Varro Gallus vt docet Crinit⁹, de Argoñ. opus pręclarum edidit tranſlatis ex Apollonio quatuor libris:quum literas gręcas edoctus eſſet annum agens xxxv.quẽ ideo Quintilianus ait alieni operis fuiſſe interpretem.Nec propterea male notandum Varronẽ exi ſtimo quum linguę latinę vel primipilares:ſi Philelpho creditur:ſemp vſi fuerint aliena inuentione. Huius Var ronis Pap.lib.ſyluarum ſecundo ita meminit. Titulus opis. Argonautica Argonauticõ ſcriptores. Orpheus nõ vnus.

Cedet muſa rudis ferocis Enni Et docti furor arduus Lucreti Et qui per freta duxit argonautas. Carminis qualitas.

Carmẽ vero heroicũ eſt mixtum. Scribẽtis intentio eſt ſubducta Orpheos & Apollonij ęmulatione Veſpa ſianũ(pelagi cui maior aperti fama erat)cũ prole commẽdare:ſeu mauis ſub Iaſonis nauigatione antiquitatem extollere. Exploratiſſimũ tamen ſit hominem hoc in opere vere depingi:qui marinis definit⁹ periculis naue pal ladia vectus aureo tandẽ potitur vellere:prudentiq; frętus conſilio deo qui agnus eſt dictus ouis & aries,poſt lõ gas p̃turbationes & pericula fruitur. Octo libri ſunt nec poſtremus ad Coronidẽ deductus. Ex poetę enim ſcri ptis ſatis apertũ omnibus eſt opus imperfectũ eſſe,cui ſi finẽ fata nõ inuidiſſent neſcio cui ceſſiſſet. Virgiliũ ta men eximo ne verbũ generet inuidiã.vnde a Quintiliano rectiſſime dictũ eſt nos plurimũ in Val.Flac.amiſiſſe. Explanatio deniq; ex ſequentibus innoteſcet ſi agnus ille immaculatus,cuius vellus aureũ eſt,me ſuper fluctus intentatos vexerit.Erũt forte qui me dignũ ducant:qui cũ Helle in medios fluctus decidã : aut cũ Hercule inter ſaltus diuager:aut quẽ velut Idmona & Tiphyn morbus aliquis repẽtinus:aut tanq̃ Abantis filiũ barbaries op primat:indignũq; exhululẽt,& temerariũ p̃clamẽt:qui nõdũ expertas(qđ nouerit Gallia)vndas remis rudibus Scribentis p̃poſitum. Operis farrago ęthica. Interp̃s de ſe.

agitem. Ignoſcāt queſo & taciti bene ꝓcentur iis, qui ſi non poſſunt (vt auris hiſpida iudicabit) ſaltē bene mereri de adoleſcentibus conantur. At non deſiſtent canes putiduli oblatrantes. haud timeo: clauę nam vix feret vllus odorem Cerberus. Hanc ſi quis ſentiat aufugiet.



Inprimum Val. Flac. Librum Aegidij Maſerij
Argumentum.

Liuor agit Pelian: Phryxęo vellere fortem
Qui replet Aeſoniden. Argo natoſq; deorum
Diuarum auxilio longum in diſcrimen Iaſon
Apparat: augurioq; inſignem lętus agreſti
Perſuadere fugam haud fruſtra conatur Acaſto.
Aequoreum oblato placat libamine patrem
Aeſonides: Mopſuſq; canit quę certa tulerunt
Fata deæ. Miranda refert Phœbeius Idmon.
Ingemit Alcimede. grandæuus lętior Aeſon
Fert animum. tranſtris ſcribuntur nomina. Acaſtus
Tollitur. vnda fremit. deſęuit in Aeſona crudus
Innocuum Pelias: matremq; & pignora truncat.



PRIMA DEVM. More poetico proponit Vale. inde inuocat: poſtremo ad narrationem ſe conuertit. Canimus. nō minus eleganter canere ad poetas refertur q̄ dicere ad oratores. Sic diuin⁹ Maro poetarum archetypus dixit pro Aeneidos frōte. Arma virūq; cano. & Lucan⁹. Bella per emathios pluſq̄ ciuilia campos Iuſq; datum ſceleri canim⁹. Prima. Nō parua eſt auctorum digladiatio ſuper nauticæ artis inuentione: quā quia Ianus Parrha. interpres Claud. ſaneq̄ diligēs affatim recitat, ad cętera trāſuolabimus

*Operis explanatio. Poeta tria facit. Canere. Prima. Deum.*

## C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON LIBER PRIMVS.

PRIMA deū magnis canim⁹ freta ꝑuia nautis:
Fatidicāq; ratē ſcythici quę Phaſidis oras
Auſa ſequi: medioſq; inter iuga concita curſus
Rumpere flāmifero tandem conſedit Olympo.
Phœbe mone ſi Cumeæ mihi conſcia vatis
Stat caſta cortina domo: ſi laurea digna

Pli. ſequentes Ouidiūq; dicentē, Primæq; ratis molitor Iaſon. Deū. genitiuus erit ſyncopen patiens Iunonē Palladaq; deſignās. Nec obſtat ꝙ deę ſunt. Seruio enim teſtante conſtat ſub vtroq; genere deas ab antiquis fuiſſe appellatas. Virgil. Et ducente deo. ſ. Venere Varro quoq; Palem deū vocauit: & a nōnullis inquit Crinit. c. vj. lib. xxiij. deus dictus eſt Lunus. Peruia. Facta inter tris fratres regnorum diuiſione, Neptuno maria patuerunt, hominibus inacceſſa: at vero Iaſon ea fuit audacia, qui cum argonautis nauigans maris iura violarit. dicēte Pap. in Achil. Ex quo iura freti, maieſtatēq; repoſtā Rupit Iaſonia puppis pagaſæa rapina. Quā audaciam aut ver⁹ temeritatem Horat. primo car. his execraſ verbis. Illi robur, & ęs triplex circa pectus erat: q fragilem truci cōmiſit pelago ratem Primus: nec timuit pręcipitem aphricū. Pap. quoq; in quinto Thebaid. huius meminit dicens. Pelias intacti late ſubit oſtia ponti Pinus. Nautis Iaſoni, Herculi, Orpheo & alijs argonau. quibus Iuno & Pallas fuere auxilio. Qui natis legunt falluntur. Id eñ nō ex poetę ſenſu colligendū eſt: etſi nō pauci erāt dijs geniti. erroris cauſa (vt reor) eſt genitiuus ille deum: quem de Pallade & Iunone intelligi vix concipiunt. Fatidicamq; ratē, Argo nauem. Quidam aiunt Iaſona nō tātū vna rate Colchorū regionem penetraſſe: ſed claſſe optime inſtructa. Quū tñ bis Colchos adierit opinionē illam eſſe veram conijcimus: vbi ſecūda innuiſ expeditio. Cedentib⁹ nanq; Argonautis Perſes reparato exercitu Aeeten regno expulit: quem Iaſon collecta gręcorum multitudine imperio reſtituit: vt dicetur in quintū. Fatidicā. Iano Parrhaſio noſtra ſecula plurimū debent: qui quū multa ingenioſe dixerit: locum hunc exquiſite & vberrime expoſuit: cum Sophoclis teſtimonio argo πολυγλωσσον, & loquaculam vocauerit. ex Claud. illud addēs Tabulas animaſſe loquaces. & ex Sen. in Med. Ipſaq; vocem ꝑdidit Argo. Papini. quoq; Theb. v. nauis arborem vocat inſanā. Puppimq; inſana flagellat Arbor. vbi Lact. magnam & inſtabilē exponit: qui etſi apud Virg. inſanā vatē aſpicies. i. teſte Seruio magnā vidit, nō incōcinne fatidicā dicere potuit. Scythici quę Phaſi. Phaſis Colchorum fluuius a poetis cantatus per Scythiā fluens vnde dictus nunc Scythicus. nomen etiam ciuitatis eſt inquit Ptol. in. v. Iuga cōcita, Symplegadas a cōcurſu dictas ab aliquibus dicuntur συνδρομαδεσ. nam συνδρομη eſt concurſus. ſuntq; duo ſcopuli in Helleſponto: ſeu inſulę vt alijs placet Cyaneę: quę poſtq̄ primā admiſere nauem immobiles perſtitere: dicēte Ouidio. Timuit cōcurſibus Argo Vndarum ſparſas Symplegadas eliſarum: Quę nunc immotæ perſtāt ventiſq; reſiſtunt. & Sene. Cum duo mōtes clauſtra ꝓfundi: hinc atq; illinc ſubito impulſu velut ęthereo gemerēt ſonitu: Spargeret aſtra nubeſq; ipſas, mare deprehenſum. Hermol. Barb. in quintum capt. lxxxvj. Plinij ait ꝙ Symplega videtur etiā poni pro ope in quo duo ſunt colluctantes & concurrentes. Flammifero. Cū nefas ſit lucum numini cuipiā ſacrum manibus humanis abſcindi pœnaq; id negligentib⁹ grauiſſima imponatur vt plane oſtendit Vale. Maxi. ca. de Relig. neg. fas fuit vt religio aliquo penſaretur beneficio: qđ & Virg. de nauibus Aeneæ in nono cecinit: nec maius videri potuit q̄ ſi in cælum admitteretur materia. vnde dicetur. Dodonida quęrcum ingredior nec fatidicis auellere ſyluis Me niſi promiſſo potuit Saturnia cęlo. Nec tota in cælo conſedit: vt docet Higi. idq; Pontanus in quinto de Aſtris latiſſime explicat. Phœbe mone. propoſitione pręlata ad inuocationem Val. deſcēdit qui mos latinorum eſt: Senſus autem erit, admone ſi dignus ſum qui tantum opus abſoluam. Cumęę. Multę fuerunt Sibyllę. At vnica nūc erimus contenti: cuius in tertio meminit & ſexto Vir. ea fuit Deiphobe Glauci filia antrum incolens Cumanū Phœbo dilecta Phœbiq; furore adflari non inſueta: de qua plura Seruius. Caſta domo. Poetas ſacerdoteſq; quos antiqui vates habuerunt, decuit caſtimonia & pietas cum veritate. Vir. Quiq; ſacerdotes caſti dum vita manebat: Quiq; pij vates & Phœbo digna locuti. Sunt & poetę tamen quorum laſciua eſt pagina, vita proba. Cortina, tripos erat, quem vaticinatura Phœbas conſcendebat. Laurea, nūc ex lauro coronam ſignat: vnde laureati victores habiti: lauruſq; ideo a Vir. poetarum principe victrix dicta: & Ouidius inq: Tu ducibus lętis aderis: cū lęta triūphū, Vox canet. Hedera autem poetis dabatur pro qua laurus ſæpe oblata eſt. Non enim minor erat inter poetas ingenij acrimonia certantes: q̄ inter reges heroaſq; & milites armis digladiantes contentio. quod non intactum reliquit Vale. Maxi. cap. de morte non vulgari. Siquis autem compertum habere expetit, quibus laurea corona merito ſolita eſt offerri, docebitur a Gel. Frōte, Sunt qui frōde legūt, nihil ſane immuto quum ſenſus ſiue hāc ſiue illam admiſeris dictionem poſſit innoteſcere: probatior tamen caſtigatiorq; videtur textus: qui fronte continet. Viret. Ad id reſpicitur quod Ouidi. canit. Tu quoq; perpetuos ſemper gere frondis honores. Tuq; o pelagi. Ille cuius opera Val. Parrhiſijs nouiſſime impreſſus eſt: putat Pe. Crinit. lib. de poe. lat. iiij. ſcriptum reliquiſſe, ꝙ hoc opus Domitiano dicatum eſt: ſed merę effutiuntur nugę

*Maris ſortitio & violatio. Nautis. Fatidicāq; ratem. Argo fatidica & loquacula. Inſana arbor. Phaſis. Symplegades. Syndromades. Symplega. Luci incędui. Inuocatio. Deiphobe. Caſti poetę. Cortina. Laurea. Hedera. Opus nō Domitiāo dicatū*

Idq; erroris manauit a libris Bened. Philologo duce impreſſis. Hinc vero ſenſu excluſo ſequẽtia reddunt̃ cõfuſiora. ad illum nanq; ſi ſermo nunc eſſet dirigendus, iam fateri neceſſum eſſet Domitianũ Britannię victorem fuiſſe: magnamq; inde gloriam ſibi peperiſſe: qui tamen teſte Sueto. quatuor tantũ expeditiones pararit: vnam in Cattos: in Sarmatas alteram: duaſq; in Dacos. Inſuper vbi ad illum veniretur locum, Verſam tua proles pandit Idumen, qui fieri poſſet vt verus eliceret̃ ſenſus? quãnã eſſet Domitiani proles quę Idumen verſam carmine celebraret: & fratrem Solymo puluere nigrantem? Dicemus igitur opus Veſpaſiano dicatum: falſoq; ab incurijs

Veſpaſiano dicatur.

Fronte viret. Tuq; o pelagi cui maior aperti
Fama: Caledonius poſtq̃ tua carbaſa vexit
Oceanus: Phrygios prius indignatus Iulos:
Eripe me populis: & habenti nubila terræ
Sancte pater: veterumq; faue venerãda canẽti
Facta virũ. verſam proles tua pandit Idumen:
Nãq; potẽs Solymo nigrãtem puluere fratrẽ:
Spargentemq; faces: & in omni turre furentẽ.
Ille tibi cultuſq; deum: delubraq; genti
Inſtituet: cum iam genitor lucebis ab omni
Parte poli. neq; em̃ i Tyrias Cynoſura carinas
Certior: aut graiis Elice ſeruanda magiſtris:
Seu tu ſigna dabis: ſeu te duce græcia mittet:
Et Sidon: Niluſq; rates. Nunc noſtra ſerenus
Orſa iuues: hæc vt latias vox impleat vrbes.
Aemoniam primis Pelias frenabat ab annis
Iam grauis: & lõgus populis metus illius oẽs
Ionium quicũq; petũt: ille Othryn & Hæmũ:
Atq; imũ fœlix verſabat vomere Olympum.

Crinit. receptum. Et ne quidpiam iuuẽtus deſiderandũ ab alijs expectet: non prętermittet̃: quod in Pli. Hermol. notãdum duxit. Titus & Domitianus Veſpaſiano geniti a patre dicti ſũt Veſpaſiani: at vero licet & Suet. & Eutrop. Veſpaſiani nomen filijs cõmunicatũ aſſerant: idemq; priſci æris monimenta indicẽt dici non poteſt illud de patre efferri poſſe. Idẽ Hermol. ait Val. Flac. auctorem eſſe. quo probare poſſumus Domitianũ & patris & fratris laudes & res geſtas cantaſſe: quum dicit̃. Verſam proles tua &c. quæ verba cum ijs conueniunt: q̃ Pli. in p̃fatiõe ad Titũ Veſpaſ. aut vt alij verius putarũt Domit. Veſpa. affert Per fricui faciẽ nec tamen profeci: quãdo alia via occurris ingens & lõgius etiam ſubmoues ingenij facibus. fulgurat in nullo vnq̃ veri[9] dicta vis eloquentię: tribunitię poteſtatis facundia: quanto tu ore patris laudes tonas? quãto fratris amas? quantus in poetica es? o magna fœcũditas animi. Quemadmodum fratrem quoq; imitareris excogitaſti. Caledonius. Britannicus. Suetonius hiſtoriam tangit dicens Veſpa. Claudio principe Narciſſi gratia legionis fuiſſe legatum in Germaniam miſſum: inde in Britanniam tranſlatum tricies cum hoſte conflixiſſe: duaſq; gentes validiſſimas, & ſupra. xx. oppida: inſulamq; Vectẽ Britãniæ proximã in deditionem redegiſſe. Vnde Britannicus appellari voluit. Hi vero Britanni (quos nunc Anglos vocamus ab Angla regina, aut verius quaſi angulos: vnde nomen traxere Anguloti: quos paulo honeſti[9] ab angeli effigie Angelotos dictitant Gregoriano innitentes verbo) dicuntur Caledonij a Caledonia ſylua. Mart. Qui te Caledonios Ouidi viſure Britannos. & Sil. in. iij. hanc tangẽs hiſtoriam. Huic pater ignotam donabit vincere Thulen: Inq; Caledonios primus trahet agmina lucos. Nec me p̃terit Calep. dicere Calydon, & Deſpaute. Calidon & Caledon. Sed recti[9] Caledon: qđ Ptolomę. in. ij. lib. adprobat dicens Caledonios populos eſſe non longe a Varari, ſupra quos Caledonia ſylua eſt: ſub Caledonijſq; Vacomagos conſtituit. Calidon autem pro vrbe Aetholię ſecũdam corripit. Ouidius. Alta iacet Calidon. Sed apđ Col. legere placet Purpureęq; Chelidoniæ, pingueſq; mariſcę: Non Celidonię qđ oſtendit: interpretaturq; Iul. Põpon. codicẽ maculatũ inſequẽs. & ait Chelidonia a Chelidonijs populis Britannię. ergo in textu legẽdũ eſſet Caledonię. i. Britannię ſi quis interpretẽ q̃ Colu. ſequi malit. Sunt tamẽ Chelidonię inſulę in Lyciæ & Pamphylię confinio ad Canopũ vergẽtes muricibus & purpura clarę: de qbus conſtat Col. locutum. Iulos. Cęſares Ro. imperatores ad Iulum Phrygium genus referentes. quodq; canitur dictum eſt propter Iulium Cæſarem: qui vt teſtis eſt Pau. Oroſ. nauibus plęriſq; onerarijs & actuarijs diligenter præparatis in Britanniã traiecit: vbi multos & equites & pedites amiſit: in Galliamq; regreſſus. DC. naues parauit: quas vere tranſuexit in Britanniam: vbi iterum victus. xl. nauibus amiſſis, cęteriſq; non ſine difficultate reparatis equitatum pene omnem perdidit cum Laberio tribuno. In ſecundo tamen congreſſu nec ſine ſuorum diſcrimine Britannos in fugam vertit. Vnde poeta hiſtorice loquens ait Indignatus Iulos. Strab. quoq; in quarto ait Cæſarẽ re bñ geſta duabus victorijs contra Britannos obſides accepiſſe: prędamq; ingentem cum magno ſeruorum numero reportaſſe. Hinc natũ eſt prouerb. Serui Britanni: quos penſum quotannis tributum in ſeruitute continet: quorum inſula facta fuit Romanis propria vectigalia grauiſſima tolerans: necdum Romanum excuſſit iugum: cui libertatis terminus ſeruitutis gradus eſt. Q̃ʒ grauis autem fuerit ſuperioribus annis Britannorũ ſeruitus in. vj. exponetur. ¶ Eripe me populis. Motus ſęculi mundiq; turbationes curaſq; grauiter perteſus poeta ab imperatore tanq̃ numine aliquo implorat auxilium vt diuinitus ipſe adiut[9] res ſcribat graues: quarum magnitudine inuidia ſuperetur. Eſt nanq; rerum magnitudo ferociſſimũ inuidię flagellum, ſi tam ſublimiter efferatur: vt nec pares ſint aliqui nec p̃ximo ſequentes interuallo. Ideo Flac. alter in car. recte inquit. Non vſitata nec tenui ferar penna biformi per liquidum æthera vates: neq; in terris morabor longius: inuidiaq; maior vrbes relinquã. Sancte pater. Erant imperatores ſacroſancti: quorum nomina ſenatuſcon. in Faſtis ſcribebantur. Tua proles. Domitianus poetices ſtudio

Caledonij.

Britanni. Angli.

Calidon.

C. Iulij expeditio.



ſiſſimus: vt ait Sueto. & Mart. Fiet & ex hedera ciuica noſtra tibi. Quintil. quoq; in quarto ſic meminit. Ne fefelliſſe in his videar principem: vt in omnibus, itaq; in omnibus eminẽtiſſimũ. Et in. x. ait ſe Domitia. poeſim hoc verſu Virgiliano teſtari. Inter victrices hederã tibi ſerpere lauros. qđ latius explicat Sil. in. iij. dicẽs. Quin & Romuleos ſupabit voce nepotes: Quis erit eloquio partũ decus. Huic ſua muſæ Sacra ferẽt: meliorq; lyra cui ſubſtitit Hebrus, Et venit Rhodope, Phœbo miranda loquetur. Hermolaus tamen vtrũq; Veſpaſiani filium poetam fuiſſe eminentiſſimũ oſtendit: qđ & ex Pli. ſatis liquidum eſt. Iſtud vero monſtrum Domitianus genti Flauię finem impoſuit ad hominum perniciem natus: vt Domitius Nero portentum ingens truculentiſſimumq; Iulię familię, & Heliogabalus ampliſſimum improbũq; libidinis domiciliũ Antoninæ. Fratrem. Titum populi Romani delitias. hoc nomine columbum appellãt ſalacitatis perq̃ notę, hominemq; venereum & laſciuientem. Is a patre in Iudæa relictus Solymas euertit. Teſtes ſunt Ioſ. & Egeſip. nec id intactum reliquit Sil. in. iij. dicens Hic fera gentis Bella Paleſtinę primo delebit in æuo. Idumẽ. Idume regio Syrię eſt proxima Iudęę: quã Romani teſte Ioſ. li. ij. de bello Iudaico depopulati ſunt. Strabo ait Idumęos in littore Paleſtinę Aegyptum & Arabiam verſus ſitos eſſe: quorum palmę pręalijs celebrãtur: quę ideo dicũtur Idumęę. Luca. Arbuſto palmarum diues Idume. pro totaq; hic poteſt poni Iudęa. Solymo puluere. Hieroſolymitano. Solyma & Solymę in plurali numero dicitur. Corn. ait Hieroſolymitanos ſeu Solymos originem habuiſſe a Solymis gẽte ab Home. celebrata. Fuerunt ſane Solymi Lycię populi dicti: inde Thermilę: poſtremo Lycij a Lycone Pãdionis filio. Homer[9] Lycios a Solymis diſtinguit, ab illorum rege dicẽs aduerſus hos Bellorophõtẽ miſſum. Vnde Strab. Home. aduocãs ait. Hic Solymis iterum pręſtantibus intulit arma. a quibus cęſus eſt Piſander filius Bellorophontis. lege Strab. in. xij. & . xiiij. In fine vero. xiij. ne legas vnde collis qui Termeſi p̃montorio imminet Solmus vocatur, & ipſi Termenſes Solmi dicuntur. ſed Solymus & Solymi. ait em̃ Hom. ʒ. Ilia. quem citat Strab. δευτερον αυ σολυμοισι μεχαοσατο κυδαλιμοισι. Inſuper ſi Home. creditur, nõ Piſandrum cum Strab. ſed Iſandrum legemus. ait nanq; Home. ʒ. Ilia. ισαμδρον τε και ιππολοχον και λαοδομειαν quos genuit Bellorophontes. ſubiungit inde Iſandrum fuiſſe a Marte in bello Solymo cęſum, Laodomiam vero a Diana irata, Hippolochum aũt genuiſſe Glaucum. Nanq; potens. Sic legendum eſt: non potes: æquiuſq; ferendus eſt Ioan. Bapt. Pius. qui in primũ Lucretij hunc locum citans poteſt legendum reliquit: & ad Domit. poetices nõ expertẽ refertur. Hermol. quoq; in Pli. præfationem itidem poteſt legit. Puluere. Quem pugnans colligebat: & in hoc cruentiſſimus notatur conflictus, ſudor, laborq;. At vero vbi nulla ſanguinis effuſio: ſed citra cruorem hoſtium deditio fuga vere pentina, tũc parta ſine puluere victoria dicitur: vt docet Gel. Etſi apud eundem vt nõnulli oſtendunt codices p̃peram legitur in puluere: idq; tractum videtur a curulibus certaminibus, quibus plurimum pulueris ab iis colligitur: qui plurimum laborant: cui[9] meminit Horat. Sunt quos curriculo puluerem Olympicum Collegiſſe iuuat. In omni turre. Maxime Antonia vt meminit Ioſephus: ſeu mauis Ioſippus. nanq; id exactiſſime obſeruatur a ſuperſtitioſis quibuſdam. Ille tibi. Domitianus. aut ſi legatur illa, proles: & ſignatur Veſpaſiani αποθεσιω. fuit enim inter deos adnuente ſenatu relatus. dicẽte Sil. in. iij. Nec Stygis ille lacus, viduataq; lumine regna: Sed ſuperum ſedes, primoſq; tenebit honores. Genti. ſ. Romanæ, aut eruditius flauię. qđ docet Martia. ij. & . iiij. Epigrã. lib. ix. ita ab alijs familijs factũ fuiſſe canitur. Ponta. in primo de aſtris. Hinc Cęſareę tot numina gentis. Et coluere quidem: & templis poſuere dicatis. Inſtituet. Factus imperator mortuo patre & Tito lepore ſublato, vt dicunt: qui piſcis eſt mortiferos habens humores & ſupra omnia venena exitiales. Lucebis. Adulatur imperatori poeta ad ſydus Iulij Cęſaris reſpiciens: cuius meminit poeta. Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum. Tyrias. Phœnicum quorum vrbs oſtro nobilis Tyros eſt. Cynoſura. Ouid. iiij. de Faſtis ſatis aperte duas declarat eſſe Arctos: quarum Cynoſura petatur Sydonijs: Elicen graia carina notet. Gręcia. Peloponneſſij. Sydon. Phœnices itelligit. hi dicũt̃ ab Home. ελικοπεσ. Duarũ αρκτωμ Cynoſura minor eſt quã primũ aiũt Thaletẽ adnotaſſe: vt & Hyginius teſtatur. Maior vero Elice q̃ & Plauſtri nuncupationẽ a nõnullis ſuſcipit. quã inſequit̃ Arctophylax. Ab his aũt dicitur polus (cui ſunt proximę) arcticus qui in Parrhiſieñ. hemiſphęrio eleuationem obtinet. xlviij. graduũ cũ. xxx. minutis. Remotior aũt ab eo eſt Elice latioręq; proide percurrit ambitũ. Itaq; quibuſdam etiam occulitur quibus non Cynoſura. cuius non fuit immemor Luca. cum inquit. Tunc furor extremos mouit Romanus Horeſtas Carmanoſq; duces quorum iam flexus in auſtrum Aether non totam mergi tamẽ aſpicit arcton. Cynoſura vero propior eſt polo minorq; ãbitu circũuoluta: & eius ope nocturnas etiã horas dignoſcunt. Quę aũt de ipſis fabuloſe narrantur, cum plurimis in locis: tum apud Hyginium comperies. & quare potius minorẽ obſeruent Phœnices q̃ maiorem. Maioris autẽ ſtellas. xxi. ponit Hyginius: p̃cipui autem omnibuſq; patentes ſunt ſeptem plauſtri cum temone obliquo effigiem referentes. Minoris ſeptem omnino ſunt ſtellę, quarum ea quę caudę extremũ obtinet, polum nobis deſignat. Nilus. Notantur Aegyptij: quorum regio Nili influxu fœcundatur. Serenus. Placidus. idq; dicitur vt nubes pellat quibus implicatur gens humana. Eſt enim ſerenus ſiccus. Aemoniam. Aemonia diuerſis vocata eſt nominibus, Theſſalia, Atracia, Emathia, Pyrrhea. Quidã etiam dixere Neſonidem regionem Theſſalicam, & lacum a Neſone Theſſali filio. teſtis eſt. Strab. in. x. Pelias. Hũc dicũt fuiſſe ab equa nutritum: vt Paridẽ ab vrſa: Cephalon a ceruа: Aegyſthũ a capra. Populis metus. Ita legit Sabel. cum lib. Florentię impreſſo: qui tamẽ viſuntur Venetijs Bononięq; impreſſi populos admittunt. Vtrunq; ſane placet. Nam vel verbum frenabat repetetur: aut alterum facile ſubaudietur. Oẽs. Sabel. tutiorem putat eſſe lectionem quę amnes recipit q̃ omnes. Ego vero duriſſimũ duco dictionem quę tolerari poteſt, poetę vi ſubducere: facilior tamen & minus cruda videbitur ſtructura aliquib[9] ſi amnes legant. At vero ſi omnes cum codicibus antiquis duce Veneto charactere: & Bononiẽſi, populos omnes, aut etiam ſeorſum omnes dicere poterimus. Si vero populis remaneat & omnes, dicemus lõgum fuiſſe Pelię metum populis: omneſq; accolas fluuiorum Ionium mare illabẽtium ſub illius ditione fuiſſe: & qui cum Sabel. amnes legendũ contendent fluentes in Ioniũ amnes exponant pro amnicolis. Verbum autem in proprio manet ſignificatu cum vicinioribus dictionibus. Ionium. Primam pro mari protrahit: quã pro populo vt pro regiõe corripit. Si quis tamen contenderet primam pro mari indifferentem eſſe ad originem recurrere neceſſum eſſet. nam Ionos prima profertur breui, Io vero indifferente: etſi productio frequentior eſt. correptio tamen nondum quod legerim in-

Flauiorũ vltimus.

Titus.

Idume.

Solymi. Strab. locus.

Potens.

Cynoſura.

Elice.

Aemonia.

A belluis nutriti.

Ionium.

Hæmus.
Olympus.

uenta eſt in Ionio:nec productio in Ionos.propterea poetarum auctoritati innitendum eſt. Othryn. Montem Theſſaliæ.Hæmum.Macedoniæ mons eſt:quem alij Thraciæ addunt.Olympū.Multi ſunt.habēt enim Olympum Theſſalia,Macedonia,Elis,Arcadia,Myſia,& Cilicia.Iouis etiam nomen eſt Olympus:qui & Olympius dicitur:quare ſcitiſſime Virgil.in decimo cecinit.Panditur interea domus omnipatentis olympi. Fruſtraq; torquetur Egnatius.xx.cap.racemat.quum legit omnipatentis.vix enim aut verius nunꝗ dixiſſet poeta domus omnipatens aut cæli omnipatentis panditur.Pli.quoq;.v.cap.xxxvi.lib. Olympum& Pana luctantes Heliodori opus alterum in terris Symplega nobile ponit.nec lactentes ac iactantes legatur apud Plin.vt codex maculatus oſtendit.Verbum enim Symplega dubium tollit ſuccurrente Hermol.adnotatione.Othryn,vltima correpta ex natura deſinentiū in yn.Eſt autē Othrys mons Theſſaliæ Sperchio flumine ablutus vt Oetha Herculis rogo clarus.Oſſa vero contra Pelion montē erigit a quibus Peneus manat. Olympus vero in Theſſalia ponitur ab his qui regionē latius protendunt. Sed nō vlla quies.Nō quieſcebat ſomnū ve capiebat:ita.n.ſolet inuidia dños pſequi:& ſic vſq; perſequatur.Hoc graphice in ſecundo pbat Ouid.dicens.Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis.Nec obſtat ꝙ ad animū Val.ſenſus refertur qui nullo poteſt eſſe pacto ſerenus tranquilluſq; aſſidua perturbatione ęſtuans. ex vno enim alterum ſepiſſime ſequitur. Progeniē fratris. Iaſona Aeſone genitum.Hunc nam fore.Non

Relatio ad rē.

fit relatio ad progeniē in genere ſecundo,ſed Iaſona: & ita doctus Alexā. ad vocem non dari ſemper relata: ſed ad rem docuit. Ridebunt forſan Theutonicę iuuentutis pędagogi ꝙ Gallum ſenſu facilem ordine lucidum materia refertum verbiſq; ſuccinctum citauero. Sed rideant ad lachrymas aut riſū Sardonium.ingratior eſt Babylonis cōfuſio:quam magnus Alexāder poteſt euertere. Sic prius dictum eſt.Ille tibi cultuſq; deū.Vateſq;. Vaticinio & extiſpicio factus ſuper exitu certior Pelias,Iaſona non parum timebat. Super ipſius.Inſuper Iaſonis nomen. Virtuſq; haud lęta.Ea potiſſimum erat inuidiæ cauſa cuius pater honos eſt & mater virtus:in quā & nos

Inuidię parentes.

luſimus.Inuidiam generauit honos:virtuſq; ſerena Edidit, eſt ne ſato dignꝰ vterq; parēs? Pectore viroſo fœda obtrectatio ligua Prodiit,huic timor eſt cui pater:ira ſoror. Partus inanis abit,veſtigia ſyrmate delet Gloria,dehic dños digna pręire ſequēs. Tyranno. Maius periculum imminet.tyrannus nāq; eſt virtutis inimicus:fas & iura negligens: ſtudens præuenire: & nūc iuuenem optima indole,natalibus clarum,geſtis inſignem qui nepos eſt extinguere pergens,verſanſq; vias & tempora mortis.Vias verſat.Quibus poſſit ad necem honeſtius inferendam progredi.vbi cm̄ hac gradientibus res malecedit, alia tentandum eſt via.Non poſſum quin Fauſti poetę inſignis cuius animam in ſinu Abrahę qui poteſt collocet,carmen non illepidum ſane ſupponam:quod ab ore viuentis pendentes hauſimus.Muncta vbi inexhauſto ceſſarunt vbera lacte Suggenda eſt alia mām̄a petita via.Quo Maxi. inconſtantiam vere expreſſit.Sed neq; bella. Vide ꝗ promptum eſt inuidię flagellum. quęrit enim nec inueniens reperit.Cleonęo hiatu. Caput Leonis aut totū complectens, pellem deſignat: quā corpori tegmentum ad futura pericula Hercules circundedit. ait Diodo.in quinto.Item Lucretius.Quid Nemeæus enim nobis nunc magnus hiatus Ille Leonis obeſſet.& Seneca in Hercu.Oetheo.Vallantq; feri tempora dētes

Sed non vlla quies animo:fratriſq; pauenti
Progeniem:diuumq; minas.hunc nā fore regi
Exitio vateſq; canunt:pecudumq; per aras
Terrifici monitus iterant.ſuper ipſius ingens
Inſtat fama viri:virtuſq; haud læta tyranno.
Ergo ante ire metus:iuuenēq; extinguere pgit
Aeſonium:letiq; vias ac tempora verſat.
Sʒ neq; bella videt:graias neq; mōſtra p vrbes
Vlla:Cleonęo iam tempora cluſus hiatu
Alcides:olim Lernæ defenſus ab angue
Arcas:& ambobus iā cornua fracta iuuencis.
Ira maris:vaſtiq; placent diſcrimina ponti.
Tū iuuenē tranqlla timens: nec frōte timēdus
Occupat:& fictis dat vultū & pōdera dictis.
Hāc mihi militiā:veterū quę pulchrior actis
Annue(datq; animū) nr̄i de ſanguie Phryxꝰ
Cretheos vt patrias audis effugerit aras.
Hūc ferus Aeetes: Scythiā Phaſimq; rigentē
Qui colit(heu magni Solis pudor)hoſpita vina
Inter:& attonitæ mactat ſolennia mēſæ
Nil noſtri:diuumq; memor.Non nuncia tātū
Fama refert:ipſum iuuenem tā ſęua gementē:
Ipſum ego cū ſerus feſſos ſopor alligat artus
Aſpicio,lacera aſſiduis namq; illius vmbra
Queſtibꝰ: & magni numē marꝭ excitat Helle.
Si mihi quæ quondā vires:vel pēdere pœnas
Colchida iā:& regꝭ caput hic atq; arma videres.
Olim annis ille ardor hebet:necdū mea ꝓles
Imperio:& belli rebus matura mariq;.
Tu cui iam curæq; vigent:animiq; viriles



I decus:& pecoris Nephelęi vellera graio
Redde tholo:ac tantis temet dignare periclis.

Cleonę.

Cleonęo.Cleone:vrbs eſt Argis Corinthum pficiſcentibꝰ in via ſita in monte vbi Nemea eſt ſylua a Cleone ab Hercul.cæſo:aut vt ait Pindarus ab Aſopi filia Cleonę ex Metrope Sunt & Cleonę in Atho mōte. Arcas. Arcadię populus ab Hydra defenſus quæ Lernā incolebat paludem. Ambobus iuuencis.Non pauci forſitan erunt

Tauri ab Hercule cęſi.

qui ſuper his tauris ambigent:quos Val.intelligere velit. Sunt enim qui ab Hercu.cęſum fuiſſe autumant taurū Cretenſem,Virgilianę inſiſtentes auctoritati conſtantius atq; interpretationi.Tu Creſſia mactas Prodigia,& vaſtum Nemeę ſub rupe Leonē.qđ & imitari videtur Seneca in Hercu.Oeth.Vna eſt Gerion ſparſus manu:Tauruſq; populis horridus cētum pauor.Quodcunq; tellus genuit infeſta occidit. Vtrūuis enim verbum reſpicias tauri mortem deprehēdere poteris. Noſter quoq; Aſcenſius in Tragico poeta exponendo facilis nec minus verus ꝗ argutus,ſuper illum Sen.locū Centum populi brachia pulſent,taurum Cretenſem ait ab Herc.cęſum: nō tamen pauci ſunt:qui a Cretenſi inſula ſubductum Herculis opera pręcicāt. Priori hęrentes opinioni vnū hūc taurum cenſebimus:alterum vero a Theſeo interfectum:qui Marathonius dicebatur.& teſte Plutarch. in vita Theſei, Apollini Delphico dicatus eſt.Nec me illorum latet opinio qui Cretenſem taurum & Marathonium eūdem fuiſſe contendant:quos ſi ſola iuuet pertinacia ad Acheloum recurratur: cui vt cecinit Ouid. in taurū verſo Hercules alterum cornu perfregit:qđ in mare proiectum a nymphiſq; exceptum omnigenis honeſtatum eſt bonis.Hinc Prouerb.vel pueris cognitum emerſit copię cornu.hoc in.ix.quem citauimus poeta expreſſit. Depreſſaq; dura Cornua figit humo:meq; alta ſternit arena. Nec ſatis hoc fuerat:rigidū fera dextera cornu Dum tenet infregit truncaq; a fronte reuellit. Prior ſenſus forſitan doctioribꝰ magis placebit,ꝙ Hercules cum Acheloo nondum fuerat pro Deyanira congreſſus,nec illud erat Achelous monſtrum ad quod tollendum vel Hercules,vel Iaſon,aut Theſeus mitteretur.Nec fronte timendus.Magna Pelię perfidia:qui fronte lęta pectus habet liuore vlceratum:qđ pectus gerit vultus occultat. Eſt autem frōs pudoris ſedes ex qua hominis comitatem

Frons.

moroſitatem,hilaritatem iudicamus & mœrorem.vnde perfricare,contrahere,explicare,& auertere frontem dicimus pro adagijs: quorum Heraſmus in collectaneis prouerb.laborioſis, exponit ſenſus.Libet & Pōtani Teraſtichon non inſuaue ad remq; non parum faciens afferre.Qui te Paule refert frontē amiſiſſe, ꝙ audes Hiſcere quæ nemo comprobat aut patitur Decipitur:nō fronte cares,ſed frons ita lingua Diſtat: vti linguam frons premere haud valeat.Datq; animum. Legunt aliqui daq; animum:nec ſperno.nam ſenſus eſt annue hanc militiam:tuumq; animum mihi dede,& da votis meis. Si dat recipitur, parēthesis locutionē excuſat. Cretheos. huius geneſis ita deſcribitur.Iapetus vnus ex Titanibus tres liberos genuit: Athlanta, Epimethū,& Promethea.

Crethei genealogia.

Athlas Pleionē habuit vxorē:vnde ſeptem prodiere Pleiades.Epimethus genuit Pyrrham.Prometheus Deucalionem Aeoli patrē:qui tres fertur liberos habuiſſe Salmonea, Athamanta, & Crethea.Ex Salmoneo Tyro genita eſt puella omniū teſte Homero pulcherrima:ex Athamante Phryxus & Helle:ex Tyro & Cretheo Amithaon, Aeſon, Pheretus. Tyro tamen prius ex Neptuno in Enipeū verſo Pelian & Nelea conceperat. Phryxus ex Calciope quatuor genuit filios:quos ſequentia aperientes nominabimus. Aeſon Iaſona & Promachum. Pelias Acaſtum.Neleus duodecim filios habuit:inter quos Neſtora & Periclimenon. Fuerūt & alij ex eadem familia Admetus, Siſiphus,& Cephalus, Alcimedon.Hęc prępoſuimus: vt cętera legentes ſenſum concipiant faciliorē. Patrias aras. Athamantis patris.In hoc autem Pelias Sinoni Virgiliano gręcanica fulto perfidia conferri poteſt: vterq; enim vt mendacium mos eſt ne in mendacio perſiſtentes intercipiantur,& a conceptis decidant, vera falſis aſſuit.Mors autē Cretheos fatalis in quinto ſcribitur. Sunt tamē qui Crethea cęſum fuiſſe ab Aeeta ſcribant relicto quem ex Calciope ſuſceperat Cythoro.Volat.in Philo.ſi codex verus eſt, Aeetnā vocat.Nā dicitur Phryxus ab eodem interfectus filium Cythorum reliquit,quē ex Aeetna filia ſuſceperat.lego ipſe ex Aee-

Aeeta.

tę filia.cęteri qđ gratum erit recipient. Ferus Aeetes. Secunda ſine diphthongo notatur:nam gręce dicit αιητης pro quo etiam Aeeta: vt Scythes Scytha.Heu magni Solis.Erat Aeetes Solis filius:cuius immanitas in Solē referri videbatur. Filij etenim iniqtas patris eſt ignominia. Hoſpita vina. Id adiunxit Pelias vt quem ſciebat religionis cultorem in ſuam facilius traheret ſententiam: vbi enim ſacra hoſpitij iura ab impio rege erant violata Iuppiter Xenius contemnebatur qui hoſpitio pręeſt.dicente Virgilio in primo. Iuppiter hoſpitibus nam te dare iura loquuntur &c.Omnia autem quę adduntur,ad ſceleris grauitatem augendam pertinent. Queſtibus. Dicūt

Queſtibus.

quidam queſtubus a queror deponenti deductum recte dici qđ doctis omnibus non placet:nec Laurent. hac in re creditur.Helle.Quę numē maris effecta eſt dicente Pap.in Achil. Plenaq; materni referens præſagia ſomni Culpatū relegebat iter:qua condita ponto Fluctibus inuiſis iam Nereis imperat Helle. Si mihi. Attende dolū Pelię qui ad nunꝗ prius ſperatam nauigationem incitat iuuenem:quā ſenij prætextu excuſat.Colchida. Accuſatiuus gręcus eſt a recto Colchis:terramq; intelligimꝰ Colchicā.Mea ꝓles. Acaſtus.Nephelęi. Nephele Athamantis vxor fuit Phryxi & Helles mater:ꝙ nubigenę a Columel.dicuntur.ꝙ νεφελη dicitur nubes. Verba Co-

Nephele.

lumel.ſunt.Mox vbi nubigenæ Phryxi nec portitor Helles Signorū & pecorum princeps caput efferet vndis. Nephelęi pecoris. Arietis. Ponta.primo de Aſtris. Arietem pecus Nephelęum vocat. Quū premit auratos Ne-

Diues idoctꝰ.

phelęi velleris artus.Nec eruditionis plenum omittendum eſt Diogenis dictum. Diues indoctus ouis eſt aurato vellere. Tholo. Docet Seruius tholum eſſe ſcutum breue in medio templi vel domus ad quod dona ſuſpen-

Tholus.

di ſoleant. alijs dicētibus orbicularem domum totam ve eſſe templi teſtudinem & pro templo poni. Mart. Flecte via hac qua madidi ſunt templa Lyęi. Et Cybeles picto ſtat corybante tholus. Sicq; nūc ſumi poteſt quum petat Pelias ex templo Martis qđ in Scythia eſt vellus aureum in templum Graium referri. Cum Seruio tamē ſatis aperte apteq; cohęreat. Pro pertica vnde pēdent munera ponit Deſpau. De Tholo plura dicit Quintia.in Tortel.nec pauciora Cęl.cap.xlij.lib.vij. Lactan.quoq; docet alia eſſe quæ figuntur, alia quæ a paſtoribus templorum tholis munera ſuſpēduntur. Dentes ſiquidem & cornua figi ſolent: Pelles & alia ſuſpendi. Vtrunq; Virgilius complectens ait. Suſpendive tholo aut ſacra ad faſtigia fixi. Vellera graio Redde tholo. Canunt ſiquidem poetę arietem cuius vellus erat aureū Phryxo & Helle nouercales inſidias fugientibus a Nephele oblatum

fuiſſe. Alij dicunt naue tranſuectos: in cuius prora pictus erat aries: vt de Iouis naue tauri effigiem habente qua Europam Agenoris filiã cretẽſes ſubſtulerũt. Nec deſunt q dicãt Phryxũ pędagogi ductu cui nomẽ erat Arieti Colchon adpuliſſe: & Phryxo q iuuenis eſſet eleganti forma cõſeruato Arietem cęſum: ſubtractamq pellem fuiſſe deauratam: Martiſq templo appenſam: quã vigiles cuſtodiebant milites. Hęc Diodo. in. v. Strabo autem in. xj. ait: Iberum Scythię populorum Colchorumq torrentes aliquos aurum deferre: quod Barbari perforatis tabulis & lanoſis pellibus excipiunt. vnde aurati velleris fabula eſt conficta. Sunt qui referunt ad Phaſim fluuium eſſe capras vellera ferentes vnde multo auro argentoq comparato magnum fit populis compẽdium. Has Plinius Tragelaphos vocitat. idq fabulę locum dedit. Tantis periculis. quibus defunctus gloriam Iaſon ſibi pariat ęternam.

Propiorq iubenti. Erat imperanti q oranti ſimilior. Ponto Scythico. in Scythiam protenſo.

Cyaneę iſulæ

Cyaneæ inſulę ſunt in Ponto ſeu mari Euxino: qd a Boſphoro Thracio incipit & in Mœotidem paludem protẽditur. Pontus enim mare eſt qd a Mœotide porrigit vſq Tenedon. Mare autem anguſtum a Tenedo incipiens poſt Helles caſum dici Helleſpõtus cœpit: quod vero ab Helleſpõto ad Boſphoron Thraciũ eſt propõtis appellatur: & a Boſphoro Thracio ad Mœotidẽ mare Euxinũ:

Euxinũ mare

qd antiqui vocarunt Axenum ab α dictione priuatiua: & ξενοσ hoſpitium: q nauigãtib⁹ periculoſum eſſet tutumq negãs hoſpitium idq non tam propter maris adhuc incogniti q populorum ſęuitiam & crudelitatem fertur Sed inde factum eſt vt gentium exterarum cõmercio emollitis populorum moribus mare foret hoſpitalius. Euxinum propterea quaſi Euxenum dixerunt, qd nomen Ouid. per antiphraſim dictum ait. Euxinus falſo nomine dictus habet. Idem. Quem tenet Euxini mendax cognomine Pontus. Legitur male apud Pli. in aliquibus locis, annexus. Pomp. iuxta originem Axenus ſcriptum reliquit: ſi codex verus eſt. Q autem ſint Cyaneę in põto Scythico teſtatur Senec. dicens in Hercu. Fur. Illa quæ pontum Scythen Symplegas arctat, Hinc & hinc vinctas manus diſtendat alto. Dracone. Serpens intelligitur: qui vt in quinto dicetur ad velleris cuſtodiam demiſſus eſt diuinitus. Vix ea Caucaſijs quum lapſus montibus anguis Haud ſine mente dei ſpiris nemus omne refoſſis Implicuit: grauiq procul reſpexit ad orbem. Regis quem filia. Medea Aeetę filia. Nec vellera. patuit tũc vellera Peliæ non eſſe curę ſed ſolum Iaſona ad necem cogi. Sic tandem. Florentini codices ſectantem perperam relictum oſtendunt quum ſic tandem legendum ſit. Plantaria.

Sic tãdem.

Plantarum calceamẽta ſunt Perſei quę dicũtur talaria, Mercurio etiam ꝑpria. Ouid. Parte ab vtraq pedes teloq accingitur vnco. Et liquidum notis talaribus aera findit. Fuit autẽ Perſeus Danaes ex Ioue in aureũ ĩbrẽ verſo filius. de quo plura Oui. Meta. quarto. Triptolemi. Antiquior textus habet creditus. tuncq ſubaudiri poteſt illius. ſ. Triptolemi qui &c. Hunc Meganirę ſeu Menalippes aut ſecundum alios Deiopes filium quum Ceres immortalem vellet reddere, ſpe fruſtrata dilectum abijcere noluit: quem docuit agriculturã: draconeſq & currum quo per aera veheretur obtulit. Quærcum damnauit. nã prius homines glande victitare ſoliti quęrcu abiecta Cererem nouerunt. Superet. Abſolute ponit niſi ſequẽs caſus bis ordinet. Freta

Perſeus.

Triptolem⁹.

Talibus hortatur iuuenẽ: propiorq iubenti
Conticuit: certus Scythico concurrere ponto
Cyaneas: tantoq ſilet poſſeſſa dracone
Vellera: multifidas regis quem filia linguas
Vibrantẽ ex adytis cantu dapibuſq vocabat,
Et dabat heſterno liuentia mella veneno.
Mox taciti patuere doli: nec vellera curæ
Eſſe viro: ſed ſeſe odiis immania cogi
In freta. qua iuſſos ſic tandem qrere Colchos
Arte queat? nunc aerii plantaria vellet
Perſeos: aut curru ſęuos frenaſſe dracones:
Triptolemi ignaras Cereris q vomere terras
Imbuit: & flaua quærcum damnauit ariſta.
Heu qd agat? populũ ne leuẽ: veteriq tyrãno
Infenſum: atq olim miſerantes Aeſona patres
Aduocet? an ſocia Iunone & Pallade frętus
Armiſona ſupet magis: & freta iuſſa capeſſat:
Siqua operis tanti domito conſurgere ponto
Fama queat? Tu ſola animos menteq peruris
Gloria: te viridem videt: immunemq ſenectæ
Phaſidis in ripa ſtantem iuueneſq vocantem,
Tandẽ animi incertũ: cõfuſaq pectora firmat
Relligio: tendenſq pias ad ſidera palmas
Omĩpotẽs regina (inqt) quã turbidus atro
Aethere cæruleũ quateret cũ Iuppiter imbrẽ
Ipſe ego præcipiti tumidum ꝑ Enipea nimbo
In campos: & tuta tuli: nec credere quiui
Ante deam: q te tonitru: nutuq repoſci
Coniugis: & ſubita raptam formidine vidi:
Da Scythiã: Phaſiq mihi. Tuq inuba Pallas
Eripe me, veſtris egomet tunc vellera templis



Illa dabo: dabit auratis & cornibus igni
Colla pater: niueiq greges altaria cingent.
Accepere deæ: celeriq per æthera lapſu
Diuerſas petiere vias: in mœnia pernix
Theſpiaca & charum Tritonia deuolat Argũ.
Moliri hunc puppem iubet: & demittere ferro
Robora: Peliacas etiã comes exit in vmbras.
At Iuno argolicas pariter Macedũq ꝑ vrbes
Spargit inexptos tentare parentibus Auſtros
Aeſoniden. iam ſtare ratem: remiſq ſuperbam
Poſcere quos reuehat: rebuſq in ſęcula tollat.

iuſſa. a Pelia ſcilicet. legi poteſt etiam fera iuſſa vt ſit Virgiliana imitatio. Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Tu ſola animos. Sententia profecto notatu digna. Omnes qppe irretit glorię dulcedo: omnes illaqueat. Illa eſt quę timiditatem pellit: reſides animos euocat: & difficillima quæq aggredi ſuadet. Sil. Ital. lib. vj. Traxitq virum fax mentis honeſtæ gloria. Proper. libro quarto. Magnum iter aſcendo: ſed dat mihi gloria vires. Etſi autẽ immẽſũ huius ſęculi gloria calcar habet, tectaq ratione duce expeti modeſte poteſt, cęteris etenim externis bonis longe pręſtãtior eſt. dicẽte Sapi. Melius eſt nomẽ bonum q diuitię multę: nõ tamẽ tã effreni animi deſiderio eſt expetenda vt cæleſtem poſthabeamus immẽſam inacceſſibilemq gloriam: ſed potius Boetiũ audiamus (quem dicũt alij Bœothium) in cõſola. philoſoph. libro ſecũdo dicentem. Quicunq ſolam mente præcipiti petit ſolãq credit gloriam, Late patentis ætheris cernat plagas. Arctũq terrarũ ſitum breuẽ replere non valentis ambitum. pudebit aucti nominis. Te viridem videt. Iaſon ſe maximam videbat poſſe comparare gloriam ex tali nauigatione. vnde fingit poeta gloriam in littore Phaſidis ſtantem & argonautas vocantem. Ob id diximus ante gloriam inuidię & obtrectationis pediſſequã eſſe: quos enim dominę ſtudent exturbare & ſupplãtare, ancilla ſublimius effert & ſolidat. Viridem immunẽq ſenectę. Nunq ſeneſcit gloria: nunq vileſcit: ſemp floret: viridis eſt: nec temporis ſucceſſu aboletur. Animi incertum. Dicimus & animo. Omnipotens. omnia poterat quæ omnipotentis ſoror erat & coniunx. quod non ſolum epitheton dei eſt vbiq lectum: quum Petrarcha in quadam epiſtola ad Philippum Maſeriũ aut ne quid mutem de Maſerijs, facũdiam docte & eleganter vocet omnipotentem. Quateret quum Iuppiter. Videtur fabula altius repetenda. Saturno in tartara miſſo & Ioue in cęlum recens admiſſo ob rei nouitatem vt fieri plerunq ſolet facta eſt aduerſus Iouem cõſpiratio: quæ eo proceſſit vt Iuppiter in vincula conijceretur. Coniurationis autem auctores erant Iuno Pallas Neptunus. At vero Thetidis aduentu quę in cælum Briarea duxerat, liberatus eſt: tuncq fieri fuga cœpta eſt. Iunoq mariti ſęuitiã reformidans anus facta in Theſſaliam deſcendit: & vltra Enipeum qui excreuerat, ab Iaſone vecta eſt: nec eam prius agnouit q quum Iouis tonitru repoſceretur. Inde igitur ſublata, meritas conſpirationis pœnas luit. vt canit poeta noſter in ſecũdo dicens. Tempore quo primum fremitus cõſurgere opertos Cœlicolum & regni ſenſit nouitate tumentes Iuppiter æthereę nec ſtare ſilentia pacis Iunonem volucri primã ſuſpendit Olympo Horrendum chaos oſtẽdens pœnaſq barathri. Hęc ſi diuerſis contigerint temporibus qͦuis frequens ſit apud poetas fabularum confuſio, vnam ex Iunonis peregrinatiõibus intelligere licebit Lactan. ſtu. non refert. Apollo. ſane Anaurum nominat. Item Raphael Regius Apollonijq interpres quiſquis eſt ait ιασομα μ ονοπεδιλον venxiſſe μετα αμαυρον ποταμου της θεσσαλιας ηραν. verum multæ fuerunt. Vnde Homerus Ilia. viij. Sic mihi ex fatis agere decretum eſt, nec vllum apud me momentum facit q tu ob id macereris. non ſi etiam hinc a cęlitibus migres: vanamq & incertam exigas peregrinationem. Non deniq ſi propterea ad extremos terrarum ac maris profectura ſis terminos. Colla pater. Taurus ſignatur. Si Atteium Capitonem imitari velimus dicẽtem Ioui verre tauro & ariete non eſſe ſacrificandum: & Lab. lib. lxviij. aſſerentem ſacra Neptuno Apollini & Marti ex tauro fieri ſolita: & Iouis Iunoniſq ſacra dixerim⁹ communia, infauſtus fabulæ exitus ſacrum excuſabit Si vero alios imitari liceat: adeſt Zozimus poeta gręcus cuius carmẽ ad rem faciens ab Angel. Pol. ſic transfertur. Sed Iouis ante aram candenti corpore taurũ Luce feri. nam lux ſuperis gratiſſima diuis. Et ante. Iunonis templum nitida ceruice iuuẽca imbuat: atq itidẽ Phœb⁹ placetur Apollo. Quin & Hom. β. Ilia. αυταρ ο βουν ιερευσεν αναξ ανδρων αγαμεμνων πιονα πενταετηρον υπερμενει κρονιωνι. de boue enĩ quinquẽni loquit quem Saturni filio agamemnon mactauit. Niueiq greges. Id erit propter virginitatis candorem in Pallade, vl vt modo citatum eſt Zozimi carmen, q lux ſuperis eſt gratiſſima. Nec credere quiui. Sunt qui Bonon. ſequẽtes codicem legunt: nec credere quiuit. vt referatur ad Iouem: ſed falluntur. Tumidum Enipea. Raph. Reg. in. vij. Meta. Ouidius dicit Iaſonis calceum in Anauro theſſalię fluuio cum Iunonem ferret vetulam relictum fuiſſe. Theſpiaca. Theſpia ſeu Theſpię vrbs eſt Bœotiæ Praxitelis olim Cupidine inſignita a Theſpiade ſeu Theſpio Teutrantis filio Pandionis nepote condita: vnde Theſpij Theſpienſes & Theſpiadę dicti ſunt populi. Hinc Argus inſignis architectus prodijt, qui & Theſpiades dicitur. Moliri puppem. parare & componere Virgil. Claſſemq ſub ipſa Antandro & Phrygię molimur montibus Idæ. Peliacas vmbras. Sic legit Sab. repellens vndas & recte. Macedum. Macedonum vt apud Papinium in Achilleide. Nec Macedum gens dura placet. Scio Neſto. & Deſpaute. Macedones vocare Macetas; & apud Papiniũ. Quo Macetę ſua geſa citant quo turbine cęſtum Sauromatę. interpretari pro Macedonib⁹: Deſpauteriũq ſubiũgere Magetas populos eſſe Scythiæ apud Papinium in ſecundo Achilleid. quum dixiſſet Macetan eſſe Macedona: & quum duo ſint Papinij in Achilleide libri necdum ſecundus eſt abſolutus: cuius principium eſt. Exuit implicitum. norint tyrones Magetas recte poni a Papinio in ſecũdo pro Scythiæ populis: quum ait. Quo Magetę ſua geſa citant. & in primo Macedum pro Macedonum. apud Sillium tamen in decimoquarto legitur: Aut Macetum luſtrare & Achaica rura. pro Macetarum, quæ minus dura eſt ſyncopa: q quum Macedum pro Macedonum legitur. Deſpaut. legit per ſyncopen Macedum. Dico ſane Macetas & Macedones. rectuſq erit Macetes & Macetis mulier inquit

Glorię cupido.

Oĩpotens.

Iuppiter in vincula.

Theſpij.

Argus.

Macedones.

Magetę.

Macetę.

Stepha.Nig.quæ & maceſſa & macetta.ſs cũ in tt frequẽter vertitur vt Theſſalia Thettalia: Theſſalis Thettalis.& vbi Dores dicũt θαλλαόσα, attici dicũt θαλλαττα. Itẽ θρειόσα θρεττα. Lege Priſcia. Reuehat.id animũ auget & ſtimulat quibꝰ cũ gloria reditus ꝓmittit: minuſq; id Virgilianũ. Et altera quę vehat Argo Delectos heroas promittit. Omnis.auet. Sic legendum monet Sabel. quod etiam oſtẽdunt codices Bono. Sunt tamen qui abit legunt, forſitan pro adit. Turba ducum. Nam qui primi extiterunt nautæ, reges fuere dei aut ſemidei duces & heroes. Necdũ data copia. Qui rebus bellicis nondum potuerant exerceri a parentibus forſan propter ætatem prohibiti: aut quia nulla fuerat virtutis exercendæ materia. At quibus aruorum. Senſus cum ordine erit. Iuno illos ſtimulat quibꝰ erat aruorum & inſontis aratri ſtudiũ. Nec propterea homines non reges non dijs genitos ſed ruſticanos dixeris tunc euocatos fuiſſe. euocati ſane ſunt principes bellicis rebus dediti: & quibus iucunda erat agricultura.

Diuitię priſcorum regum.

At reges fuere. Antiqua enim ſimplicitas ſumme diues habebatur, quæ centum agri iugera apes & boues cameloſq; poſſidebat plurimos. quod ſacra etiã teſtatur hiſtoria. Valeriuſq; noſter maximã Pelię prius commendans potentiam dixit. Atq; imum fœlix verſabat vomere Olympum. Doctioribuſq; ſatis exploratũ eſt q̃ grate ex aratro ad faſces inſigniores fuerint acciti imperatores. Quin & honoratos pleroſq; a rebus ruſticanis cognomina ſumpſiſſe videmꝰ. Qui etiã Hom. xiij. odyſſ. ait agriculturam claros facere homines. Inſontis aratri. quod eñ erat innocuũ prius, licet terrę matris antiquę viſcera ꝑſcindens, inde in enſes cõuerſum videmꝰ. Iuſſi. Sic fieri volebant Iuno, Pallas & ſuperi. Manifeſto in limine. Legũt alij lumine. qđ nõ diſplicet vbi eñ hoies noctu aberrantes ſtudemus cõgregare, ignem ſtruimus.

Satyrꝰ i ignẽ.

Mirumq; illud de Satyro errante legitur, q̃ ignẽ fieri inſolitum Satyrus videns, rei nouitate oblectatus & pulchritudine in eum irruit. Elatis cornibus.

Fluuij cur cornigeri.

Fingunt prudentes poetę fluuios eſſe cornigeros propter oſtia quibus aquã effundunt. aut quia raucum ſonitum taurino ſimilem edunt. propterea Horat. vocat Aufidum tauriformẽ. Virgiliuſq; dixit. Corniger heſperidum fluuiꝰ regnator aquarum. & id locum dedit fabulæ quam de Acheloi cornu perfracto narrauimus. Argis inachijs.

Inachus.

quibus imperauerat Inachus pater Ius puellę: quã a Ioue cõpreſſam canũt poetę. Diciť Argos Inachium ab Inacho fluuio Argiuam terrã percurrente, inquit Strabo in octauo.

Argos.

fuitq; Inachus rex Achaię: cuius pria ſedes Argis erat vnde Achaicum Argos: qđ Hippium: quia teſte Horat. equis abundans. Aptum dicet equis Argos diteſq; Mycenas. Fuit & Pelaſgicum in Theſſalia: & alterum in Attica regione.

Hercules Tirynthius.

Tirynthius. Hercules ab Tirynthe dictus oppido Argis proximo altiſq; munito mœnibꝰ. vnde Strabo ex poeta. Qui tenuere Argos Tirynthaq; mœnibus altis. ſubiungens

Cyclopũ opa

Proetus videť Tirynthem arcem occupaſſe ad excurſiones faciendas: eamq; cyclopum opera & arte mœnibus roboraſſe. qui erãt numero ſeptem: quos appellabant Gaſterochiras. i. ventrimanos: qꝰ ventrem manibus aut manuum opera nutrirent. ſic ędificia magnifica, ſic loca manibꝰ cõſtructa dicimus. Hicq;

Omnis auet quæ iam bellis ſpectataq; forma
Turba ducum: primę ſeu quos in flore iuuẽtę
Tentamenta tenent: necdum data copia rerũ.
At quibus aruorum: ſtudiũq; inſontis aratri:
Hos ſtimulat: magnaq; ratem per luſtra viaſq;
Iuſſi laude canunt manifeſto in limine Fauni
Syluarumq; deæ: atq; illatis cornibus amnes.
Protinus Inachiis vltro Tirynthius Argis
Aduolat: Arcadio cuius armata veneno
Tela puer: facileſq; humeris gaudẽtibus arcus
Geſtat Hylas: velit ille q̃dẽ: ſed dextera nódũ
Par oneri: clauæq; capax: quos talibus amens
Inſequitur: ſolitoſq; nouat Saturnia queſtus.
O vtinam graiæ rueret non omne iuuentæ
In noua fata decus: nr̃iq; Euryſtheos hęc nũc
Iuſſa forent: imbrẽ: & tenebras ſęuũq; tridẽtẽ
Iam iam ego: & inuiti torſiſſem cõiugis ignẽ.
Hũc quoq; nec ſociũ noſtrę: columẽve carinę
Eſſe velim: Herculeis nec me vnq̃ fidere fas ſit
Auxiliis: comiti & tantum debere ſuperbo.
Dixit: & Aemonias oculos detorq̃t ad vndas.
Feruere cuncta virũ cœtu: ſimul vndiq; cernit
Delatum nemus: & docta reſonare bipenni
Littora: iam pinus gracili diſſoluere lamna
Theſpiaden: iungiq; latus: lentoq; ſequaces
Molliri videt igne trabes: remiſq; paratis
Pallada velifero quærentem brachia malo.
Conſtitit vt longe moles non peruia ponto
Puppis: & vt tenues ſubiere latentia cæræ
Lumina: picturæ varios ſuperaddit honores.
Hic ſperata ſedens Tyrrheni tergore piſcis
Peleos i thalamos vehiť Thetis: æq̃ra delphin
Corripuit, ſilet hæc deiecta lumina palla:



a Virgil. in. vj. canitur. Cyclopum educta caminis Mœnia conſpicio. & a Papi. primo Thebaidos. Scis ſemper vt arces Cyclopum magniq; Phoroneos inclyta fama Sceptra viris opibuſq; iuuem. Cuius armata. Heptimimeris eſt. Veneno Arcadio. Diodo. in. v. ait Herculem ſagittas lernęo ſanguine ſeu veneno infeciſſe. Vnde Seneca. His adijce pennas Saucię Stymphalidos Lernęa paſſę ſpicula. Huius veneni vim maximam experti ſunt Chiron Pholus & Philoctetes. Ait inſuper Pauſanias Hydram Lernæ feram fuiſſe hydros omnes alios magnitudine excedentem. Cuius venenum ita foret αμικτομ, vt Hercules eius felle τασ ακιδασ. i. ſagittarum ſpicula tingeret. vnũq; caput tantum habuiſſe ait. Piſander vero plura. Faciles. nõ quidem protenſu licet geſtatu faciles: vnde ſubiungit Valerius faciles humeris. Gaudẽtibus. leue erat onus illud: ideo lętum & non moleſtum. Arcus. ſ. Herculis, licet & ſuo vti potuerit: vt docet Vale. in. iij. Hylas. Thiodamãtis filius. Velit ille. Hylas arcus Herculis fert: clauãq; libens ferret: verũ id ętas non ſinit. aut Hercules id quidem ſufferat: ſed qui clauam nondũ vtilem deneget. Summa nãq; clauę Hercu. pars erat ahenea. & Piſander ait totam fuiſſe ex ære.

Claua Herculis.

Scribunt græci Herculis clauam ex oleaſtro fuiſſe: quã apud Sardonidem reperiſſet: & eandem fuiſſe in Trœzene depoſitam apud ſtatuam Mercurij: quẽ πολυγιομ vocant: & progerminaſſe denuo. Ac tempeſtate ſua ſuperfuiſſe oleaſtrũ prodit Pauſa. Quod autem græci mẽdaces de Herculis claua reflorente fabulati ſunt, forſitan ex Aaronis virgula ſecretoq; & vero myſterio ab ægyptijs edocti ſumpſerunt. Floruit ſiquidem fronduit, & fructus produxit virga vis maternę ob longum temporis interſtitium naturaliter oblita. Solitos. aſſuetos: quibus Iuno in Herculem vti ſolita erat. vtpote nouerca, priuignum ſi Hercu. extra matrimonij iura, illicitoq; natum concubitu recte appellamus, nouercali odio proſequens. O vtinam. verba Iunonis ſunt miro in Herculẽ æſtuantis odio.

Euryſtheus.

Euryſtheos noſtri. quem nos fouimꝰ: & Hercu. prætulimus: in cuius gratiã Iouis odium contraximus. Fuit Stheleni & Antibię quam aliqui dicunt Cynippen, natus ſeptimo mẽſe filius rex Mycenarum teſte Diodo. in. v. qui ſtimulante Iunone varia monſtra Hercu. domanda vel cędenda mandauit. Senſus erit. vtinam iſtud foret Euryſtheos mãdatum nõ Pelię, ſoliq; Hercu. non autem Iaſoni commiſſum, nec tot adeſſent heroes. Hom. τ. ιλια. itatum principium exponit vt dictum eſt: ſubdens inde Iouem vſqueadeo grauiter vxoris fraudem tuliſſe vt Aten deam, ſuperorum nunciam, cuius opera Iuno marito impoſuerat, animo turbatus vertice comato apprehenderit: & nunq̃ cælo ſydereo redituram iuratus fuerit: quippe quæ omnes detrimento afficeret.

Ate.

Eſt nãq; ατη nocumentum, damnum, detrimentumq;, & (vt diximus) dea damnum inferens. cuius prior trahitur ab Hom. τ. Ilia. οι τε μοι δμ αγορηφρεσιμ εμβαλομ αχριομ. ατημ verum. ι. ιλια. corripitur. αιρατε κάι μετοπισεμ ατησ αλεγουδι κιουσι. Imbrem. quem excutere poteſt: vtpote aeris dominio potita teſte Seruio. Tenebras. quæ imbrem ſequuntur. Sæuumq; tridentem. Fuſcinam habet tridentiferam Neptunus vt Iuppiter triſulcum fulmen & Pluto Cerberum tricipitem. Nunc quoq;. Legunt alij hunc vt referatur ad Hercu.

Feruere.

Feruere. media breuis eſt prolata vt apud Virgil. Feruere Leucaten auroq; effulgere fluctus. vbi etiam fulgere a fulgo vt feruere a feruo deſcendit. Sic caue vide & pleraq; alia vltimas breues habent. Horat. in epiſto. ad Vinnium Aſellam. Va de vale caue ne titubes mãdataq; frangas. Nec id tamen in omnibus faciendum eſt. audaciuſculos admonebit auctoritas/nouitios regula diriget. Nec Philelpho homini ſane q̃ docto adhęſerim qui i compoſitis a teneo idẽ fieri in epiſto. contendit. Docta bipenni. ab Argo ingenioſe deducta & quaſi a ſummo artifice & magiſtro erudita.

Pinus.

Pinus. ex hac arbore nauis partim conſtructa eſt dicente Papinio in Thebaide. Pelias intacti late ſubit oſtia ponti Pinus. & in Achilleide. Olim equidem Argiuos memini quum Theſſala reges Hac veheret pinus. Nec defuit quęrcus vt docet poeta noſter. Lamna tenui. Lamina & ferro pertenui vt ſolet eſſe dolabra. nõ autẽ vt bractea qua lamina craſſior eſt. Facit hoc vt paulum digreſſus Senec. ipſe paulum ſubleuem in Agam. dicentem. Audijt ſonitum trepidante flãma frigidus cuſtos. vbi reiecta Bernard. ſomniantis opinione, quę Aſcẽſius impenſe doctus notat contra interpretem in medium adducentur. Ait enim Quum Herc. in pomis excerpendis flamma vſus non fuerit, legendum eſt. Crepitante lamna. Aſcenſium poſſet iuuare Ouidius in. x. Meta. Medio nitet arbor i aruo Fulua comã fuluo ramis crepitãtibꝰ auro. Sed & Virg. ait. Atq; oẽm ornatũ flãma crepitante teneri. ſed ad aliud referť. Arguta ſane eſt & acuta inuentio: cui adhęrẽs doctiſſimꝰ quiſq; nõ imprudens haberetur. nullus tamen eſt codex Sene. in duabus dictionibus primis iuuamini. quæ rectius ſubducuntur q̃ a Bernard. exponantur: quæ ſi placent Vale. defenduntur auctoritate qui in vltimo ait. Cum ſubito ingentem media inter nubila flãmam conſpicit & ſæua vibrantes luce tenebras. At dicent alij non eundem eſſe ſerpẽtem. Nouerint tamen Cadmi Iaſonis & Hercu. ſerpentes ęque fuiſſe, vigilantes. nec poteſt de velleris fulgore exponi Valerij textus: quum paulopoſt dicetur. Ipſius en oculos & lumina ſęua draconis Aſpicis, ille ſuis hęc vibrat fulgura criſtis. & inde. Quis rubor iſte poli? quod tam lugubre refulſit Sydus ait. Sunt qui lama hic & apud Hora. ponũt. Scilicet vt ventres lama candente nepotum Diceret vrendos. Trabes ſequaces. artificis manum ſequẽtes. Molliri. curuari & flecti. Igne lento. nõ violẽto: qui nõ adurit at indurat. Brachia. antennas. Eſt enim malus nauis arbor: e ſuperiori cuius parte rudentes deducuntur & antennę: quarum extremitates poeta dicit cornua quũ inquit. Cornua velatarum obuertimus antemnarum. Conſtitit vt longe. poſtq̃ Argo conſtructa eſt: & pice cęraq; foramina fuerunt oblita & obturata, parteſue quæ lumen recipiebant. Legunt alij limina: quod nec abijcio. Sunt & qui longo apponunt vt ponto adijciatur. Cęrę tenues. quibus obducebantur rimulę tabulęq; muſco iuuabantur. Virgiliuſq; in Geor. pingues vocat cęras dicens. Et ſpumas miſcent argenti ac ſulphura viua Idæaſq; pices & pingues vnguine cæras. quod dictum eſt propter oleum liquorem ve quo pecus ſcabie leuandum vnguitur. Inuenias quoſpiam qui Cælio duce, immo ſane Seruio, viuaq; ſulphura admittant. Picturę honores. Plinius picturam claroſq; pictores primo & ſecundo capi. xxv. lib. & per totum maxime celebrat. Hic ſperata. In vna parte Thetidis & Peleos nuptię videbantur celebrari: in altera Lapytharum Centaurorumq; congreſſus haberi. Sperata. cum qua Iuppiter concumbere ſperauit: eaq; fuiſſet potitus niſi Proteos territus vaticinio abſtinuiſſet. Vnde ait Ouidi. in. xj. Meta. Quis haud tepidos ſub pectore ſenſerat ignes Iuppiter æquoreę Thetidis connubia vitat. Sperata etiam a Peleo Ioue concedente vt idem poeta meminit: Proteoq; potiundæ virginis ſpem adiuuante. Piſcis Tyrrheni. Delphinis: in quem tyrrhenus nauta verſus eſt vt multis Ouid. iij. Meta. proſequiť. & Pap. in Achil. vocat greges tyrrhenos delphinas. Armigeri tritones eũt: ſcopuloſaq; Cetę: Tyrrheniq; greges. Delphines ſane phocæ, cete, hippocampi, equorũ vice deis ſupponuntur marinis. Vnde

Nec Ioue maiorem naſci ſuſpirat Achillem.
Hanc Panope: Dotoq; ſoror: iactataq; fluctu
Proſequitur nudis pariter Galatea lacertis
Antra petēs: ſiculo reuocat de littore Cyclops.
Contra ignis viridi totus de fronde: dapeſq;:
Vinaq;: & æquoreos inter cum cōiuge diuos
Aeacides: pulſatq; chelyn poſt pocula Chiron.
Parte alia Pholoe: multoq; inſanus Iaccho
Rhœtus: & Athracia ſubitę de virgie pugnę.
Crateres menſęq; volant: aræq; deorum
Poculaq;( inſignis veteꝶ labor ) optim⁹ haſta
Hic Peleus: hic enſe furens agnoſcitur Aeſon.
Fert grauis inuito victorem Neſtora tergo
Monych⁹: ardēti pagit Clar⁹ Antora quęrcu:
Nigro Neſſus equo fugit: accliuiſq; tapetis
In mediis vacuo cōdit caput Hippaſus auro.
Hæc q̄q̄ miranda viris: ſtupet Aeſone natus:
Et ſecū. Heu miſeros noſtrū natoſq; patreſq;.
Haccine nos animę faciles rate nubila contra
Mittimur? in ſolū nūc ſęquiet Aeſona pontus?
Non iuuenē in caſus: eadēq; pericula Acaſtū
Abripiam? inuiſæ Pelias freta tuta carinæ
Optet: & exoret noſtris cum matrib⁹ vndas.
Talia conanti læuum Iouis armiger æthra
Aduenit: & validis fixā erigit vnguib⁹ agnā.
At procul e ſtabulis trepidi clamore ſequūtur
Paſtores: fremituſq; canū: citus occupat auras
Raptor: & Aegæi ſuper effugit alta profundi.
Accipit augurium Aeſonides: lætuſq; ſuperbi
Tecta petit Peliæ. prior huic tum regia proles
Aduolat: amplexus fraternaq; pectora iūgēs.

quinto capite libri. xxxvj. Plini. inquit. Sed in maxima dignatione. Cn. Domitij delubro in Circo Flaminio Neptunus ipſe & Thetis atq; Achilles Nereides ſupra Delphinos & Cete & Hippocampos ſedentes. De naui Delphinophoro nō pauca Cęl. capite ſexto libri quinti refert. In lumina. oculos: quod eſt pudoris argumētum. Nec Ioue maiorem. Tangitur Proteos vaticinium ab Ouid. ita repetitum. Concipe: mater eris iuuenis: qui fortibus annis Acta patris vincet: maiorq; vocabitur illo. & apud Papiniū in Achilleide. Neptun⁹ his ſolatur verbis Thetidem. Pelea iam deſiſte queri: thalamoſq; minores Credideris peperiſſe Ioui. Ioue maiorem. qui maior patre futurus erat: ob id Thetidis amplexus Iuppiter expauit. Quare Papini⁹ dixit. Formidatamq; tonanti Progeniem. Eſtq; negatio non iungenda verbo ſuſpirat.

Panope.

Hanc Panope. Dicitur etiam Panopea. Virg. Glauco & Panopeę & Inoo Melicertę. vbi o non eliditur & e corripitur propter vocalem ſequentē. Sic dicitur Penelope & pea. Calliope & pea. Vnde Fauſtus in Heluetiade cecinit. Heluetiā franca gētem virtute ſubactam Calliopea refer. fuit & Panopeus Phoci & Aſteriæ filius & Panopea ciuitatis nomē. Hom. κριςαντε ζαθεην και Δαυλιδα και πανοπηαν. Doto.

Thetidis comites.

vna eſt ex Thetidis comitibus. eas Hom. ς Ilia. nominat. γλαυκητε, θαλειατε, κυμοδοκητε, νησαιη, σπειωτε, θοη θ αλιητε βοωπισ κυμοθοητε, και ακταιη, και λιμνωρεια, και μελιτη, και ιαιρα, και αμφιθοη, και αγαυη, δωτωτε, πρωτωτε, φερουσατε, δυναμενητε, δεξαμενητε, και αμφινομη, και καλλιανειρα, δωρισ, και πανοπη, και αγακλειτη, γαλατεια, νημερτησ τε, και αψευδησ, και καλλιανασσα, ενθα δε ην κλυμενη, ιανειρατε, και ιανασσα, μαιρα, και ωρειθυια ευπλοκαμοστ αμαθεια. Cyclops. Polyphem⁹. Lege Ouid. xiij. Meta. Cōtra ignis viridiq; tor⁹ de frōde. Sic Sabel. reponendum curauit textum: eſt enim vt credit Satyrographo adſtipulante id magis heroicum. Syluestrem montana torum dum ſterneret vxor Frondibus. Verum quum antiqui ex lauro virenti ignem factitarint: nō dubium quin viridi totus de fronde, eruditius legi poſſit, vt antiqui codices oſtendunt: quos inuertere piaculum eſt ſi queūt tolerari. natumq; ideo eſt prouerbium in clamoſos homines & obſtreperos.

Ignis e lauru.

Clamoſius obſtrepunt q̄ laurus quum crematur. Inſpiciatur Plini. decimoquinto. ad rem facit Lucretius in ſexto. Nec res vlla magis Phœbi q̄ Delphica laurus: Terribili ſonitu flamma crepitante crematur. Valerius autem ſatis aperte oſtendit in vltimo ignes fieri in nuptijs ſolitos. Sed neq; ſe pingues tum candida flamma per auras Explicuit.

Laurus prognoſtica.

Et his quidē antiqui rerum euentus dignoſcebant. quod Cæl. capite ſeptimo libri tertij repetit dicens. fœlicitatem portendi haud dubie ſi crepuiſſet laurus abunde & ſonantius. Tibul. Laurus vbi bona ſigna dedit gaudete coloni. E diuerſo ſi tacita deflagraſſet, omnia putabant inauſpicatiſſima. Propert. Et tacet extincto laurus aduſta foco.

Chiron.

Chiron. Philyræ & Saturni in equum mutati filius: nō ex nube Iunonia & Ixione genitus. Medicus inſignis bonuſq; muſicus: qui Achillem & Patroclū lyram pulſare docuit: in nubila condere diſcos: & liquidam nudare Palen & ſpargere cæſtus: inquit Papini⁹. apud quem ſequitur. Nec maior in iſtis Sudor Apollineo q̄ fila ſonantia plectro Quum quaterem: priſcoſq; virum mirarer honores. Quinetiā ſuccos atq; auxiliantia morbis Gramina &c. Teſtis eſt Therētius q; tribus artib⁹ pue-



ri nobiles & liberi erudiebantur literis: palęſtra: & muſica. Ait enim. Fac periculum in literis. Fac iri palęſtra & in muſicis quæ liberum hominem ſcire ęquum eſt: adoleſcentem ſolertem dabo. Gellius quoq; decimoquinto lib. ait, Athenienſibus adoleſcentibus honeſtum fuiſſe tibijs canere: quod vbi Alcibiadi, omnibus poſtea diſplicuit.

Chiron.

Suidas ait Chironem ex nube & Ixione genitum fuiſſe. Vnde Aratus. Hic erit ille pius Chiron iuſtiſſimus omnes Inter nubigenas & magni doctor Achillis. Et Phil. Bero. Quātaq; Chironis Barbyta nubigenę. & Pap. in Achilleide. At intra Centauri ſtabula alta patent: nō æqua nephandis Fratribus. Reclamante tamen Pap. interprete quum ait inter Chirona & Centauros nullam fuiſſe cognationem.

Pholoe.

Pholoe. Teſte Pli. in. iiij. mons eſt arcadię cum oppido dictus a Pholo Centauro qui Herculem (inquit Seruius) hoſpitio ſuſcepit. Is cum Herc. ſagitta quā ex centauri corpore vellebat perſtrictus eſſet interijt. Inſanus Iaccho. vino. Inuētor pro inuento. Inſanus. furibundus, & ad id reſpici poteſt q; tertia vua in furorem vertit.

Rhœtus.

Rhœtus. quidā legunt Rhœteus: qđ Bon. codex oſtendit, & delentes, quos tamen non imitabimur Ouid. lectione moniti. Ecce rapit medijs flagrantem Rhœtus ab aris Primitium torrem. Idem. Rhœtus & ipſe ſuo madefactus ſanguine fugit. & id ex vocatiuo in e ſatis notum eſt quo Luc. in. vi. vtitur. Teq; ſub Oethęo torquētē vertice vulſas Rhœte ferox quas vix Boreas inuerteret ornos.

Hippodamia

Atracia virgine. Hippodamia non Oenomai ſed Atracis regis filia, quā vocat Ouid. Hippodamen. in. xij. met. Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus. Credo mendoſum eſſe Lactantij codicē in primū Thebai. dicētis. Atracies fuit Theſſalię pater & Hippocatię quā Pirithous duxit vxorem: qui primus artem magicam apud Thraciam cōſtituit.

Atrax.

Atrax enim pater fuit Hippodamiæ a quo fluuius populus & regio nomen ſumpſerunt. Erunt forſan qui thraciam facilius admittant: contendentes apud Pli. cap. j. lib. xxx. naturalis hiſt. relictum eſſe, Si non ex Perſis eſſet vis tota in thraciamq; delata. quū ſatis conſtet Atraciā venenis, arte magica, & incantationibus fuiſſe inſignem. Atracia igitur virgo erit Hippodame Atracis filia. vt ſit nomen poſſeſſiuū pro patronymico aut etiam Theſſala. nam Atracius Atrax & Atracides Theſſalus dicitur. Ouid. Studijſq; virilib⁹ ęuū Exigit Atracides. & Pap. Qualis per nubila Phœbes Atracia rubet arte labor. Eſt etiam Atrax Aetolię fluuius teſte Plin. lib. iiij. capi. ij. Ptolemęus quoq; in. iij. πελασγιωτων vrbem ατρακην nominat iuxta ηλετιον. cuius prima indifferens eſt, ſecunda in obliquis breuis eſt. Nec audiendus venit Sulpitius in ſextum Luc. Et dorion ira Flebile pieridum Thrachin precioq; nephandę Lampados. &c. dicens Athracē: qđ eſſe iuxta Lariſſam Strabo docet. Refragatur enim quantitas. Crateres. Imitatio eſt Ouid. Forte fuit iuxta ſignis extantibus aſper Antiquus crater quem vaſtum vaſtior ipſe Suſtulit Aegides aduerſaq; miſit in ora. & paulo poſt dicturus eſt poeta. O ſi mihi ſanguis Quātus erat quum ſignifero cratere Niſantem &c. Mēſęq; volant. Sic Ouid. Protinus euerſę turbant conuiuia menſę. Idem. Hunc pede conuulſo menſę Peleus acernę Strauit humi Pelates. Aræq; deorum. in quibus ſacra peragebantur pro ſpōſorum fœlicitate, Vnde in vltimo Valerius ait. Inde vbi ſacrificas cum coniuge venit ad aras Aeſonides: vnaq; adeunt, pariterq; precari Incipiunt. Volant. Ouidiana videtur eſſe imitatio quum dicitur. Proximus vt ſteterat ſpectans altaria vultu Fumida terribili cur non (ait) vtimur iſtis? Cumq; ſuis Gryneus immanem ſuſtulit aram Ignibus & medium Lapytharum iecit in agmen. Sic de Rhœto dictum eſt. Ecce rapit medijs. Poculaq; totumq; id eſt Ouidi. Vina dabant animos & prima pocula pugna Miſſa volant: fragileſq; cadi: curuiq; lebetes. Inſignis veterum labor. Pocula artificioſe elaborata. eſtq; ab artificibus laus vt apud Virgi. Pocula ponam Fagina cęlatum diuini opus Alcimedōtis. & alibi. Quæ bonus Eurition multo cælauerat auro. Hic enſe furens. Laus Aeſonis in bello ab ijs forſan damnanda qui Gallorum ferociam in bello egregiam inuidioſe taxant.

Monychus.

Monychus. Prima longa eſt duabus breuibus in longam coactis. a μονοσ & ονυξ fit μωνυχοσ pro μονοονυχοσ. Sic ab ιεροσ και ονομα fit ιερωνυμοσ. Inde Hom. λ. Ilia. ιππουσ δ ετα χιοντ εχε μωνυχασ ιππουσ. Lucan⁹. Aſpera te Pholoe frāgentē Monyche ſaxa. & Ouid. Heu dedecus ingēs Monychus exclamat. Clarus. Prior breuis eſt: q̄ trahitur vbi nomē eſt appellatiuum. Eſtq; Lapytha Antorq; centaurus. Neſſus fugit. Recte fugit poeta ſubdidit quum hoc in conflictu cęſus non fuerit. Vnde apud Ouid. Aſtylos centaurus vates, Ne fuge ad Herculeos (inquit) ſeruaberis arcus. Hippaſus. Centaurus eſt cuius ita Ouid. meminit. Et immiſſa protectum pectora barba Hippaſon.

Tapetum.

Tapetis. a recto eſt tapetum. dicitur & tapes & tapete inquit Neſtor. Condit caput. Picti erant tapetes auroq; inſigniti: in quibus Hippaſi caput latere videbatur. Haccine rate. Hoc Iuue. ſuo carmine notat dicens. I nunc: & ventis animā committe dolato Confiſus ligno: digitis a morte remotus Quatuor aut ſeptem ſi ſit latiſſima tęda. Nubila contra. Contra procellas ventos & hyemes. Vnde nihil pręter periculum imminet extremū. Qualis fuit inſolens temerariuſq; Pſyllorum aduerſus Auſtros congreſſus vt Gel. meminit. eſtq; anaſtropha. Num ſęquiet. Ita legit Sab. non nunc vt prius legebatur.

Contan.

Contanti. inquirenti & quonā modo conceptum abſolueret perſcrutanti. Idq; tractum eſt a nautis pertica conto ve ſcopulum tentantibus aut aquę profunditatem ſcrutantibus. Legunt alij conanti. i. enitenti & molienti. Læuum. aduerbium eſt: fauorq; notatur teſte Seruio.

Aquila Iouis

Iouis armiger. Aquila. quæ in gigantomachia Ioui fulmina ſuppeditaſſe fertur. Vel (vt Acron inquit) quæ tunc Ioui optimum dedit augurium: vel quā Iuppiter in vexillo gerebat. Vnde factum aliqui putarunt vt cretenſes Iouis incunabulis nobiles aquilā in vexillo haberent. Inde Troiani ſub Teucro, Biſaltæ, poſtremo Romani imperatores. Aethra. aere, eſt ætheris ſplendor. nec putet tyrunculus Aethra dici quaſi æthera caſu accuſandi vt referatur ad Leuſi. Ablatiuus nanq; eſt. Sic Virgi. Lucidus æthra Aetherea polus. g. fœ. nec vera eſt regula ſeu Nigri ſeu alterius dicentis peritoſyllaba nomina inflexionis tertiæ in primam, interdumq; ſecundam tranſire retento genere. Vt crater apud omnes Maſc. cratera apud Valeriū fœ. Fremituſq; canum. Simile eſt quod Papini⁹ Theba. primo de eodem Ganymede refert.

Ganymedis raptus.

Stant mœſti comites fruſtraq; ſonantia laſſant Ora canes vmbramq; petunt & nubila latrant. Strabo in. xiij. ait Harpagiam in Cyziceni & Priapeni agri confinio locum eſſe: vnde raptum dicunt Ganymedem. Alijs circa dardanium promontorium contigiſſe arbitrantibus. Nec multum eſt augurium iſtud ab eo quod Virgil. in duodecimo recitat diuerſum, niſi quis hoc verum illud falſum obiecerit. Nanq; volans rubra fuluus Iouis ales in æthra Littoreas agitabat aues turbamq; ſonantem Agminis aligeri ſubito quum lapſus ad vndas Cygnum excellentem pedibus rapit improbus vncis. Raptor. Armiger Iaſonis ſymbolum habens. Accipit augurium. Sic Virgilius. Tum vero augurium Rutuli clamore ſalutant. Fraterna. Non q; eodem patre forent geniti: ſed quibus vna erat cognatio: vt modo fraternæ famę.

Ductor ait.nó degeneres(vt reris)Acaſte
Venimus ad queſtus. ſociũ te iungere cœptis
Eſt aius. neq; em̃ Thelamó: aut Cãthꝰ:& Idas
Tyndareuſq; puer mihi vellere dignior Helles.
O quantum terræ quantum cognoſcere cæli
Permiſſum eſt:pelagũ quãtos aperimꝰ i vſus.
Nũc forſan graue reris opus:ſed lęta recurret
Cũ ratis:& charã cũ iã mihi reddet Iolchon:
Quis pudor heu nr̃os tibi tũc audire laboresꝰ
Quas referam viſas tua per ſuſpiria gentesꝰ
Nec paſſus rex plura virum.ſat multa parato
In q̃cunq; vocas.nec nos(ait)optime ſegnes
Credideris:patriiſue magis confidere regnis
Q̃z tibi:ſi primos duce te virtutis honores
Carpere:fraternę ſedeatq; adcreſcere famę.
Quin ego nequa metu nimio me cura parẽtis
Impediat:fallam ignarum:ſubituſq; paratis
Tunc adero primas linquet cũ puppis arenas.
Dixerat.ille animos promiſſaq; talia lętus
Accipit.& greſſus auidos ad littora vertit.
At ducis iperiis Minyę:monituq; frequentes
Puppem humeris ſubeũt:& tento poplite ꝓni
Decurrũt:intrantq; fretũ: non clamor anhelis
Nauticꝰ:aut blãdꝰ teſtudine defuit Orpheus.
Tum læti ſtatuunt aras:tibi rector aquarum
Summus honor:tibi cæruleis in littore vittis
Et zephyris Glaucoq; bouẽ:Thetidiq; iuuẽcũ
Deiicit Ancęus:non illo certior alter
Pinguia letifera perfringere colla bipenni.
Ipſe ter æquoreo libans carcheſia patri
Sic ait Aeſonides:O qui ſpumantia nutu
Regna quatis:terraſq; ſalo cóplecteris omnes:

Canthus. Gemini. Thelamon. Aeaci filius Peleos frater inter grecos fortiſſimus. Canthus. Aulidenſis erat a Geſandro cęſus vt dicetur in.vj. Tyndareuſq; puer. Caſtor filius Tyndari,aut etiam Pollux ſed creditꝰ.nã ex Ioue in Olorem verſo & Læda genitus eſt cum Helena. Perpulchrum eſt de his apud Auſo. Tetraſtichon. Iſtos tergemino naſci quos cernis ab ouo,Patribus ambiguis & matribus aſſere natos.Hos genuit Nemeſis ſed Lęda puerpera fouit Tyndareus pater his & Iuppiter:hic putat:hic ſcit.Hoc ſcrupulum tollet apud Auſoniũ Deſp.ſeu aliis legẽtibꝰ aſſeueratos.

Pelagum. Iolchos. Pelagũ.ge.eſt maſc.vt apud Vir.vulgũ.& ſpargere voces in vulgũ ambiguas. Quãtos vſus.mercatorios & bellicos. Iolchon.vrbs fuit Theſſalię Aeſonis ſedes prio nobilis nauigio.ad quod Sene.alludẽs inq̃t. An maris vaſti domitrix Iolchos. Sat multa. Sunt.ſ.aut ſufficiunt. Carpere honores.frui tantis honoribꝰ tãtaq; virtutis laude. Sedeat.i.placeat.

Minyę. Minyę Theſſalię populi fuerũt qui Iaſona Colchos petentẽ ſecuti ſunt:a quibꝰ oẽs argonautę dicti ſunt Minyę. Ouid. Iamq; fretum Minyę Pagaſęa puppe ſecabant.& Luc. Et Magnetes equis,Minyę gens optima remis. Cum argonautę Lemnõ appuliſſent pueros ex Lemniadibꝰ genuerunt Minyas inde dictos:quos a Pelaſgis tandem pulſos vt fratres in partẽ agri exceperunt Lacedęmonij:at ſuperbię ſtimulis accenſi quũ dñari vellent, in carcerẽ cõiecti ſunt:ab vxoribus tamẽ facta veſtiũ mutatiõe liberati. Hæc Herodo.i quarto. Strabo in.viij.nõnihil de illis affert. Meminit & Vale.maxi. Frequẽtes,multi. Puppẽ humeris ſubeunt.qđ & redeuntes fecere. Ea autẽ nũc ſunt Architecti induſtria:vt nauẽ cuius pars inferior ſeu venter planus eſt nõ dorſi acuminati inſtar factus teretibus ſuperpoſitã trabibus vt Cylindris modico impulſu i aquas ferãt.

Celeuma. Non clamor,celeuma.vnde ꝓceleumaticum dixere pedẽ,idq; Virg.eſt Ferit ęthera clamor Nauticus. Tum lęti.id maximũ in antiquitate religionis erat argumẽtum:quę deos imprimis venerari ſolebat. Statuitur aũt ara neptuno propter futuram nauigationẽ vt ſit ꝓſpera:ſacris inuocantur numina:vt auxilio ſint. Zephyris bos mactatur vt ſecũdus ſpiret vẽtus. Sic Virgi. Sic fatus meritos aris imponit honores Taurũ neptuno taurum tibi pulcher Apollo Nigrã hyemi pecudẽ zephyris fœlicibus albam.

Thetis. Thetidiq;. Prima breuis eſt pro Achillis matre q̃ vna eſt ex Nereidibus Virg. Lęua tenet Thetis hic Melite Panopęaq; virgo.pro vxore Oceani ꝓtrahiť.Pap. Per Tethyos amnes, Grãdęuũq; patrẽ ſupplex miſerãda rogabo Vnã hyemẽ.ſed corripi quoq; videť a Mart. Proſpicit ide tethym. Ipſe ter. numerus ternarius ſuperis gratiſſimus eſt vt multis i locis docet Seruius.

Carcheſia. Carcheſia. ſunt aliquando ſummę partes veli naualis carcheſia vt inferior eſt pterna: mediamq; dicũt trachelon,vt teſtis eſt Aſclep.apud Marcob. A carcheſij forma pocula quędã dicũtur carcheſia vt in textu. In primo ſignificatu eo vtitur Luc.in quinto. Hic vtinã ſummi curuet carcheſia mali. Male autẽ ſcribiť apud Macrob.in.v. Sat.quũ ait naualis veli partem inferiorem paterã vocari: at circa mediã ferme partem τραχηλον. Summã vero partẽ carcheſium nominari.qđ autem idem refert de carcheſijs & cymbijs quę apud latinos ſũt,haud ſcio an vnq̃ reperias, apud grecos autem ſũt rariſſima. Non video &c.notatur a Petr. Crinit.cap.xj.li.xix.de diſcipl.honeſt. q; & Varro & Andronicus his fuerint vſi dicẽtes. An



Da veniam.ſcio me cunctis e gentibus vnum
Illicitas tentare vias:hyememq; mereri.
Sed nó ſpõte feror:nec nũc mihi iũgere mõtes
Mens tñ:aut ſũmo depoſcere fulmẽ Olympo.
Ne Pelię te vota trahant.ille aſpera iuſſa
Repperit:& Colchos in me luctũq; meorum.
Illum ego.tu tantum non indignãtibus vndis
Hoc caput accipias:& preſſam regibus alnũ.
Sic fatus:pingui cumulat libamine flammã.
Protulit vt crinem denſis luctatus in extis
Ignis:& aſcendit ſalientia viſcera tauri:
Ecce ſacer totuſq; dei per littora Mopſus
Immanis viſu:vittamq; comamq; per auras
Surgentem:lauruſq; rotat:vox reddita tãdem
Vox horrenda viris.tum facta ſilẽtia vati.
Heu quænã aſpicioꝰ noſtris mó cóſcꝰ auſis
Aequoreos vocat ecce deos Neptunꝰ & igẽs
Conciliũ:fremere & legem defendere cuncti
Hortantur.ſic amplexus:ſic pectora fratris
Iuno tene:tuq; o puppem ne deſere Pallas.
Nũc patrui nũc flecte minas.ceſſere:ratemq;
Accepere mari.per quot diſcrimina rerum
Expediorꝰ ſubita cur pulcher harũdine crines
Velat Hylasꝰ vñ vrna hũerisꝰ niueoſq; ꝑ artus
Cęrulee veſtesꝰ vnde hęc tibi vulnera Polluxꝰ

droni. Flores ãtlabãt liberi ex carcheſijs. Varro. Erant vaſa vinaria ſicuti cymbia aquilinę &c. Spumantia quatis regna.immo etiam ipſam terrã. Vnde ευσσιγαιος dicitur vt meminit Gel.xxviij.cap.lib.ij.

Enoſigęus Neptunus. Cõplecteris.eſt mare terra longe maius quam circũplecti valens deus diuiſit ab arida. Ouid. Tum freta diffudit:rapidiſq; tumeſcere ventis Iuſſit:& ambitę circundare littora terræ. Illicitas vias. Sulcati maris aliã affert cauſam & lepidam Ponta.ij.de ſtellis, Proteos marini paſtoris ſalacitatem & proteruiam,qui phœben violare tẽtauit. Hyemẽq; mereri. Erunt forſitan qui hoc reſpicientes apud Sene.in Med.cum indoctis legere perſeuerabunt Meruere cũcti mortem.quo nihil abſurdius deturbato a ſede trochęo. Eſtq; ſimilis loquendi modus,ære meſent paruo:& meruere cuncti morte.eorũ nãq; qui cum Iaſone nauigarunt ſtipendiũ fuit mors. Sed non ſponte.ergo venia dignus Iaſon.propterea apud Sen.dicitur. Parcite iuſſo. Nec nunc mihi. Non ducor gigantum temeritate.qui(vt teſtis eſt Virgi.)Iouem ſedibus ſuperis excludere volentes ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam. Fulmen Olympo. Id quoq; ad gigãtes referri poteſt: qui Ioue expulſo fulmina vibrare optabãt. Niſi q̃s

Salmoneus. ad Salmonei impietatem reſpiciat: qui æreo ponte fabricato flãmas Iouis & ſonitus imitabatur olympi. quemq; fulmine percuſſerat iubebat occidi. Forſan & ad Promethei furtũ licet paulo remotius. Colchos.quorũ immanitas omnibus compertiſſima eſt. Illum ego. Apoſiopiſis eſt per verbi ſubticẽtiam facta. vt apud Virgi. Quos ego.ſed motos pręſtat componere fluctus. mens etenim turbata ea plerunq; prætermittit quæ ad ſenſus perfectionem faciũt.qđ quum varijs probari poſſet exemplis vnico erimus contenti. Inquit apud Senec.in Hippol. Phędra.ducta amoris impatientia,viſoq; priuigno turbata. Vos teſtor omnes cęlites hoc quod volo. Interlinearis vero gloſſa me nolle ſcriptum oſtendit. Vnde aliqui poſthabita metri iambici honeſtate me nolle textui aſſuerunt carmẽ clauſum linquentes: quo cõmento nihil ineptius nihil auribus defęcatis aſperius. Hoc prudenter animaduertit doctiſſimus noſter Aſcenſius plus veritati q̃ Heraſmo tribuens.idq; dixiſſe ſufficiat. Satis ne ſit alijs vix diſcinctis vitulantibus compertum nõ habeo:qui a laudis aucupibus triente conducti neſciunt ad Phædram ne an ad poetã carminis perfectio pertineat. Hoc caput. Me Iaſona. Dei. Phœbi. Totus. Plenus.id ſignat quod græce ενθεος dicitur. erat enim numine diuino adflatus & plenus. Sic in vlti. Nõ totis argo redit ecce corymbis. Mopſus.multa refert Cęlius capitulo decimoquarto libri decimiſexti de Mopſo: quæ vbi occurret narrandi materia in medium afferentur. Fratris. Neptuni. Iuno enim Iuppiter Neptunus & Pluto Ope & Saturno geniti ſunt. Patrui.quum Pallas Iouis filia habita fuerit Neptuniq; neptis. Ceſſere. Aequoris numina Iunonis & Palladis precibꝰ emollita ſunt. Velat Hylas. Ex hoc Mopſi vaticinio facile cognoſcimꝰ poetam liquiſſe opus imperfectum. Ea nãq; vates depromit quæ Valerius erat conſcripturus: ſed nec Medeæ fugam, nec liberorum cędem, Creuſęve exitum fato interceptus expreſſit.

Hylę raptus. Hylas.a Dryope raptus eſt.nymphas Auſonius nominat:qui ſic inquit. Aſpice q̃ blandæ necis ambitione fruatur Letifera experiens gaudia pulcher Hylas. Oſcula & infeſtos intermoriturus amores Ancipites patitur Naiadas Eumenidas. Hunc rapuerat Hercules cæſo Thiodamante: q; boues petenti negaſſet. Vrna. Quum ſecundum aliquos aquatum iiſſet. Cęrulæ veſtes. Quia ſubmerſus,aut vt fabulantur,in fontem mutatus. Pollux. qui cum Amyco Neptuni filio rege Bœbryciæ cæſtu contendit. vt dicetur in libro quarto.& meminit etiam Papinius in Achilleide. Duro quo Bœbryca cæſtu Obruerit Pollux.

Quantus ignis, ex taurorũ ore naribuſq; in Iaſona ꝓdiens: vt in. vij. dicetur. Galeę, terrigenas intelligit quos Iaſon artibus Medeę & conſilio repulit, Sulcis, quibus ſati fuerant dentes ſerpentis, Martem, non tam propter pugnã q̃ deum velleris cuſtodẽ hoc dicitur, Cęde madens, Medęa cęde filiorum polluta: quę fratrẽ etiam fruſtatim diſcerpſit: qđ tamẽ non eſt ex Val. ſententia ſed Sene. & Ouid. Quos enſe ferit, Alcimenõ Tiſſandrum Didimũq; prolabente Theſſalo. Miſer, cuius viſcera tam miſere laniãtur quẽ ingratitudo notat: cui fides infida eſt, Eripe paruos, Iaſon libera quos potes filios promiſſa venia & vxore recepta vt Sen. oſtendit.

Creuſa.

Thalamos, Creuſę nouę nuptae quã dicũt alij Glaucam. Arſit enim cum thalamis & patre: qđ multis Sen. in Med. exponit: nec omittẽda ſunt Pont. iiij. de Aſtr. carmina. Incoctũq; ſenem flãmis & Phaſida nubes Scindentem cæli, & rutilos ꝑ iane dracones, & paulopoſt: Atq; ãceps phœniſſa tuos flammãq; Creuſę.

Idmon.

Phœbæius Idmon. Phœbi furore afflatus vt Phœbęa ſacerdos, Phœbi tamen habitus filius. Genitor Phœb⁹.

Omina.

Omina, ab ore dicunt̃: quę ſi ab auibus auguria ſunt. Flammas, Pyromãtiam ſignat. Exta. Vñ extiſpicia ſunt. Pẽnis. Signat̃ auſpicium. Aera, aues aeris. Cluſos Argos, Erat nãq; in Regno Lyci morbo interiturus vt dicet̃ Argolicus morbis fatoq; rapacibus Idmon labitur. Conſulta, decreta. Aios pater nos, eſtote virtutis paternę hęredes. Cõmercia, ſic Pont. ij. de Aſtr. Hinc merces & lõginquis cõmercia terris. hinc veſper nouit qcqd celarat eous. Meminiſſe iuuet. Virgil. eſt. Forſan & hęc olim meminiſſe iuuabit: cui Sen. illud aſtipulatur: Qđ fuit durũ pati meminiſſe dulce eſt. Cõſpicuuſq; toris, Lacertoſus erat

Hercules toroſus.

& toroſus Hercules prę omnibus: qđ oſtendit Sen. in Hercule fur. An fallor tua deceptus vmbra? Tu ne es? agnoſco toros, humeroſq; & alto nobilẽ trunco manũ. Cereręq; dedere caniſtris, id ex Virg. fonte, vnde hauritur illud, Cereremq; caniſtris Expediunt. Vertice,

Pelion.

Pelion ſignat vbi ſedem habuit Chiron. teſtis eſt Pap. in Ach. Domus ardua mõtẽ Perforat, & longo ſuſpendit Pelion arcu. Patri, Pęleo. Pocula, quibus allici ſolent pueri. Signa, quę mirationem afferunt. Stupet in ducibus Laus Achillis eſt non modica, qui ea demiratur, ea audit: quę vix magnos tã anxie ſollicitant. Magnũ. Iactantes expeditionẽ tam inſi

Achillis iuuẽta.

gnẽ. Herculeo Leoni, Pelli leonis Nemeęi. nec ij leones expauit Achilles: quorũ medullis, & carnibus veſcebatur dicẽte Papi. in Ach. nec vllis vberibus ſatiaſſe famẽ: ſed ſpiſſa leonũ viſcera, ſemanimeſq; libens traxiſſe medullas. Ipſe quoq; annis ſuccreſcẽtib⁹ leones ſuffocabat, aſportabatq; catulos eodẽ teſte Pap. Pholoes ſub rupe leenã ꝑculerat ferro: vacuiſq; reliq̃rat antris ipſã: ſed catulos aſportat & incitat vngues. Ea fuerat Achillis pueritia: quã eleganti carmine Pap. complexus eſt. Steph.

Thetidis & pęleos amores.

Nig. ex Philoſtrat. Thetidis & Peleos amores referens ait. Cũ tranquillũ erat delphinis, Hippotamiſq; vectã ad Pelium veniebat Pelea inducens in amplexus dicẽs Tithonũ ab aurora adamatũ, Anchiſen a Venere, a luna Endymionẽ. Hic natus eſt Achilles a Chirone nutritus fauis & hinnu lorũ medullis: qui cythara ſumpta hyacinthũ canebat Narciſſũq; & Adonida, coętaneoſq; Abderũ, & Hylã

Abderus.

lachrymãs: hũc in fontẽ verſum, illũ ab eq̃b⁹ Diomedis crudeliter diſcerptũ: cui⁹ haſta erat fraxinea. Apud eũdem introducitur vinitor

Achillis haſta

Protheſilaũ rogitans de Achillis fraxino: vt

Quantus io tumidis taurorũ e naribus ignis?
Tollunt ſe galeę: ſulciſq; ex omnibus haſtæ:
Et iã iamq; humeri. quẽ circũ vellera Martem
Aſpicio: quęnã aligeris ſecat anguibus auras
Cęde madẽs? quos enſe ferit? miſer eripe ꝑuos
Aeſonide. cerno & thalamos ardere iugales.
Iamdudum vates minyas ambage ducemq;
Terrificat: ſed enim contra Phœbeius Idmon
Non pallore viris: non vllo horrore comarum
Terribilis: plenus fatis phœboq; quieto:
Cui genitor tribuit monitu pręnoſcere diuũ
Omina: ſeu flãmas: ſeu lubrica cõminus exta:
Seu plenum certis interroget aera pennis
Sic ſociis Mopſoq; canit. Quãtũ augur apollo:
Flãmaq; prima docet: prędurĩ plena laboris:
Cerno equidẽ: patiens ſed quę ratis oĩa vincet.
Ingentes durate animę: dulceſq; parentum
Tẽdite ad ãplexus. lachrymę cecidere canenti
Quod ſibi iã cluſos inuenit in ignibus Argos.
Vix ea fatus erat: iungit cum talia ductor
Aeſonius. Superum quãdo conſulta videtis
O ſocii quantiſq; datur ſpes maxima cœptis:
Vos quoq; nunc vires aioſq; afferte paternos.
Non mihi Theſſalici pietas culpanda tyrãni:
Suſpective doli. deus hæc deus omine dextro
Imperat. ipſe ſuo voluit commercia mundo
Iuppiter: & tantos hominũ miſcere labores.
Ite viri mecum: dubiiſq; euincite rebus
Quę meminiſſe iuuet: nriſq; nepotibus inſtet.
Hanc vero ſocii venientem littore læti
Dulcibus alloquiis: ludoq; educite noctem.
Paretur. molli iuuenes funduntur in alga.



Conſpicuuſq; thoris Tirynthius. exta miniſtri
Rapta ſimꝰ verub⁹: Cereręq; dedere caniſtris.
Iãq; aderat ſummo decurrens vertice Chiron:
Clamantẽq; patri procul oſtentarat Achillem.
Vt puer ad notas erectum Pelea voces
Vidit: & ingenti tendentem brachia paſſu:
Adſiluit: caraq; diu ceruice pependit.
Illum nec valido ſpumantia pocula Baccho
Sollicitant: veteri nec conſpicienda metallo
Signa tenẽt: ſtupet i ducib⁹: magnũq; ſonãtes
Haurit: & Herculeo fert cõminus ora leoni,
Lætus at impliciti Peleus rapit oſcula nati:
Suſpicienſq; polum: Placido ſi currere fluctu
Pelea vultis ait: ventoſq; optare ferentes:
Hoc ſuperi ſeruate caput. tu cætera Chiron
Da mihi. te paruus lituos & bella loquentem
Miretur: ſub te puerilia tela magiſtro
Venator ferat: & noſtram feſtinet ad haſtam.
Omnibus inde vię calor additus. ire per altũ
Magna mente volunt. Phryxi ꝑmittit abſens
Vellus: & auratis Argo reditura corymbis.
Sol ruit: & totum Minyis lętantibus vndę
Deduxere diem. ſparguntur littore curuo

ſi quid mirãdum in ea eſſet, poſſet cognoſcere, qui reſpondit longitudinem fuiſſe quę in nulla vnq̃ fuerat, lignum rectum & validum vt minime frãgi valeret: cuſpidis actẽ ex adamante cõſtitiſſe, cui omnia cederent. Haſtam vero vtrinq; orichalco obductã. Valido bac-

Vini vis.

cis mundo. Nocuit non parum Iapetus & Iapeti ſoboles mundo cum Titanibus mixtus in cęlum auſus eſt ma
nus tollere, Prometheuſq; hominem e limo terræ creauit, Ioui mentem ſurripuit, & e domo ætherea (inquit Ho-
rat.) ignem ſuſtulit. Pandorę vas recluſit Epimetheus: hinc morbi & miſerię prodierunt. dicēte Hora. Poſt ignē
æthereα domo ſubductum Macies & noua febriū terris incubuit cohors ſemotiq; prius tarda neceſſitas leti cor-
ripuit gradum. Trucis ergo mundo: quia nocuit Iouis iram ſuſcitans: qui virginem e terra finxit: cuius dolo ge
nus humanum deceptum eſt. vnde illæ natę ſunt a quibus pernicies omnibus impēdet. Nobis quoq; primę vir
ginis inſidię viam cęli durā reliquit: imo ſane clauſam, quā intemerata virgo labis originæ neſcia: vt ſacroſan-
ctum Baſilienſe ſapienter decidit concilium, aperuit. Quin & Home. α. ὀλοός. ait Atlanta fuiſſe aſtutię pernicio
ſę & exitialis prudentiæ. ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος. loquēs de Caliſo Atlantis filia. hoc interpres. Inſti-
*Liber deus.* tui. videāt lectores nū inſtituit legēdum eſt: vt ad regiam referatur. nam ſeu ad Iouem referas in prima perſona
ſeu iter durum inſtitui dicas minus nitidum cōſpicias ſenſum. Liber. Bacchus, qui prim⁹ triumphator dict⁹ eſt
*Apollo myſticus.* poſt res fortiter geſtas in cęlum aſſumptus eſt. Expertus terras. Theſſaliam ſignat: vbi Admeto famulatus eſt
Apollo, vt diximus. Dicunt alij Hyperboreos adiiſſe ab Ioue reprehenſum. In cælum dehinc a patre reuocatus
eſt. Et piiſſimus ipſe redemptor, formam ſerui accipiens paſtor bonus terras expertus eſt. Idem enim eſt Phœ-
bus & ſol iuſtitiæ Admeti captus amore: vt dictum eſt: id eſt generis humani: Pythonis ſerpentis antiqui ſup-
*Fax geminorum.* plantator qui animas euocat orco. (Idem enim eſt ſol qui & Mercurius inquit Macrob.) Is tandem ad cælos re-
meauit Apollo. Lumen purpureum. Virg. Et lumine veſtit purpureo. Facem flāmantem. Aſtra videntur ſigna
ri: quorum in quinto Diodo. ita meminit. Extemploq; ſedata tēpeſtate quum duo aſtra ſupra Pollucis & Caſto
ris capita decidiſſent, omnes eo ſtupentes miraculo crediſſe traduntur deorum prouidentia ſe a periculis exē-
ptos. Qđ autē ſedata tempeſtate Diod. contigiſſe affirmat, Val. ante tempeſtatem deſcribit. Inane. Aera. In bi-
fidum. Quum aſtrum vnum Caſtora: alterum Pollucem attigerit. Innoxia. Simile illud Virg. eſt. Ecce leuis ſū-
mo de vertice viſus Iuli Fundere lumen apex, tactuq; innoxia molli Lambere flamma comas. Miſeris. Quum
in periculo ſunt conſtituti. Implorabile. Id Diodo. & Horat. Sic fratres Helenę lucida ſydera docent. Pangæa.
Pangæum Thraciæ eſt promontorium Beſſis conterminum. Aeoliam. Qđ ſequitur ex Virg. eſt, Nymborum
in patriam loca fœta furentibus auſtris Aeoliam venit. vbi Ser. nouem eſſe Aeolias inſulas putat. Ptol. Sane
inſulas iuxta Siciliam nominans ponit Διδύμην, ἱκεσίαν, ἐρικώδην, λιπάραν, εὐώνυμον, στρογγύλην, ουσικαν,
ὀσεώδην, φοββαντιαν, αἰγουσαν, ἱεραν, πακωνιαν. ſugitq; νήσους ἡφαίστου καὶ αἰόλου. cui Beroal. Strabonis
Solini & Pomp. ſententię adhęrens refragatur. Alis dei. Borec, qui fingitur ob celeritatem alatus: ſic & Venti.

Ouid.in.vij.Hęc Boreas aut his non inferio
ra locutus Excuſſit pẽnas.& paulopoſt. Ori
thyiam adamãs fuluis complectitur alis Dũ
volat. Strata Ceres. Hęc Ouid.in fine.vj.Me
Pelorus. ta,late proſequitur. Refugi Pelori. Quia in
ęquor protenditur:terraſq; videtur refugere.
aut epitheton monti poeta coniunxit.qđ Pe-
loro profugo nauium Annibalis fugientis
gubernatori cõgruit. Scopulos minor. Syn-
ecdoche eſt. ſenſus erit. iuxta tellus ſcopu-
los habens non minores.ſignanturq; Lipara
Aethna. & Vulcani inſula:etſi Aethna ferẽ Cyclopum
ſedes,cuius meminit Claud.dicẽs. In medio
ſcopulis ſe porrigit Aethna puſtis. Acamas.
Cyclops.Nudus Pyracmõ.ex Virg.ẽ. Et nu
dus membra Pyracmon. Latumq; profun-
dum. Latium legere malo. loci anguſtia cum
codice Bononiẽſi tam commode nos admo
nuit.Hinc enim ab ea.ſ. parte qua Pelorus in
mare protenditur,in terras Italicas & latium
iter eſt:vt a parte Lilybei in mare Aphricanũ
& Pachyni partim Lybicum:partim Ionium
Si latum legatur ſenſus eſt patẽs. Ex loco.n.
anguſto ad latiorem plerũq; via eſt. Signabi-
turq; mare Tyrrhenũ.idq; minus placet. Ad
uena Oceanus. Aduentens mare & quaſi nõ
innatum. Fabulamq; tangit quã alibi repetit
de columnis Herculis. Is Gerionem Hiſpa-
num confecit:laboriſq; teſtimoniũ relinquẽs
Calpe. Calpen Hiſpanię montem ab Abyla Libyes
viribus ſeiunxit: mariq; qđ dicimus Hercule
um,viam inter montium anfractus aperuit.
Id Pomp.Me.in principio libri aſſerens inqt
Deinde eſt mõs pẽaltus ei quẽ ex aduerſo Hi-
ſpania tollit obiectus.hunc Abylam,illũ Cal
pen columnas Herculis vtrunq; vocant. Ad
dit fama nominis fabulam:Herculem ipſum
iunctos olim perpetuo iugo diremiſſe mon-
tes:atq; ita excluſum mole montium Ocea-
num,ad quem nunc inundat admiſſum.Tot
verba citare volui:vt cum poeta ſaltem fabu
lentur aliqui:temporis ſucceſſu Oceanum vi
am reperiſſe inter Siciliam,& Italiã,Hiſpaniã
& Aphricam,quodq; ſimiliter fieri potuit in-
ter Seſton & Abydon.Pro Val. nõnihil facit
textus Lucani Tethis maioribus vndis He-
ſperiam Calpen ſummumq; impleuit Athlã
ta:potuitq; Priſci. vir prædoctis quãtumuis
mordacibus inſignis & literatus textum ali-
ter legere. Sed Iacob.Bonon.ex doctorꝝ cõie
ctura notamẽ celebre faciẽs ſine cataclyſmo
non admittendo poetę ſenſum elicere debuit
nec ſemidoctos latet Heſperiam ſine adiun-
cto dici Italiam:ſed id vnum ſcio heſperiam
Calpen Hiſpanię montem claudere. Tu præ
dictum lege in Luc. Hinc diligenter perpen-
de an Sulp.& Beroal.Iacobo poſtponẽdi ve
niant.Non ideo apud Virg.in carmine bucco
lico dixerim Agreſtem tenui muſam medita
ris auena:ſed ſylueſtrem:q̃uis Quintil. in.ix.
Inſt.orat. Agreſtem legit. nec ſũmo Atlante
qđ citatur a Priſc.licet dici poſſet. Põta. quo
q; loquens de fortitudine heroica Platonem
citat dicẽtem Oceanum fines ſuos olim trãſ-
greſſum Hiſpaniam,Italiam,Græciam:præ-
terq̃ qui montes eſſent eminentiſſimi aqua-
rum mole inuoluiſſe.Perderet. Vna eñ tellus

Carbaſa Pangęa Boreas ſpeculatus ab arce
Cõtinuo Aeoliam:Tyrrhenaq; tẽdit ad antra
Cõcitus:om̃e dei rapidis nemus ingemit aliſ:
Strata Ceres: motuq; niger ſub ꝑpete põtus,
Aequore Trinacrio:refugiq; a parte Pelori
Stat rupes horrẽda fretis:quot ĩ ęthera ſurgit
Molibus/infernas totidẽ demiſſa ſub vndas.
Nec ſcopulos aut ãtra mior iuxta altera tellus
Cernit:illã Acamas hitat:nuduſq; Pyracmõ.
Has nymbi/ vẽtiq; domos/ & naufraga ſeruat
Tẽpeſtas.hinc in terras Latiumq; ꝓfundum
Eſt iter.hinc olim ſoliti miſcere polumq;
Infelixq; fretum(Neq; enim/ tunc Aeolus illis
Rector erat:Libya cũ rũperet aduena Calpen
Oceanus/cũ flens Siculos Oenotria fines
Perderet/& mediis intrarent mõtibus vndæ)
Intonuit/donec pauidis ex æthere ventis
Omnipotens/regemq; dedit:quẽ iuſſa vereri
Sęua cohors:mõtẽq;/Chalybs iterataq; muris
Saxa domãt Euros.cũ iam ꝓhibere fremẽtũ
Ora nequit:rex tũc aditus/ & clauſtra refrigit
Ipſe volẽs:placatq; data fera murmura porta.
Nuncius hunc ſolio Boreas ꝑturbat ab alto.
Pãgæa quod ab arce nefas(ait)Aeole vidi?
Graia nouam ferro molem commẽta iuuẽtus
Pergit/& ingẽti gaudẽs domat æquora velo:
Nec mihi libertas imis freta tollere arenis:
Qualis eram nõdũ vinclis & carcere clauſus?
Hinc animi:ſtructæq; viris fiducia puppis:
Qꝫ Boreã ſub rege vidẽt.da mergere Graios:
Inſanamq; ratẽ.nil me mea pectora tangunt.
Tãtũ hominũ cõpeſce minas:dũ littora iuxta
Theſſala: necdum aliæ viderũt carbaſa terrę.
Dixerat. at cũcti fremere itus/ & æquora vẽti
Poſcere.tum valido contortam turbine portã



Impulit Hippotades:fundũt ſe carcere læti
Thraces eq:Zephyruſq; & nocti cõcolor alas
Nymborũ cum prole Notus:crinẽq; ꝓcellis
Hiſpidus/& multa flauus caput Eurus arena
Induxere hyemẽ:raucoq; ad littora tractu
Vnanimi freta curua ferunt. nec ſola tridẽtis
Regna mouent:vaſto ꝑiter ruit igneus æther
Cum tonitru/piceoq; ꝑmit nox omnia cælo.
Excuſſi manibus remi:conuerſaq; frontem
Puppis in obliquũ reſonos latus accipit ictus.
Vela ſuper tremulum ſubitus volitantia malũ
Turbo rapit.q tũ Minyis trepidãtibꝰ horror
Cũ picei fulſere poli?pauidamq; coruſcæ
Ante ratem cecidere faces?antemnaq; læuo
Prona dehiſcentem cornu cum ſuſtulit vndã?
Non hyemẽ:miſſoſq; putãt cõſurgere vẽtos
Ignari:ſed tale fretum.tum murmure mœſto.
Hoc erat illicitas temerare rudẽtibꝰ vndas:
Qđ noſtri timuere patres.vix littore puppim
Soluimus:& quãto fremitu ſe ſuſtulit Aegon?
Hoccine Cyaneę concurrunt æquore cautes?

fuerat,teſtibus Virg.& Salluſt.maris interflu
xu diuiſa. Flens. Propter tantũ diſpendium.
Eſt nanq; Sicilia regio fertiliſſima. lege quar-
tum librum Iuſtini de Siciliæ ſitu loquentis.
Vnde intrarent. Cauſam oceani incremẽti in-
ter Calpen & Abylam explicat Philoſt.in vi-
ta Apollo. Tianei,quæ inter Siciliam & Itali-
Aeolus. am eadem eſt. Regemq; dedit. Aeolũ:qui vẽ
torum rex creditus eſt q̨ nautas vti velis do-
cuit,tempeſtates ventoſq; pręnoſcere. Nouã
molem. Argo nauẽ. Nec mihi. Non ea ſum li
bertate qui pro arbitrio excitare fluctus vale-
am. Hinc animi. Humanis audacia creuit:vbi
ventos ſub alieno teneri imperio conſpexe-
runt. Inſanamq; ratem. Temerariam: ꝓpter
nauigantium audentiam,aut vt diximus fa-
tidicam,Pap.interpretantes. qđ non ignora-
re potuit Boreas quia deꝰ. Mea pectora. Sũt
filij parentum animæ:cor ipſum. legendũ eſt
tamen nõ minus docte pignora:vt Pap.ver-
ſui non diſſonum. Hiſmarios Aquilonia pi-
gnora fratres.& ſignãtur Calais & Zetes ala-
ti iuuenes Orithyię filij ex Borea. Ouid.i.vi.
Et genitrix facta eſt partuq; enixa gemellos:
Cętera qui matris,pennas genitoris habebãt.
Hippotades. Hippotades. Aeolus Hippotæ Troiani ne-
pos,Iouis & Sergeſtæ filius. Diodo.in.v.ait
Hippoten Minantis filiũ ex Menalippe Aeo
lum genuiſſe. Sic Home. κ.ολυσ.αιολοσ ιπ-
ποταδιησ φιλοσ αθανατοισι θεοισι. De cuius
familia filijſq; non pauca idem Home.affert.
Thraces equi Thraces eq. Venti ex Borea & Dardani equa
bus orti. Thraces ergo a patre, equi a matre
dicuntur. Thraces etiam fuere equi Diome-
dis ſoliti humano corpore paſci. Cõcolor no
cti. Nocticolores habens alas:qua dictione Iu
lius Paulus vtitur dicens Memnona noctico
lorẽ.ad illud Virg.reſpiciẽs. Et nigri Memno-
nis arma. Tridentis. Neptuni tridẽtiferi:eſtq;
præcedens vocalis correpta:vt vel pueris no
Locꝰ Auſonij tum eſt. ſolum vidi trifatidicus ab Auſon.

breui præcedente proferri.vbi ſcopulum vitare volentes legent Et terfatidicę nomen cõmune Sibyllę.nec pro-
deſt Trinacria quum ſequatur quantitatem dictionis trinus. Horror. Tremor & mentis perturbatio:ſi ad Argo
nautas refertur. Legatur Ponta.de fortitudine loquẽs. Si ad cętera,obſcuritas & ſęuities. Pap. Inde horror aq s.
quaſi facies ſęua ob tenebraſq; coruſcatione ſola illuſtratas horrida. Dũ picei fulſere poli. Id totum ex Virg.fon
Aegon. tibus manauit. Micat ignibus æther. Nox incubat atra. Nõ hyemẽ.putabant Argonautę mare aſſiduis pertur-
bari ꝓcellis. Putant. Nõ exiſtimant ab Aeolo ventos eſſe dimiſſos. Aegon. Thraciæ fluuius eſt teſte. Põp.Mel.
claſſis atticæ naufragio inſignis. iuxta quem decidit e cælo lapis vehiculi magnitudine,colore aduſto,quẽ e ſo-
le caſurum Anaxagoras prædixerat,inquit Pli.ca.lxx.lib.ij. Huius fluuij iterum meminit Pli.xj.cap.lib.iiij.Cri
nonem ſciſſam flumini ego appoſitam.vbi Hermol.ait veterem eſſe lectionem. Crithoten Sycam Aego flumi
ni appoſitam.& quum Pomp.Mel.citatur dicens flumen Aegon, addit forte rectius dici poſſe flumẽ Aegos
in caſu patrio. Lactã.vero in illum Pap.locum,Et innumeris quas ſpumifer aſſilit Aegon.in.v.ſignari ait ma-
re Aegęum.& iterum paulopoſt:Ventiſq; abſentibus Aegon Motus:& ingenti percuſſit littora ponto.ait idem
Lact. Aegon promontorium Lemni:id eſt mare Aegęum. Etſi expoſitio ſiniſtra eſt:Neſtor tamen Lact.opini
Aegos. onem approbat dicens Aegon eſſe Lemni inſulę promontorium. Aegos vero fluuius eſt Thracię. Si quis er-
go velit Pomp.Mel.ſubſequi,Aegon pro Thraciæ fluuio legat neceſſe eſt:qui etiam dicitur Aegos.ſic Athos
& Athon.vltimo vtitur plerunq; Pli.qđ etiam dixit Cicero. Si vero Hermol.Neſtoriſq; ſententia pręferat̃,apud
Pomp. Aegos legemus. Hic vero Lact.hęrentes Aegon pro mari Aegęo ponemus qđ diffunditur vſq; Thra
ciam verſus ſeptẽtrionem & Cherſoneſum. Iam enim in Aegęo nauigantes procellas ſenſere.qđ autẽ de Lem-
ni promontorio dictum eſt,confuſum putauerim. Aegõ ꝓmõt.in ſinu Theanaico. Ptol. Inſup apud Lucret.in
vj. In Syria Sidone qđ accidit: & fuit Aegei In Pelopõneſo.cũ Pio Bapt.legã Aegis,& ſignant̃ Aegę Achai
cę ſeu Pelopõneſię:qđ nõ placet Ioan. Bap. Pio,niſi qs dicat falſo Achaicas additũ vbi eſſe debuit Euboicas.

Triſtius an miſeris ſupereſt mare?liqte terras
Spe pelagi:ſacroſq; iterum ſeponite fluctus.

Linqu'te terras. Inſultatio amara. Sacros
fluctus. Non violandos. ergo nec viris adeũ
dos. Flentes occumbere. Triſtes, q̨ tam fœ-
de morituri erant.ſic infinitiuo vſus eſt Virg.
Phyllida amo ante alias:nã me diſcedere fle-

*Segne letũ in aquis.*

uit. Inutile robur. Arma aduerſus vndas pu=
gnaturo inutilia. Segni leto. Morte viliſſima
qđ maxime Virgi. Aeneas queritur, illos ter=
& quater fœlices iudicans: qui pro focis, aris
& patria fortiter pugnantes occubuerant. Ver
ba ſuprema. Salutem deſperantes vale dice=
bant, aut quid nõ diſſimile. Virgi. Incubuitq;
toro: dixitq; nouiſſima verba. Tota quum.
Heptimimeris. Haſta trifida. Neptuni triden=
tem deſignat. & hęc omnia de fonte Virgi. ex
primo Aeneidos profluũt. Si qs autem alle=
goricum expetit ſenſum, ad Franc. Philel. in
epiſt. & Chriſt. Lãd. i queſt. Camald. recurrat.

*Abſtulerunt.*

Abſtulerunt. Vt apud Virg. tulerunt, miſcue=
runt: ſteteruntq;. Senſus eſt. Iunonis & Palla
dis p̄cibus emollitus Argo nauẽ impune iu=
ra maris violare permiſi. At vero ſi vel Ae=
gyptię vel Sidonię naues ſe mari crediderint
ſinã ꝓcellas ſua vti violentia. Sunt qui legũt
abſtulerint. Non meus Orion. Nõ accuſent
nauigantes Orionis nymbos ſtellarumq; ſæ=

*Orionis ortꝰ.*

uitiem. Orion eñ ſuo ortu chronico quo cir=
ca hyemis initium oritur, nõ autem coſmico

*Syderũ ortus triplex.*

vel Heliaco hyemem, nymbos, tempeſtateſq;
ciet. Quod pauxillum explanemus. Tripli=
ci ſyderum ortu poetas vſos comperimus
Coſmico, Chronico, & Heliaco: quare & totu
plex e regione notabitur ſyderum occaſus.
Coſmicus autem ortꝰ eſt quo interdiu ſydus
in hemiſphęrium noſtrum oritur aſcenditq;.
Antonomaſia autem excellentiaq; illud ſy=
dus coſmice orit̃ qđ cum ſole noſtrum intrat
hemiſphæriũ: vt in Veris initio Aries: Aeſta
tis Cãcer: Autumni Chelę ſeu Libra, & Hye=
mis Aegoceros. Hoc autẽ ortu vſus eſt Vir=
gilius. j. lib. Georgicon.

Vere fabis ſatio, tunc te quoq; medica putres
Accipiũt ſulci, & milio venit annua cura:
Candidus auratis apit quũ cornibus annũ
Taurus: & aduerſo cedẽs canis occidit aſtro.

Tunc enim canis Heliace occidit oriẽte Tau=
ro cum ſole: qm̃ ipſum caninũ ſydus cũ can=
cro oritur: quare ob ſolis vicinitatem nobis
abſconditur maiori lumine minus obfuſcan
te. Et coſmicum occaſum quo ſydus occidit
oriente Phœbo, notauit ipe Maro in eodem
lib. inquit enim deinceps.

Et ſi triticeam in meſſem, robuſtaq; farra
Exercebis humum, ſoliſq; inſtabis ariſtis:
Ante tibi æoæ Atlantides abſcondantur,
Gnoſiaq; ardenti decedat ſtella coronæ,
Debita q̃ ſulcis cõmittas ſemina, q̃q;
Inuitę properes anni ſpem credere terræ.

Id ſiquidem in Autumno fit: cuius ſcorpius
medium eſt ſignum: qđ cum Tauro diametra
lem facit oppoſitionem. Quare cũ ſol in ip=
ſo Scorpio lucet autumni medium obtinẽs
Pleiades illi oppoſitę ipſo oriente occidunt.
Gnoſia vero corona quæ cum Scorpione
oritur: tunc Heliace abſconditur. Chronicus
ortus ſeu temporaneus eſt quo oritur ſydus
ſole ſub terras lapſo. indeq; chronicus tempo
raneus ve dicitur, qm̃ tẽpore mathematicoꝝ
(ſcꝫ nocte) fit. De hoc ortu Ouid. i lib. de Põ=
to meminit. Quattuor autũnos Pleias orta fa
cit. orta quidem nõ ortu coſmico: tunc enim
occaſum habet coſmicũ: vt ex Virgilio inno=

Hæc iterant ſegni flentes occumbere leto.
Magnanimꝰ ſpectat pharetras, & iutile robur
Amphitryoniades: miſcent ſuprema pauẽtes
Verba alii: iunguntq; manus, atq; ora fatigãt
Aſpectu in miſero: tota cum protinus alnus
Soluitur: & vaſto puppis mare ſorbet hiatu.
Illã huc atq; illuc nũc torquẽs verberat Eurus:
Nũc ſtridẽs Zephyri aufert Notꝰ: vndiq; fer
Aeq̊ra: cũ ſubitꝰ trifida Neptunꝰ i haſta (uẽt
Cæruleũ fundo caput extulit. Hãc mihi Pallas
Et ſoror hãc (inqt) mulcẽs mea pectora fletu
Abſtulerit. veniãt Phariæ Tyriæq; carinę:
Permiſſũq; putẽt: quoties mox rapta videbo
Vela Notis: plenaſq; malis clamoribꝰ vndas:
Non meus Orion: aut ſęuus Pleiade Taurus
Mortis cauſa nouę. miſeris tu gentibus Argo
Fata paras: nec iam merito tibi Tiphy quietũ
Vlla parẽs volet Elyſium, maneſq; piorum.
Hęc ait, & pontum pater ac turbata reponit
Littora: depellitq; Notos: quos cęrulꝰ horror
Et madido grauis vnda ſinu: longeq; ſequutus
Imber: ad Aeoliæ tẽdũt ſimul æquora portæ.
Emicuit reſerata dies: cælumq; reſoluit
Arcus: & in ſummos redierũt nubila montes.
Iã placidis ratis extat aqs: quã gurgite ab imo
Et Thetis & magnis Nereꝰ ſocer erigit vlnis.
Ergo humeros ductor ſacro velatur amictu:
Aeſoniãq; capit paterã: quã munere gaudens
Liquerat hoſpitio: pharetraſq; repẽderat auro
Salmoneus: nõdum ille furens: cũ fingeret alti
Quadrifida trabe tela Iouis: contraq; ruentem
Aut Atho: aut Rhodopẽ: mœſtæ nemora ar=
dua Piſæ
Aemulus & miſeros ipe vreret Aelidis agros.
Hac pelago libat latices: & talibus infit.



Dii quibus vndarũ, tẽpeſtatiſq; ſonoræ
Imperium, & magno penitus par regia cælo:
Tuq; fretum, diuoſq; pater ſortite biformes:

teſcit: ſed chronico: qm̃ in autũno ſole inferi
us hemiſphęrium occupante Pleiades cum
Tauro oriunt̃: quo fit vt non inter ſe pugnẽt
Virg. & Ouid. eo. n. tpe quo Pleiades: aut alia
ſydera coſmice occidũt, chronice oriunt̃: & cõ
trã. Mane tñ coſmice: ſero vero chronice oriunt̃. Heliacꝰ vero ortꝰ ſiue ſolaris: quo ad nr̃os aſpectꝰ cõſyderat̃: eo
q; oriri dr̃ ſydus: cũ ob elongationẽ eius a ſole iã a nobis videri poteſt. de hoc ortu Ouid. i Faſtis. Iam leuis obli=
qua ſuccedit aquarius vrna. Et de Heliaco occaſu nuper meminimus: cum de cane gnoſiaq; corona eſſet ſermo
Quo igitur ortu nymbos procellaſq; concitet Orion, nunc dicendum: non eñ quotidiano ortu quo ſicut & cæ
tera aſtra noſtrum quotidie ſemel occupat hemiſphęriũ: ſic enim oporteret quotidie ab ipſo nymbos procellaſ
q; concitari: Sed de ortu Chronico id intelligitur: quo in hyemis initio & p̄multis hyemis diebus oritur. Nam cũ
cancer ęſtatis initium obtinẽs Aegoceroti hyemẽ aperienti opponatur, ipſeq; orion cum cãcro toto corpore (vt
& ipſe Higinius teſtatur) exurgat, conſtat ſero in hyemali tempore noſtrum aſcendere hemiſphęrium ſole ipm
linquente. An aũt ipſius orionis virtute nymbi procellæ tẽpeſtateſq; ſonorę moueant̃: ſi forte roges. an ab alijs
conſtellationibus: Dico id potius ab hyemis diſpoſitione quæ frigida atq; humida: cum huiuſce temporis con
ſtellationibus talia prouenire, cum nec frigidę ſit naturę ipſe orion, nec humidę, nec om̃ino aereę: ſed proinde di
citur talia mouere ſuo ortu: qm̃ dum Chronice (vt dictum eſt) oritur, talia eueniunt. Cũ aũt. 17. luceat ſtellis, qua=
tum tribus caput fulget, ſinguli humeri ſingulis, dexter cubitus vna, tamẽ obſcura, eadẽq; manus vna, zona tri

*Orionis ſtellę*

bus, gladius totidẽ obſcuris, ſingulaq; genua & pedes ſingulis, pręcipuarũ hę ſunt naturę. Ea eñ q̃ dextri eſt hu
meri, Martię Mercurialiſq; naturæ particeps eſt: itidẽq; illa qua ſiniſter humerꝰ fulget. Ea vero quę ſiniſtro pedi
ineſt, Iouiæ ac Saturnię. Aliarũ aũt nõ ſolent naturas ita obſeruare aſtrologi. Si aũt voluerit quiſq̃ tẽporis mu
tationes obſeruare, non ſolum aduertat ſydus tunc temporis aſcendens: ſed euiſce temporis affectionem, tũ q;
vigentes conſtellationes: quas crebertime ſecundum varias ſeptem planetarum poſitiões ſolitũ variari. Suo igi
tur ortu hyemẽ nymbos tempeſtateſq; ciet: vnde nymboſus a Virg. dicitur. Meus. Sequitur Heſiodum Valeri=
us dicentẽ ex Neptuno & Euryale genitum eſſe Oriona: alijs Neptunum Iouem & Mercurium nominantibus.

*Pleiades.*

Pleiade. Septem ſunt Pleiades in cauda Tauri: qđ ait Pli. in. ij. vt in fronte ſuculæ quę dicuntur Hyades. Illæ ve
ro Vergilię. Gellius tamen lib. xiij. inquit Hyadas Tauri caput facere: reliquum corpus Vergilias. Higinius ve=
ro ait Vergilias inter caput Tauri eſſe: & arietis ſtellas. Ab his Virg. poetam Mantuanũ nominatum contendunt
Bapt. Pio Virgilium approbante: cum quo ipſe ſentio. cęteris ſit pro ratione voluntas. Politianus in miſcellane
is, Pius in Lucretium, Cælius in aut. lect. prius exquiſite reuoluantur: inde feratur iudicium. Sęuus. Mouent tẽ=
peſtatẽ Pleiades. Propterea dixit Sene. in Herc. fur. Illinc timẽdum ratibus ac ponto gregem Paſſim vagantes
exerunt Atlãtides. Fata paras. Vt dictum eſt ex Luc. Fatiſq; per illam acceſſit mors vna ratem. Tiphy. Eorum
matres quos tecum agis: quiq; ſunt aliquando nauigaturi, dira imprecabuntur tibi ſupplicia, nec beatorum ſe=
des optabunt. Reponit. Sedat, mari in alueum contracto. Arcus. Iris. Placidis aquis. Trãquillis. eſtq; maris trã=

*Malacia.*

quillitas dicta μαλακια quaſi mollities: nam μαλακον eſt molle, ait Hermol. in Pli. vbi ingenue fatet̃ quid in ma
laco ſanum apud Quintil. ſignet, ſe non ſatis ſcire. Cælius lib. iij. rem exponens ait, homines prudentiores ha=
beri & perſpicaciores: qui cute ſunt molliori, craſſipelles vero fatuos. Velatur. ex ſacrificantium more qui caput
velabãt. Virg. in. iij. Et capita ante aras Phrygio velatur amictu. & Tunc ſacro velatur amictu. Pateram. Virg. eſt
Tum pater Anchiſes magnum cratera corona induit. Auro repẽderat. Aureo poculo donatus eſt Aeſon: qui
ſagittas Salmoneo dederat. Furens. Fabulam tangit Virgil. in. vj. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas.
Dum flammas Iouis & tonitrus imitatur Olympi. Aut Athon aut Rhodopen. ex Virgi. Hemiſtichion eſt: vbi
Atho legendum Neſtor & Aldus contendunt. Fatetur tamẽ Neſtor Ouidium dixiſſe. Nec leuius q̃ ſiqs Athõ
Pindumq; reuulſos. Conſtat nomina in ως tertiæ declinationis apud græcos accuſatiuos facere in ων iuxta re=

*O in actõ. Athos.*

gulam. a qua demũtur, inquit Aldus ex Theodori doctrina, αθως κως τεως και λαγως: quæ faciunt in ω accu
ſatiuos. quin tamen in ων iuxta regulam terminari poſſint vix poſſent obſiſtere. vnde Herod. in Erato: vt fide
lis codex gręcus oſtendit: ita inquit. εκ δε ακαμθου ορμεομενοι τον αθων περιεβαλον. Idẽ. εκβαλλων προς τον
αθων. Idem. και τω ναυτικω μεγαλως περι τον αθων. Recte idem Neſt. citatꝰ ait ω ſequẽte vocali corripi apud
Virgilium Aut Atho aut Rhodopẽ. ſed pueriliter labitur dicens Atho apud Virg. in accuſatiuo eſſe: vt In fori
bus letum Androgeo: vbi actũs eſt atticꝰ Androgeo, inquit. Conijcio Neſtora credidiſſe lętum eſſe adiectiuũ:
cui ſubſtet Androgeo accuſatiui caſus: qui tamen eſt patrij. & flectitur ο ανδρογεως του ανδρογεω τω ανδρο=
γεω τον ανδρογεων ω ανδρογεως. In eadem etiam notatiõe labitur carmẽ, Sene. corruptũ ex Med. citans. Ae
monias ille quum tulit peſtes Athos. quem ſimili pede claudicantem aduocat Deſpaut. Hæc Neſtor perperam
notauit in dictione Athos, dum Seruium incurię arguit & ignorantię, legentem apud Virg. Quãtus Athõ. aut
quãtꝰ Eryx, & nõ Athos: qđ admittere debuit Ser. vt ex ſupioribꝰ patet: licet & Athon quãtitati recte nõ obſtat

*Athon.*

ſed auxiliũ codices negant. Pli. eñ in. iiij. ait. Mons Athon quẽ Xerxes rex Perſarũ a cõtinẽti abſcidit. & in ple
riſq; locis Athona dicit. In textu vero ne ων corripiamꝰ, cũ Neſtore Aldo & Theod. Gaza legemus Athõ. pu
tat Deſp. poſſe dici Athos. ois. vt Tros & Minos: q̃ flectunt̃ ſecũdũ quitã decl. apđ græcos: vt ηρως ηρωος He

*Eros.*

ros herois. quędã etiã i ως recipiũt ωτος. vt ερως ερωτος. ſic αιγοκερως αιγοκερωτος. q̃ pœnultimã genitiui ꝑtra
hũt & vltimã nti. Audio quoſdã Bap. Mãt. auidiuſcule inceſſere q in prima Parth. dixerit eros, elpora, piſtis: tã
q̃ flagitiũ fuerit vltimã eros corripuiſſe: ſed norit recte dici ερως ελπορα πιστις, cũ ſignant̃ charitas ſeu amor piꝰ
& honeſtꝰ ſpes & fides. Nõ ei voluit poeta amorẽ flagitioſum dare comitẽ puellę cupidinis & amorũ expti ερως
ſane ερωτος in quita decli. dr̃ cupido, amor obſcœnꝰ. ερως vero i quarta ερω ερω dr̃ amor ſincerꝰ, piꝰ, & honeſtꝰ.
Latices. In ſiſi materia dixit Virg. Impleuitq; mero. Dij qbꝰ. Virgil. in. iij. Dij maris & terrę tẽpeſtatũq; potentes
Ferte viã vẽto facilẽ & ſpirate ſecũdi. Par regia. Iuppiter ſuã habet regiã. vñ dictũ ẽ. Mea primũ regia mũdo Ia=
peti poſt bella trucis. habet & ſuam Pluto. Hinc dicetur. Cardine ſub noſtro rebuſq; acciſa ſupernis Tartarei ſe=
det aula patris. & nunc dicitur Neptuni regia. Pater. Nereu, Oceane, vel Neptune. Biformes. Vt Glaucum, Ino,
Thetidem, Hellen: quę & piſcis & hominis formam finguntur habere. Sortite. Ergo Neptunus ſignatur verꝰ.

Seu caſus nox iſta fuit: ſeu voluitur axis:
Vt ſuperum ſic ſtaret opus: tolliq; viciſſim
Pôtꝰ habet: ſeu te ſubitæ noua puppis imago
Armorũq; hominũq;: truces cõſurgere in iras
Impulit: hæc luerit ſatis: & tua numina rector
Iam fuerint meliora mihi. da reddere terris
Has animas: patriæq; amplecti limina portæ.
Tũ quocunq; loco meritis tibi plurimus aras
Paſcit honos: vbicunq; rotis horrendus eqſq;
Stas pater: atq; ingens vtrinq; fluẽtia Triton
Fræna tenet: tantũ noſtras concede per vrbes.
Dixerat hæc. oritur clamor: dextraq; ſequentũ
Verba ducis. ſic cũ ſtabulis & meſſibus ingẽs
Ira deum: & Calabri populator Syrius arui
Incubuit: coit agreſtum manus anxia priſcum
In nemus/ & miſeris dictat pia vota ſacerdos.
Ecce aũt molli Zephyros deſcendere lapſu
Aſpiciunt: volat immiſſis caua pinus habenis.
Infinditq; ſalum: & ſpumas vomit ęre tridẽti.
Tiphys agit: tacitiq; ſedent ad iuſſa miniſtri.
Qualiter ad ſummi ſolium Iouis oĩa circum
Prona parata deo: ventiq; hymbreſq; niueſq;
Fulguraq; & tonitrꝰ & adhuc i fõtibꝰ amnes.
At ſubitus curaq; ducem metus acrior omni
Menſq; mali præſaga quatit: q; regis adortus
Progeniem: raptoq; dolis crudelis Acaſto:
Cętera nuda neci: medioq; in crimine patrem
Liquerit: ac nullis inopem vallauerit armis/
Ipſe procul nũc tuta tenens: ruat oĩs in illos
Quippe furor: nec vana pauet trepidatq; futu
Sęuit atrox Pelias: iĩmicaq; vertice ab alto (rũ.
Vela videt: nec qua ſe ardens effundere poſſit.
Nil animi nil regna iuuant: fremit obiice pôti
Clauſa cohors: teliſq; ſalũ/ facibuſq; coruſcat.
Haud ſecus æriſona volucer cũ Dædalus Ida

Iſta nox. Quę mari tã ſæua incubuerat: vt apud Virg. ponto nox incubat atra. Amplecti limina. Q̃d faciunt reduces, aut qui cũ timore nulla ve ſpe reditꝰ cedũt: vt dicet̃ in .ij. & vlti. Merit;. Legũt alij meritas: & ad aras referũt. Quocunq; loco. Apol. ait Argonautas quũ ad Iſthmõ veniſſẽt, ſacra Neptuno feciſſe & dicaſſe nauẽ. Honos. Sacrificiũ. Horrendus. Venerãdꝰ. vt Arboribꝰ ſuꝰ horror ineſt, i qt Luc. vel ſcd; cõem verbi expoſitionẽ adſumat̃. Rot;. Curru, ps ꝓ toto. Eqſq;. Eq neptuni ſunt delphines Cetęq; imania iqt Pap.

**Triton.**

Tritõ. Neptuni Tubicẽ ẽ & armiger. Pap. Armigeri Tritões eũt. & Virg. Aemulꝰ exceptũ Tritõ ſi credere dignũ ẽ &c. Nec id tãtũ finxere poetę: quũ ẽt Pli. i. ix. dicat, auditũ i quodã ſpecu Tritonẽ cõcha canẽtẽ. in q̃ capite verã aſſerit ẽẽ de Nereidibꝰ opinionẽ hũanã effigiẽ habẽtibꝰ. Nõ mirũ igit̃ ẽ ſi poetę biformes deos maris appellãt. Syriꝰ. Eſt in ore canis aſtrũ q̃ oriẽte canes i rabiẽ facile vertũt̃. Populator. Propter imẽſũ ardorẽ ſegetes deſtruit. Agreſtũ. Agreſtiũ: vt Agreſtũ vis magna coit. & Ter mẽſũ q̃nq; labores. Priſcũ. Antiq̃ religiõe colẽdũ: & a priſc; obſeruatũ. Aere. Virg. Spumas ſalis ęre ruebãt nõ ad remos q̃dẽ: ſ; roſtrũ nauis referẽdo: vt exponit Parth. qui hũc locũ citãs legit: Vorat ęre tridẽti. Menſq; mali p̄ſaga. Virgi. v̓ba ſũt, Pręſaga mali mẽs eſt. n. vt iqt Pap. Peſſimꝰ in dubijs augur timor. Reg; ꝓgeniẽ. Acaſtũ. Nuda. Apta neci & ſine defenſoris p̄ſidio. Patrem. Aeſona. In crimĩe medio. In criminis ſuſpitiõe. Nec quaſe. repetẽdũ eſt verbũ videt. Obijce. Prima in

**Aeriſona Ida**

differẽs eſt inquit Neſt. alij vbi producit̃, i interijciũt. Aeriſona ida. Nõ legas ira cũ Bono. codice. ſignat̃q; Ida Cretẽſis vbi Corybãtes ne Iouis vagitus audiret̃ ęra pulſarunt. q̃uis etiã Phrygia Ida recte poſſit Aeriſona dici ꝓpter tympana ſacerdotum Berecynthiæ.

**Dædali fuga.**

Volucer Dædalus. Qui vt auctor eſt Ouid. alas ſibi accõmodauit. & Virgil. Remigio alarũ. in vj. vbi Seruiꝰ non ꝑ aera: ſed mare Dędalum euolaſſe ait: quũ ala ſit & auiũ & nauiũ. Proſiluit. E labyrintho i aera. Comes. Icarꝰ. Breuioribꝰ. Quũ patre leuior foret leuioribꝰ alis ferebat̃. Nube noua. Icaro & Dędalo nubis ſpeciem faciẽtibꝰ. Hinc Ouid. de illoꝝ volatu inqt Vidit & obſtupuit: quiq; ęthera carpe poſſent credidit eẽ deos. Minoia. Cretẽſis. Gortyna. Vrbs Cretę: a qua tela Gortynia. Ore premit. Exoſculatur. Sũt hic. Apud nos. Byſtonas.

**Lycurgi ſęuitia.**

Thracas. Meritos. Dignos q̃ Bacchi ſęuitiẽ experirent̃: nã vt inqt Diod. quũ Lycurgus rex Thracię ſimulatã cũ Baccho iniiſſet amicitiã: interceptaſq; Bacchũ ſequẽtes fœminas obtrũcaſſet: idẽ de Baccho ſe factuꝝ ſperans a Tharope ꝓditus victis Thracibꝰ captꝰ eſt: & oculis priuatꝰ. ob id Virg. dixit. Sæuo quõdam regnata Lycurgo. aut quia vitibꝰ nociturus crura ſibi amputauit. propterea dictus ab

**Corniger Bacchus.**

Ouid. bipẽnifer. Cornua ſęua. Corniger Bacchus fingit̃: q; boues cornutos aratro copulauerit aut q̃a vinolenti nimio ĩpetuoſi ſunt vino, & quaſi cornu petẽtes fiunt. Ordo erit. cõiunx & nati Lycurgi ipſum furore a Baccho immiſſo, fugiunt per porticus. Cũ Bacchus



Proſiluit: iuxtaq; comes breuioribus alis:
Nube noua linquente domos: Minoia fruſtra
Infremuit manus: & viſu laſſatur inani.
Omnis eqs: pleniſq; redit Gortina pharetris.
Quin etiã in thalamis: prioq; in limine Acaſti
Fuſus humi: iuuenis greſſus & inania ſigna
Ore premit: ſparſiſq; legens veſtigia canis:
Te quoq; iam mœſti forſan genitoris imago
Nate ait: & luctus ſubeunt ſuſpiria noſtri.
Iamq; dolos: circumq; trucis diſcrimina leti
Mille vides? qua te infelix qbus inſequar oris?
Non Scythicas ferus ille domos: nec ad oſtia
Tẽdit iter: falſę ſed captũ laudis amore (pôti
Te puer in noſtræ durus tormenta ſenectæ
Nũc lacerat: celſis an ſi freta puppibus eſſent
Peruia: non vltro iuuenes claſſemq; dediſſem?
O domus: o fræti nequicq̃ prole nepotes.
Dixit: & extemplo furiis iraq; minaci
Terribilis: ſunt hic etiam tua vulnera prædo:
Sũt lachrymę: caruſq; parẽs. ſimul ędibꝰ altis
Itq; reditq; fremẽs: rerumq; aſperrima verſat.
Byſtonas ad meritos cũ cornua ſęua Thyoneꝰ
Torſit: & infelix iã mille furoribus Hæmus:
Iã Rhodopes nẽora alta gemũt: talẽ icita lõgi
Porticibus: coniunxq; fugit: natiq; Lycurgũ.
Tartareo tum ſacra Ioui: Stygiiſq; ferebat
Manibus Alcimede tanto ſuper anxia nato:
Si quid ab excitis melius pernoſceret vmbris.
Ipſum etiam curiſq; parem/ taleſq; p̄mentem
Corde metus ducit facilẽ tamẽ Aeſona cõiũx.
In ſcrobibꝰ cruor/ & largꝰ Phlegethõtis apti
Stagnat honos: ſęuoq; vocat grãdęua tumltu
Theſſalis exanimes atauos/ magnæq; nepotẽ
Pleiones. Et iam tenues ad carmina vultus
Extulerat/ mœſtoſq; tuens natumq; nurumq;

In Thracas ꝓditores ipſiuſq; tyrãnũ arma cõuertit. Porticibus lõgis. Fabulã miſcet hiſtorię. Tartareo Ioui. Plutoni. ſic Virg. Sacra Ioui Stygio. & Baptiſta. Et formidata ꝓfundo incrementa Ioui. Eodẽq; modo Virg. Tartareã ſeu infernã Iunonem vocat Proſerpinã.

**Iuppiter tartareus.**

Iunoni infernę dictꝰ ſacer. Manibus. hũꝰ primã ponit Neſt. ad placitum: legens apud Lucret. in. iij. Et quocunq; loco miſeri venere parentant: Et nigras mactãt pecudes: manibuſq; deiſq; inferias mittunt.

**Manes.**

At Deſpaut. legendum docet & manibus & dijs. Ioannes vero Bapt. Et manibus diuis. ſ. conſumpta: q̃d eſt apud Lucret. ꝑq̃ frequens. Senecę authoritas in Troade Neſtorem adiuuare videtur. Ite ite inertes debitos manibus meis Auferte honores. q̃d & Aſcen. ipſe notauit. ſed peruicaciores forſitan legendum contendent. Manibus meritos meis. aut q̃d ęquius eſt manibus a manus. Achillis ſiquidem manibꝰ quarum virtute Hector ceciderat, plurimum debebant græci. Alcimede. Quã diximꝰ a Diodo. Amphinomen vocari. Excitis vmbris. Vt de Samuelis ſuſcitatione tradiderunt noſtri. j. lib. Regũ. Eſt aũt imitatus Homerũ dicentem in. xj. Odyſſ. Vlyſſem feciſſe Scrobẽ cubitalem. vocat βοθρον πυγουσιον. Interp̄s exponit per foueam cubiti. Eſt nanq; vt ſępe vtitur interpres, βοθρος και βοθυνος fouea. quã dictionem vt minus latinam explaudũt aliqui. Quę autem preces fundẽs, & vita functis ſacra faciẽs miſcuerit, docet dicens. πρωτα μελικρητω, μετεπειτα δε ηδει οινω, το τριτον αυθ υδατι, επι δ' αλφιτα λευκα παλυνον. Et hæc vt Tireſias accitꝰ biberet. ſcrobem cubitalem ad manes pacandos & euocandos antiqui faciebant. Huius meminit Sil. in xiij. & Sene. in Oedip. Vnde ait poeta In ſcrobibus cruor. q̃d apertius Seneca dixit. Irrigat ſanguis focos: ſolidaſq; pecudes Vrit: & multo ſpecum ſaturat cruore: Libat & niueum inſuper lactis liquorem: Fũdit & Bacchum manu leua. Mella poſuerunt antiqui: quo honos largior eſſet: nec complebatur ſacrũ niſi melle, vino dulci, aqua cum farina & cruore lacteq; oblatis. Theſſalis. Ars magica a Zoroaſtre: teſte Pli. inuẽta eſt: & ex Perſide ad Theſſalum, inde ad Thraciã aut A thraciã q̃ dicit̃ Theſſalia aduolauit. de hoc plura Apul. de Aſino aureo. Atauos. Patres maiores vocat. ſic Sene. Et terram intuens grauiore manes voce & attonita ciet latrauit Hecate turba ter & valles cauę ſonuere mœſtum. Sic. n. legendum duxit Daniel reclamantibus alijs ternarium numerum de manibus intelligi nõ ſinentibus. defendit Danielẽ Virg. Ter centũ

**Ternarius ſſeris datus.**

tonat ore deos. & Sene. in eodẽ ſenſu. Ter latratus audax Hecate dedit. Nepotẽ Pleiones. Erũt forſan q̃ Mercuriũ innui cõtẽdãt iter deos ſuperos & inferos mediũ: q̃ ex maioribus vnꝰ erat ex Maia Atlãtis filia natꝰ. Vñ Ouid. cui ſic r̃ndit Atlãtis Pleioneſq; nepos. Verior tñ ſẽſus mihi videt̃: ſi ad Crethea reſpicias: cuius originem ante explicuimus & Mars apud Ponta. Cęſarem ſic vocat nepotem. Cedo inquit ſimul arma ſimul mea ſigna nepoti. Tenues. Sine corpe. Ad carmĩa. Quorũ magna

Talia libato pandebat ſanguine Cretheus.
Mitte metus. volat ille mari: quātūq; ꝓpiquat:
Iam magis atq; magis variis ſtupet acta deoꝝ
Prodigiis: quatiuntq; truces oracula Colchos.
Heu quibus ingreditur fatis: q gētib⁹ horror
Pergit. mox Scythiæ ſpoliis nuribuſq; ſupbus
Aduenĩet. cuperē ipſe graues tū rūpere terras.
Sed tibi triſte nefas/ fraternaq; turbidus arma
Rex parat: & ſæuos irarum concipit ignes.
Qui rapis hic aīam/ & famulos cit⁹ effug/ art⁹:
I. meus es. iam te in lucos pia turba ſilentum:
Secretiſq; ciet volitans pater Aeolus aruis.
Horruit interea famulum clamore ſupremo
Mœſta dom⁹: regēq; fragor ꝑ mœnia differt
Mille ciere manus: & iam dare iuſſa vocatis.
Flagrantes aras/ veſtēq;/ nemuſq; ſacerdos
Præcipitat: ſubituſq; pauēs circūſpicit Aeſon
Quid moueat: q̄ multa leo cunctatus in arcta
Mole virum: rictuq; genas & lumina preſſit:
Sic curæ ſubiere ducem: ferrum ne capeſſat
Imbelle: atq; æui ſenior geſtamina primi:
An patres regniq; acuat mutabile vulgus.
Cōtra effuſa manus: hęrēſq; in pectore cōiūx
Mę quoq; ait: caſus comitē qcunq; ꝓpinquat:
Accipies: nec fata trahā: natumq; videbo
Te ſine ſat cæli patiens: cū prima ꝑ altum
Vela dedit potui quę tantum ferre dolorem.
Talia ꝑ lachrymas: & iam circunſpicit Aeſon
Præueniat quo fine minas: quo fata capeſſat
Digna ſatis: magnos obitus/ natūq;/ domūq;/
Et genus Aeolium: pugnataq; poſcere bella.
Eſt etiam ante oculos rerum rudis altera ꝓles.
Ingentes animos & fortia diſcere facta
Quem velit: atq; olim leti meminiſſe paterni.
Ergo ſacra nouat. Veteris ſub nocte cupreſſi

vis eſt. Extulerat. Pleiones nepos Cretheus. Natumq; nurumq;. Aeſona & Alcimeden. Libato. Guſtato. Pandebat. Vaticinabať: aperiebat. Ille. Iaſon. Volat. ad aues naueſq; apte referť vtalę. Oracula. Vt diceť in quinto. Spoliis. Vellere aureo. Nurib⁹. Propter Medeam. Cuperem. Vellē Iaſona cū tanto honore redeuntē cōſpicere. Fraterna. Vt fratrū piorū imēſus eſt amor: ita impioꝝ crudele odium. Hoc Remus & Romulus, Etheocles & Polynices Atreus & Thieſtes, Aeeta & Perſes: aliiq; teſtanť innumeri: nec odium q̄uis non mutuū: Cain in Abelem, Tiphonis in Oſirim Eſau in Iacob, Abſalonis ve in Ammonē omittēdū ē. nūc ergo arma fraterna hoſtilia dixit: & qualia frater impius in fratrē mouere ſolet Famulos art⁹. Qui aię rei diuinę famulari debēt. vix ergo viros dixeris, qui corpori famulaturo aīam tā inſignē dn̄am famulari ꝑmittūt: ancillęq; ſubiiciunt. has em̄ inter tenebras aīa nobilis domina: cui cæleſtis origo, carceri mācipata cimmerio artubuſq; famularib⁹ q̄ ſurſū ſūt lucida vix agnoſcit: imo illis nō datur reſpicere: q ex famulis dn̄os cōſtituentes ordinē ꝑuertunt. Silentū. Virg. Vmbręq; ſilētes. Aeolus. Qui fuit Deucalionis filius Salmonei pater, abauus Aeſonis. Volitans. Ad regem vētorum alludit: aut vnū refert more poetico. Sic ex multis vnū facimus Dionyſium, Orphea, Herculē, Mopſum. Famulum. Genitiu⁹ ꝑ ſyncopē. Differt. Alii defert. nunciat: oſtēdit regem ciere manus. ſi differt, ſenſum complet, tuncq; ciere & dare pro indicatiuo poni poſſunt. Subitis. Aut ſubitus: vt alii habent. prior tn̄ dictio commodior eſt, ne duo adiectiua nō neceſſaria concurrāt. Lumina preſſit. Pli. in. viii. ait. Quū leo ꝓ catulis dimicat oculos in terrā defigit: ne venabula expaueſcat. Ferrū imbelle. Hoc ex Virgi. eſt ex ii. Aenei. Arma diu ſenior deſueta tremētib⁹ æuo Circūdat nequicq̄ humeris & inutile ferrū Cingitur. Mutabile vulgus. Mobile inconſtās leue: cū fortuna mutari ſolitū. Acuat. In Pelię ſęuitiē excitet. Effuſa manus. Synecdoche eſt, vt ſit coniūx effuſa manus. Fata trahā. Nō viuā ſine te. Cęli. Vitę & aeris. Vela dedit. Diſceſſit. Pręueniat. Volebat mori pri⁹ q̄ capto illuderent Pelię famuli: aut qppiā minarenť. Fata digna. Mortē honeſtā & ſe nō indignā. Poſcere. Poſcebat inſigne letū. Altera ꝓles. Qui Leōtiū ſequunť Polimilā dicūt Aeſonis filiū. qui vero Diod. in. v. Promachum Diod. verba ſunt. Primo Iaſonis patrē tauri ſanguinē bibere cōpulit. fratrē Promachū adhuc puerū occidit. Alii dicūt Polimilā nomē eē Iaſonis binominis. Fuit & Promachus filius Parthenopei nepos Talai. Leti paterni. Qui memor iniurię patris cędē vlciſceretur. Sub nocte. Sub vmbra & opacitate. Taurus Val. hiſtoriā quā de tauro Diod. in. v. recitat Paulū inuertit. Vittę. coronabantur victimę vnde dictum eſt. tibi cęruleis in littore vittis. licet ad Ancæum ſacerdotem referri poſſit. Virgi. Et ſalſę fruges & circū tempora vittæ. Idemq; dicitur de Simone hoſtiam referente. Aeger. Huius prior notatur diphthongo. Piumq; Bapt. admiror, cur dubitarit an ſecluſa

Fraterna odia

Promachus.

Aeger.



Sordidus: & multa pallens ferrugine taurus
Stabat adhuc: cui cæruleæ per cornua vittæ:
Et taxi frons hirta comis: ipſe æger: anhelans
Impatienſq; loci: viſaq; exterritus vmbra.
Hunc ſibi præcipuū gentis de more nefandę
Theſſalis in ſeros ditis ſeruauerat vſus.
Tergeminā tū placat herā: Stygiaſq; ſupmo
Obſecrat igne domos: iā iam exorabile retro
Carmen agens. neq; enim ante leues niger aduehit vmbras
Portitor: & cunctæ primis ſtāt faucibus orci.
Illum vbi terrifici ſupereſſe in tempore ſacri
Conſpexit: ſtatuit leto: ſupremaq; fatur:
Ipſe manu tangens damnati cornua tauri.
Vos quibus imperium Iouis: & non ſegne peractum
Lucis iter: mihi conſiliis mihi cognita bellis
Nomina: magnorum fama ſacrata nepotum:
Tuq; excite parens vmbris vt noſtra videres
Funera: & oblitos ſuperum paterere dolores:
Da placidæ mihi ſedis iter: meq; hoſtia veſtris
Conciliet pręmiſſa locis. Tu nuncia fontum
Virgo Ioui: terras oculis quę proſpicis ęquis:
Vltriceſq; deæ: Faſq; & grandęua furorum
Pœna parens: meritis regis ſuccedite tectis:
Et ſæuas inferte faces. ſacer effera raptet
Corda pauor: nec ſola mei grauia affore nati
Arma ratemq; putet: claſſeſq; & Pōtica ſigna:
Atq; indignatos temerato littore reges
Mēte agitet: ſempq; metu decurrat ad vndas
Arma ciens. mors ſera viam: tētataq; claudat
Effugia: & noſtras nequeat præcurrere diras.

diphthōgo ſcribi debeat: quodq; me magis mouet, quare eos falli cēſuerit qui ęgroto ſcribunt: cuius prior ab illo quem corripientem citat protrahitur. Ait enim Lucret. in. iii. Præter enim q̄ q; mēbris cum corp⁹ ęgrotat. vbi s. eliditur: qđ eſt apud Lucret. vt diximꝰ frequentiſſimū. vacillare facit non indoctos vt ſentiūt gręca origo. Nefandę. quippe quæ rei tam nefandę operā dat illicitam. Seruio teſte Romani artē magicā iprimis exhorruerunt. Tergeminā heram. Proſerpinā: quæ eſt Hecate. Virg. Tergemināq; hecaten tria virginis ora dianæ. Heram. Inferorū dominā. quæ & Iuno dicta eſt hera. non tamē vt propriū hic putes poni: nā prior eſſet longa. vnde Heraclea & Heracleus. Sic Ennius dicit, vt Vale. Vosne velit an me regnare hera: quidve ferat fors &c. Igne ſupremo. Poſthac enim nō erat ſacris vacatura. Exorabile. actiue exponitur. alias paſſiue vt penetrabile. Ante aduehit. Charon non niſi fuſo carmine vmbras aduehit. Faucibus orci. Plutonis & inferoꝝ. Virg. Primiſq; in faucib⁹ orci luctus. Terrifici. quo manes euocandi erant: quorū aduentus terrorem incutit. Damnati. morti deſtinati. Lucis iter. de hoc diceť in. iii. Excite. euocate. a quarta coniug. Parens. Cretheu. Superum. viuentium. Oblitos. Poto lethæo flumine. Hoſtia pręmiſſa. faciunt id noſtrę addicti religiōi, vt ad dei conciliationē & fauorem hoſtias & preces pręmittant. Sunt em̄ optimę preces nuncię: vt dicetur. Hoſtia autē noſtra non taurus cornibus auratis, nō vitulus pedib⁹ qui ſpargit arenā: & quę aris patres impoſuerunt: ſed deus ipſe dei filius, diſticho ex ore vel puerorum proferri ſolito: ex ſummi tamē viri theologiq; (vt conjicere par eſt) religioſi officina profecto pulchre celebratus. Vera ſalus mundi: verbum patris: hoſtia ſacra: Viua caro: deitas integra: verus homo. Virgo. luna. inferi enim ſolem ſtellaſq; & ſua ſydera norūt. Nūcia. qđ dicitur de die cuncta audiente & vidēte, Iouiq; ſummo retegente, & de luna. Vltriceſq; deę. Furię. maxime ad Tiſiphonē reſpicitur. Virg. vltrixq; accincta flagello Tiſiphone. τισισ etenim vltio dicitur. Pœna. furiarū mater. Succedite. diris vtitur Aeſon imprecationibus. Inferte faces. qđ legitur factum in Oreſtem. Vidi ipſe Carnuti virum nobilē in arce vrbis captiuū: qui fratrem cui⁹ irā inſultuſq; declinare nō potuerat, ſe tandē conſtanter protegēs interfecerat. Is venia intercedentibus amicis īpetrata non ſemel nobis retulit in ſomnis a ſe viſum quēdā terribili aſpectu hominē faces ob oculos iaculantē. audierunt quoq; nō pauci e domo Ioānis Berzelli Carnut. quōdam vicepręſidis illum noctu ſępiſſime ſuſpirātem: interdūq; mire inclamantem: qui vix excitatus ſomnium recitabat. audiui ipſe quid autem ſibi velit coniectoribus relinquo. Mente agitet. vēturos exiſtimet: exercitumq; in Theſſaliam ducturos: quorū littora fuerint ab Iaſone iuſſu Peliæ nauigio petita. Diras. imprecationes. Horat. in Epod. Diris vos agam. has nūciabant vt ſtulta putauit Ethnicorum turba: bubones noctuęq;. ad quas abigendas Amithaonium prodeſt cōmentum: cuius ita meminit Colum. Hinc Amithaonius docuit quem plurima Chiron, Nocturnas crucibus volucres ſuſpendit: & altis Culminibus: vetuit feralia carmina flere. Is erat Melampus. Pręcurrere. nec fugiat ſi velit: nec amulletum inueniat: quo diras poſſit pręuenire. Auro. aureo vellere. Inauſum nefas. quod nullus adhuc

Hoſtia ſacra.

Dirę.

Sed reduces iam iãq; viros:auroq; coruſcum
Cernat iter.ſtabo inſultans:& ouantia contra
Ora:manuſq; feram.tum vobis ſiqđ inauſum
Arcanumq; nefas:& adhuc incognita leti
Sors ſupereſt:date fallaci pudibunda ſenectæ
Exitia:indecoreſq; obitꝰ.nõ Marte nec armis:
Aut nati precor ille mei dignatus vt vnq̃
Enſe cadat.quẽ fida manus:quẽ cara ſuorum
Diripiat:laceretq; ſenem:nec mẽbra ſepulchrõ
Contegat.hæc noſter de rege piacula ſanguis
Sumat:& heu cũctę q̃s miſit in ęquora gẽtes.
Adſtitit:& nigro fumantia pocula tabo
Contigit ipſa graui furiarum maxima dextra.
Illi auide exceptum pateris hauſere cruorem.
Fit fragor:irrũpunt ſonitus:qui ſęua ferebant
Imperia:& ſtrictos iuſſis regalibus enſis
In media iam morte ſenes:ſuffectaq; leto
Lumina:& vndanti reuomentẽ veſte cruorem
Conſpiciunt:primoq; rudem ſub lumine rerũ
Te puer:& viſa pallentem morte parentum
Diripiunt addũtq; tuis. procul horruit Aeſon
Excedẽs:memorẽq; tulit ſub nubibus vmbrã.
Cardine ſub noſtro:rebuſq; acciſa ſupernis
Tartarei ſedet aula patris.non illa ruenti
Acceſſura polo victam ſi voluere molem.
Ingenti iacet ore chaos:quod pondere feſſam
Materiem:lapſumq; queat cõſumere mũdum.
Hic geminæ æternũ portę:quarũ altera dura
Semꝑ lege patens:populos regeſq; receptat.
Aſt aliam tentare nefas & tendere contra.
Rara & ſponte patet.ſiquãdo pectore ductor
Vulnera nota gerens galeis pręfixa rotiſq;
Cui domus:aut ſtudiũ mortales pellere curas:
Culta fides:lõge metus:atq; ignota cupido:
Seu venit in vittis:caſtaq; in veſte ſacerdos.

cõmittere auſus fuerit. ſignatq; filiarũ impie=
tatem.quæ patrem inquit Ouid.a medea fal=
ſo perſuaſę necauerunt. Sors incognita leti.
nullus eo mortis genere quo Pelias,adhuc in
terierat.multę fuerũt quę necem attulerũt ma
ritis,quæ filijs,quæ patruelibus,ſed admodũ
paucæ quæ Tullię Tarquinij ſuperbi vxoris
ſęuitiã ſuperarũt.Pelię vero filię præter ſpem
impietatem commiſerunt.Indecores obitus.
mortem inhoneſtam. Non marte nec armis.
quod viris fortibus glorioſum. Aut nati.in=
dignus habeaẽ,qui Iaſonis manibꝰ intereat,
ne inde ſolamen oriatur.vnde Virgi. Danaũ
fortiſſime gẽtis Tytide me ne Iliacis occum
bere campis Non potuiſſe? tuaq; animam
hanc effundere dextra.& in.xi. Hoc tamẽ in=
felix miſeram ſolabere mortẽ: Aeneę magni
dextra cadis. Fida manꝰ.Ouid.His vt quęq;
pia eſt hortatibꝰ impia prima eſt.Et ne ſit ſce
lerata facit ſcelus. Fidiſſimę enim ſunt parẽti
Filiarũ fides in parentes.
bus filię,quod & Dionyſiꝰ Syracuſarum ty=
rannus oſtendit ob ſuſpitionẽ tonſtrices ha=
bens filias:quibus fideret.illis tamen ætate iã
prouectis nouaculã ademit. Miſerrima ſane
tyrannis:quæ fidum ſibi putat neminẽ. Lace
rentq; ſenem.Ouid. Semilacerq; toro tentat
Sepeliendi modi.
conſurgere.Nec mẽbra.ſepulchro careat,cu=
ius alij dicũt iacturã facilem.Mortuorum ſa=
ne cadauera pro regionum cõſuetudine : aut
cremabãtur:aut vt diximus ex Pli.humabã=
Canes ſepulcrales.
tur.In Hibernia canes adhibebanẽ ſepulchris
qui dicebantur ſepulchrales:vt Strabo One=
ſicritum tradidiſſe,licet falſo,in.xj.oſtẽdit de
Sogdianis & bactrianis.& vt inquit Sill.egy
ptia tellus Claudit odorato poſt funus ſtãtia
ſaxo corpora:& a menſis exanguem haud ſe
parat vmbrã. Pontus capita cerebro vacuat:
& in æuũ lõgũ myrrhata reponit.Garamãtes
in arena infodiunt,in mari cõdunt Naſamo=
nes, ex capitis oſſibꝰ Celtę pocula conficiũt,
vrunt flammis Athenienſes,in Scythia lon=
gis ſunt fixa cadauera trũcis.Cõtegat.Ouid.
eo vtitur verbo, Ne mea Sarmaticũ cõtegat
Alias latus.
oſſa ſolum. Hæc noſter.qui nunc effundetur
talẽ exigat expiationẽ.iuſti ſic ſanguis Abe=
lis vindictam ad dominũ clamauit.Heraſmꝰ
quoq; pro adagio ait celebratũ αισωπειον αι=
μα. Heu cunctę.nõ ſolus vindicer:ſed & oẽs
Argonautę:quiq; nauigaturi ſunt.Is verſus
erat male poſt Reuomẽtẽ veſte cruorẽ,appo
ſitus. Adſtitit. Tiſiphone furiarum maxima
iuxta accubat,inquit Virgil. Contigit. tanq̃
ꝓpinatura. Sill.non diſſimile affert. Adit oĩa
iamq; Concilia & menſas contingit,& abdita
nube, Accumbitq; toris epulaturq; improba
Erinnys.Ipſa etiam ſtygio ſpumantia pocu
la tabo Porrigit:& large letũ pœnaſq; mini=
ſtrat. Cruorem. vocant cruoris coagulati par
tes thrombos.Hauſere.taurinus ſanguis po=
tus letalis eſt. multa dicit Cæl. de Themiſto=
cle: qui taurino ſanguine hauſto interijt.ipm
lege li.viij.cap.xij.vbi Ariſtophanes citatur.
βελτισον ημιν αιμα ταυρει ωρ πιειν. ο θεμι
σοκλεουσ γαρ εαιατοσ αιρετωτοτεροσ.Me
morem vmbram.nam vt diceẽ in.iij.Ira ma=
net duratq; dolor.Cardine ſub noſtro.Infero
rum loca dicimus eſſe in medio centro terræ:



Quos omnes lenis plantis & lãpada quaſſans
Progenies Atlantis agit.lucet via late
Igne dei:donec ſyluas & amœna piorum
Deueniant:campoſq;:vbi ſol: totũq; per annũ
Durat aprica dies:thyaſiq;:choriq; virorum:
Carminaq;:& quorũ populis iã nulla cupido.
Has pater in ſedes:æternaq; mœnia natum
Inducitq; nurum.tum porta quanta ſiniſtra
Pœna docet maneat Peliã:quo limie mõſtrat.
Miratur tantos ſtrepitus:turbamq; ruentem:
Et loca:& infernos almę virtutis honores.

FINIS.

vbi tenebrę inferiores ſunt. Alij dixerũt cor=
pora noſtra eſſe carcerẽ animæ & inferos. alij
in aere ponunt: ſunt & qui in mari & vbicũq;
ſontes animę pœnã patiuntur. Super his no
tam Platonicorum ſententiam Land. multis
explicat. Supernis.cæleſtibus. Nõ illa ruenti.
etiam ſi cęlum contingeret ruere non accede=
ret:ſed in ſuo perſtans loco maneret immobi
lis.adeſt nãq; chaos immenſum patens po=
tenſq; molem ipſam mundũ & cælum cõſu=
mere.Iacet ore chaos.apertum & ampliſſimũ
os habet ſufficiens voluere molem victã nec
valentem reuolui.Vidi codicem,iacit,haben=
tem,neſcio ſi facit linquere voluit quiſquis
ſcripſit,cuius ſenſus eſt, nõ eſt aula Plutonis
polo acceſſura etiam ſi chaos facit molem de
uolui.nihil tamẽ muto:cum ſenſus poſſit re=
cte obſeruari cũ ordine,non ſit acceſſura Plu
tonis aula polo cadenti,ſiquidem adeſt aut ia
cet vt habet textus, chaos ea oris latitudine:
cui non miſceretur moles victa nec noceret.
poteſt nanq; omnia abſorbere ad ſe trahens
quod adſumptum eſt. ex illo etenim ſi cũcta
(quod ſcripſit Ouid.)prodierũt,fieri poſſet vt redirẽt.ergo Plutonis ſedet aula patris cum cęlo nõ caſura:quip=
pe quę eſt in centro terrę quo nihil inferius: nec cęlo acceſſura,qđ poſſet conſumere. Legẽt forſan aliqui ſcit:aut
ſit melꝰ pro ſi,facient præterea ſenſum poſt molẽ perfectũ,itẽ iacit aut facit.pro arbitrio agant,ego ſi & iacet
cum codicibus integrioribus legam,verbumq; ſubaudiam,daretur,contingeret liceretve,aut ſimile,quod ple=
runq; fit. Virgi.Me ne incepto deſiſtere victam. Idem.Me ne iliacis occumbere campis non potuiſſe.& ipſe Va=
le. Denſam interea deſcẽdere noctem iam maiore metu. Feſſam materiem. volutionibus ſi ad cælum referas,ſi
ad terram,ſua grauitate dicemus feſſam. nã & dicitur pondere feſſam materiem,vſqueadeo exacte cõpacta eſt
Materies feſſa.
vt centro ſidat,ad illud quoad eius fieri poteſt accedens,tam eſt artificioſe pendẽs & ponderibus librata ſuis.vt
ait Ouid.ſic eſt ab initio terra domini virtute fundata, inquit Pſalmogra.cuius opera cęli ſunt:perituri tamẽ.at
ctum videtur a romanis: qui vel excubias in æde faciebant,aut excubias cuipiam cõmittebant. vnde Val.Max.c.de negl.rel. ait Varronem ædilem circenſes ludos celebrantem hiſtrionem puerũ eximia facie ad excubias faciendas in tẽplo Iouis opt. maxi.poſuiſſe.licet id factum cõtra maieſtatẽ po.Ro. viſum fuerit. vnde apud Cannas infeliciter pugnaſſe creditur.& forſitã Medon pœnas ſoluturꝰ cõcurrit. Nocturnis autẽ ſacris inuigilaſſe Cyzicenos oſtendit Herod.in Mel.dicens Anacharſim illum Scythã philoſophũ Cyzicum veniſſe: & populũ magno apparatu deorum matri diem feſtum celebrãtem vidiſſe.qui tũ pollicitus eſt ſe eodem ritu ſacrificaturũ:quo Cyzicenos vidiſſet,& peruigiliũ noctis inſtituturum ſi ſaluus ſoſpeſq; domũ reuertiſſet.

Medon.

Medon. Cyzicenus erat.alter fuit inquit Lauren.Val.in.xiij.Ilia. Aiacis Oilei frater ex matrimonio natus illegitimo,a natali ſolo ſemp extorris atq; in Phylace domiciliũ habens/ex quo germanũ Eriopidis nouercæ Iphicleum Phylace genitũ interemit. Crederẽ apud Vall. tutiorem eſſe dictionẽ in Phthiorum,& non Pithiorum(vt perperam ſcribitur)cum loquitur de Podarce & Medonte q aiacis Oilei frater &c. Nã in græco ſic habet apud Home.μ. ιλιαδ. προ φθωντε μεδωντε μεμεπομοστε ποδαρκησ ητοι ο μεμ νοθοσ υιοσ οιλη θοοιο εσκε μελων αιαντοσ αδελφεοσ &c. Bitumi-

Bitumen.

ne.bitumen teſte Plin.xv.ca.li.xxxv.alibi limꝰ eſt,alibi terra. de natura ſulphuris limꝰ eſt a lacu iudęæ quẽ dicunt aſphaltem emergẽs. Terra eſt circa Sydonem. eius vis ardens cognata eſt ignium naturæ.ſiſtit: diſcutit:attrahit:glutinat.lege Plin.mirabilem vim bituminis & aluminis in eo.c. exprimẽtem. Notum

Alumen.

eſt ligna bitumine oblita facile inflãmari: alumine vero ꝓfuſa ignium vires temnere.vt ꝓbat Archelai turris apud Gelliũ. Phlegias no-

Phlegias.

men eſt Cyziceni.nomẽ etiã fuit patris Ixionis. Fuerũt & Phlegię teſte Seruio Theſſalię populi immanes Neptuni opera diluuio ſubmerſi. quos Virgil.in.vj. canit apud inferos torqueri. Phlegiaſq; miſerrimus omnes Admonet.quod tamẽ expoſuimus verius de patre Ixionis. Strabo in fine.ix. ait Gyrtonios olim dictos fuiſſe Phlegias a Phlegia Ixiõis matre. Horum meminit Homerus.xiii.Iliad. Quales autem quũ Martem patrem ĩ bellum euntem comitantur duo filij Craterus: & qui quemlibet ſtrenuum terreat bellatorem Atarbes aut in Phlegias arma ſumẽtes:perq; mediam aciem ſeu per cornua eũtes nõ vtroſq; exaudiunt. Quaſſans Lampada.nec id vide-

Lampada Quaſſare.

tur ſumptum a ludis Cerealibus aut Prometheis.quorũ meminere Philip.in Perſ.& Lucanum Ioan.Bapt.quem in retractationibus



Semineces:Glaucũ ſequit:Glaucũq; ruẽtem
Occupat:& iugulo vulnus molitur aperto.
Ille manu contra telum tenet:vltima fruſtra
Verba ciens:fixamq; videt decreſcere cornũ.
Hic Alyn:hic rigido trãſcurrẽs demetit enſe
Protinus inſignem cithara:cantuq; fluenti
Dorcea:qui dulci feſtis aſſiſtere menſis
Pectine Byſtonię magnũ poſt auſus alumnũ.
Nec pharetrã aut acres vltra Tirynthiꝰ arcꝰ
Exercet:ſocia ſed diſiicit agmina claua.
Ac veluti magna iuuenum cum denſa ſecuri
Sylua labat: cuneiſq; gemit graue robur adactis
Iãq; abies:piceæq; ruũt:ſic dura ſub ictu
Oſſa virum:malæq; ſonant:ſparſuſq; cerebro

heſitantem videbis. Item Heraſmus in prouerbijs. Cum non mutãtur hic manus vt in il.is. Sed ex Hom.eſt inducente Hectora lampada quaſſantem in naues græcorum vt dictũ eſt. Pulſum Thamyrum. quem ſæpe victum repulerat. Typhon. hic & Typho dici-

Typhon.

tur. Typhoeus autẽ primã corripit: Typhon vero protrahit,vnde apud Philel.legerẽ. Dicta Typhoęo crepitant tua grandius ore.& Fierem Typhonis amator,nõ autem Fieremq;.& apud Capell. Diſſona ſacra mitram ditemq; ferum Typhonem. vt ſit ſpondaicum carmen: ſitq; ditis epitheton.qđ eſt facilius dicere q̃ breuem primã ponere. vel legatur. Ditem atq; ferum Typhonem. Vbi autem crucietur multis explicat verbis Strab.in.xiij.&.xvj.de quo alibi. Hic autem ſumitur vt Typho pro quadam ſpecie nubium metuenda

Typhon in nubibus.

Gell.in primo cap.xix.li. Quin turbines etiam crebriores & cælum atrum & fumigantes globi,& figurę quædã nubium metuendę:quas τυφωνασ vocant, impendere imminereq; ac nauem depreſſuræ videbantur. Plin.ca.50.lib.2.ait. Sin vero depreſſo ſinu arctius rotati effregerint,ſine igne hoc eſt ſine fulmine vorticem faciunt qui Typhon vocatur.i.vibratus.& in cap.ſequenti. Nõ fit autem aquilonibus Typhon:nec niualis:aut niue iacente Ecnephias.qđ ſi ſimul rupit nubem exarſitq; & ignem habuit:aut poſtea concepit: fulmen eſt. & diſtat a pre-

Preſter.

ſtere quo flamma ab igne. Hic late funditur flatu:illud conglobatur impetu. Idq; ſignat Lucre.in.vj. Fit quoq; vt inuoluat ventis e nubibus ipſe Vortex corradens ex aere ſemina nubis. Et quaſi demiſſum cęlo Preſtera imitetur &c. De Ioue deo videtur Hom.eſſe comparatio. Δ.ιλια.mittente in terras Pallada ſpecie ſyderis:quo Iuppiter multa ac ſcintillanti face ſolet pectora nautarum exercituũq; terrere futuri alicuius mali pręſagio. οιον δ᾽ αστερα ηκε κρονου παισ αγκυλομητεω η ναυτησι τερασ ηε στρατω ευρει λαων λαμπρον. Igne.videtur igiẽ poni pro fulgure:nam vt dictũ eſt ex Pli.eſt ſine igne.alias fulmen eſſet. Poteſt tamen Typhon videri igneus a Typhone dictus. Præterea græci Typhonem dicunt ardorẽ.qđ & Diti & giganti congruit. ſicq; poterit eſſe inter ſignificantias Preſter & Typhon cõmixtio. Crine.cauda. Contenta.contorta. Maior.barba crinibuſq; igne correptis. Diſiecit. Sabel.reponendũ cenſet diſſecuit aut deſecuit. forſan propter deiectaq; ne verbi pene ſimilis fiat repetitio. Subluſtri.vnica eſt dictio vt illuſtris. Cingula. Baltheum. vt apud Virgi.dicitur de Pallãtis Baltheo.& Home.Patrocli. Linquite ait ferto. Si quis diligentius Perſium in ſecũda Saty.excuſſerit,ferto hic audacius le-

Fertum.

gẽdum curabit q̃ ferro, qđ eſt teſte Pomp. libi genus quibuſdam ſacris lautis adhiberi ſolitum. Perſ. Attamen hic extis & opimo vincere ferto Intẽdit:iam creſcit ager:iam creſcit oliua.legatur Ioan.Bapt.Pius in ca.cxlvij. poſt.adnot. Potius inuadere. Heptimimeris. Teſtudine rupta.quia dixerat. Cõtextis vmbonibꝰ hęrent.qđ gręci frequenter faciunt:vt Scythę cuneati gradientes teſte Aeliano. Phlias.hunc diximus Bacchi filium.falſus eſt co-

Phlias. Phlœas.

dex Deſpaut.hũc citantis locum vbi legitur Phœas. Poſſet tamen legi Phlœas ſi Apol.codex pateretur vt diximus.ſed & liber Bononię impreſſus illud oſtendit. Sunt enim ex Gręcis qui Dionyſio rem diuinam faciunt. quẽ φλοιον vocãt.& dicũt φλοιον corticẽ viroręq; ſignificare & florẽ.& φλοιζω habere vim floreſcendi & vigẽ-

Phlius.

di.vnde a patre nomen deductum eſt. Volater.in.ix.ait. Phlius vrbs prope Sicyonem a Phliunte filio Dionyſij vt Pauſa.teſtatur:ſiue απο του φλειν.i.producere ſeu procreare fructus:q; ſit ſolo feraci. Lacedæmonij enim Phliunta menſem vocãt in quo florent fructus. flectitur Phlius pro vrbe vt Amathus/Trapezus/Hierichus,ꝓ viro legi vbiq; Phlias aut Phlœas,etſi Phlius nomẽ eſt vrbis. Ochus prima longa quaſi illuſtris ωχοσ. Ponta.

Ochus.

corripuit primã pro fluuio vbi de ſtell. Alluit & ripis Ochus inſignitus opacis. Hebro. nomen Cyziceni viri eſt non fluuij. Impingitur.impellitur contra Hebrum. Zelen:Broten. Sunt qui legunt Zelen & Broten.tuncq; vltima contra metri rationem corriperetur,etſi Sido.dixit. Nec quæ Cadmęis patiens Alciden ab oris. Legendum

Zelys. Brontes.

eſt igitur Zelyn & Broten aut verius Bronten.aliquot eñ Cyzicenorum cadentium nomina Apollo.recenſens hoc probat quum ait. ηρακλεησ μεν εμηρατο τηλεκλια ηδε μεγα βροντην. σφοδριν δε μαρισεν ακαστοσ. πηλευσ δε ζελυν ειδεν. αρηθοον τε γεφυρον. αυταρ ευμμελιησ τελαμων βασιληα κατεκτα. ιδασ δ᾽ αυ προμεα. κλυτοσ διακινθον επεφνεν. τυνδαριδαι δ᾽ αμφω μεγαλοσακεα. φλογιον τε. οινειδησ δε πιτοισιν ελεν θρασυν ιτυμονηα. Ergo Bronten legimus & Zelyn. Vt ceca. Pollux ſuper cęſorum aut cadentium ora tergaq; currit:vt tempeſtas ſuper mare. Molitur vulnus.infert. Alyn.nomen viri.aliquãdo fluuij.& corripit prio-

Alys.

rem. Ouid. Et crebro vortice tortus Halys. Protinus Dorcea. Dorceus optimus erat ci-

Dorceus.

tharœdus & poſt Orphea Byſtoniũ primus. Fluenti cantu.ſuaui/& dulci. Alumnum. Or-

Alumnus.

phea. & ponitur paſſiue ſemper vt Laurent. putauit.cuius ſententiæ adhæret Raphael in quartũ Ouid.dicens. Alumnus ſemp in paſſiua ſignificatione accipitur.q̃uis quidã Laurent. Vall.contradicere pulchrum putantes in actiua quoq; inueniri contendant. Beatus tamen Augu. Iouem omnia alentem vocauit alumnum.& Virgil.ad Meſſ.tellurẽ dixit alũnam:& Tacitus eloquentiam appellauit licẽtiæ alumnam: non q; alatur a libertate nimia ſed quæ alat. Hi ſunt qui contra Laurent. reclamant.quos Ioan.bapt.& Ia.Parrh.ſequũtur. quorum veſtigia ſecura ſunt. Menſis.vt apud Virg.Crinitꝰ Ioppas.apud Hom. Phineus Terpij filiꝰ. Byſtoniæ. Thraciæ. Diſijcit.

Albet ager. leuis añ pedes ſubſederat Hidmō
Occupat os barbamq; viri: clauaq; ſuperne
Intonat: occumbes & nūc ait Herculis armis
Donum ingens: ſemperq; tuis mirabile fatis.
Horruit ille cadens: nomenq; agnouit amicū
Primus: & ignaris dirū ſcelus attulit vmbris.
Nec tibi Theſſalicos tūc p̄fuit Ornyte reges
Hoſpitiis: aut mente moras fouiſſe benigna:
Et laribus ſacraſſe dië. p̄cul aduenit Idmon:
Oblatamq; ferit galeam: criſtaſq; rubentes:
Heu tibi dona gerēs. quem te qualēq; videbit
Attonitus Crenęe parens? en frigidus orbes
Purpureos iam ſomnus obit: iā cādor & anni
Deficiunt: vitaq; fugit decus omne ſoluta.
Deſere nūc nemꝰ: & nympharū durꝰ amorē.
At diuerſus agens turbantem fallere neruo
Tū primū puer auſꝰ Hylas (ſpes maxia bellis
Pulcher Hylas: ſi fata ſināt: ſi proſpera Iuno)
Proſtrauitq; virum celeri per pectora telo.
Acceſſere (nefas) tenebris fallacibus acti
Tyndaridę in ſeſe: Caſtor prius ibat in ictus
Neſcius. aſt illos noua lux: ſubituſq; diremit
Frōtis apex. tū Caſtor Ityn: qua cęrulꝰ ambit
Balteus: & gemini committunt ora dracones:
Frater Hagen: Tapſūq; ſecurigerūq; Nealcē
Tranſigit: & Canthi pallētem vulnere Cydrū.
Torſerat hic totis connixus viribus haſtam
Venatori Erymo. breuis hanc ſed fata ferentē
Prodidit: & piceo comitem miſerata refulſit
Luna polo. ceſſere iubę: raptumq; per auras
Vulnus: & extrema ſonuit cita cuſpide caſſis.
Niſęum Telamon: & Ophelten vana ſonātem
Per clypei cedentis opus partemq; trilicem:
Qua ſtomachi ſecreta ferit: lętuſq; profatur.
Dii precor hūc regem: aut æque delegerit alta

Exercitus deletio.

Hercules relicto arcu cōmotior factus claua diſſipabat agmina & diſpergebat. Duobꝰ modis deletur exercitus inquit Iſido. internicione. Virg. Submerſaſq; obrue puppes. aut diſperſione. Idem. Et diſijce corpora Ponto. & hic. Diſijcit agmina claua. Sal. vtrunq; cōplexus videt̃. Aut hoſtes oppreſſi aut diſperſi forent. Sabelli. reperit deficit: cenſetq; legendum diſijcit aut diffundit. horū poſterius carmen non ingreditur. forſan ſcriptum reliquit diffidit: ſed diſijcit placet. diffidit autē poſuit quia ſequitur cuneis adactis. Robur gemit. quū ſcilicet finditur. Malæ. prima eſt longa. a mala vnde maxilla. vt ab ala axilla. Hidmon. Cyzicenus ante pedes Herculis proſtratꝰ veniam implorabat: cuius barbam Hercules apprehēdēs ait. &c. Os barbamq;. barbam oris occupat iratus. Et referas ad Herculē. at dices

Barbam mulcentes.

Hidmona Herculem orare volentem prouolutum genibus Hercu. barbam & os occupaſſe. nonnunq̄ enim adulationis gratia tractari ſolet. dicente Homero de Ioue & Thetide in primo. Siniſtraq; genua amplectēs dextra vero mētum, his verbis obſecrauit, & in decimo Atq; fatus hęc nudato enſe inſurgēs paranti illi apprehenſa percuſſuri barba eum obſecrare mediam ceruicem percuſſit. In quo Homerica videtur imitatio: nam Dolon apud Home. cepit Diomedis barbam. Hidmon vero Herculis os barbāq; apud Vale. Sic eñ Hom. κ.ιλια.ι και ο μενυμεμελλε γευζου χερι παχει αψαμενοσ λιοσεσθαι. qđ nō placet. Nam & intonat pari ſenſu ad Hercu. refert̃. Amicum nomen. nam hoſpes fuerat Hidmonis Hercules. Dirum ſcelus. ab hoſpitibus contra hoſpitij iura admiſſum. Nec tibi. non profuit Ornyto Argonautas liberaliter hoſpitio ſuſcepiſſe. Fuit etiā Ornytꝰ dux

Ornytus.

Græcus qui cū Agamēnone diſſidens ſuos voluit abducere: quum q; ne id faceret Pallas admoneret inſtaretq;. i femore vulnerata eſt.

Teuthis.

Stepha. Nig. ait Teuthim vrbem eſſe Arcadiæ: cuius dux Teuthis quem alij vocant Ornytum cum nauibus gręcis in Aulide vi ventorum compactis voluit exercitum reducere in patriā: & Pallada Melani Opis filio aſſimilatam in coxa/haſta grauiter vulnerauit. rediens autem Pallada vulneratam in coxa/apparentem conſpiciens exitiali morbo correptus eſt/& ſterilitas regionem inuaſit. Ceruice parens. Sunt qui Crenęe legunt: tuncq; ſenſus eſſet Idmon Ornytum hoſpitem cecidit: inde Crenęum. Apertus tamē ſatis ſenſus mihi videtur vbi ceruice legitur. referēdo omnia ad Ornytum: cuius parens plurimū turbabitur/viſa ceruice mutila. Sed nec priora contēno: immo qui p̄ferēt eruditiores puto. Somnus. qui duriſſimus eſt. vnde Virgil. Olli dura quies oculis & ferreus vrget Somnus: in ęternā claudunt̃ lumina noctē. Obit orbes. irrepit in oculorū orbes. Candor. pulchritudo qua fretus & fidens nympharū ſpreuiſti curas & connubia. Durus. obſequi nolens, ſuperbus. Nefas. ſcelus enim grauiſſimū eſt fratres in ſe ferri. Tyndaridę. Caſtor & Pollux in ſeſe. Dracones. acu picti. Ora. commiſcent & connectunt ora. alij legunt ore: quod tolerari



Fors mihi gente ſatū: magnuſq; & flebilis vrbi
Cōciderit. ſup̄addit Aren: fratrēq; Melanthū:
Phoreaq; Oleniden: Lelegū qui pulſus ab oris
Regis amicitiam & famuli propioris honores
Qua patiens non arte tulit: nox alta cadētum
Ingentes donec ſonitus: augetq; ruinas.
Vt magis Inarime: magis vt mugitor anhelat
Veſuius: attonitas acer cum ſuſcitat vrbes:
Sic pugnę crebreſcit opꝰ. neq; eñ ignea cedūt
Aſtra loco: lentis hæret nox conſcia bigis.
Perge age tartareæ mecū ſimul omnia noctis
Muſa ſequi. Trepidā Phaeton afflauit ab alto
Tiſiphonen: grauiorq; locos iā luce p̄pinqua
Vmbra p̄mit: nō ſigna virū nō funera cernūt.

pōteſt ſi quis velit cōmittunt verbum actione donare vt pleraq; alia verba ſunt. lego tamen ora tutius. Vulnere Canthi. non quod receperat Canthus ſed intulerat. Sic Virgil. patrium ſumit caſum. Pelias & vulnere tardus vlyſſi. ſcilicet recepto ab Vlyſſe. vt nunc a Cātho Argonauta. vtroq; verſum ſiquidem genitiuum ponimus teſte Gell. dicente metus Pompeij. Fata ferentem. mortem afferētem. Prodidit. oſtendit. Comitem. fuerat iſte venator Erymꝰ: cui ideo fauet Luna. Raptū. ſublatum per aera. Cita. mota. Prouiſo enim hoſtili ſpiculo caput ſubmiſit: & iuba caudaq; renidente e galea volanti telo ſublata nihil illud caſſis præter ſonitum ſenſit. Niſæum. nunc proprium eſt Cyziceni. Interdum a Niſa fit Niſęus adiectiuum populus in Media regione vt docet Strabo in vltimo. Sed Nyſa indiæ vrbs Baccho ſacra per y ſcribitur: a qua Nyſęus appellatur. hanc Bacchi obſtetricem Sophocles vocat: vbi olor non clangit: & Homerus altricem. Strab. ait Nyſam mōtis & vrbis a Baccho conditæ nomen eſſe. Telamon. vltima longa eſt. Pontanus vir impenſe doctus dixit in Pomp. ſexto. O coniunx o Macron ego hoc p̄ munere iam ſcis cū dixerat in Lepid. O Macron mea cura Macron illi alba liguſtra Concedunt. Et vlmus amor Macronis amor Macronis ab Vlmo. Nec ſolus eſt eoꝝ qui o ante n i fine corripiūt quorum auctoritatem Deſpauterius paruifacit. Negat ſiquidem ωμ corripi poſſe. vel ω. alij ωμ in ομ verti poſſe dicunt. γερωμ γερομτοσ paſſim legitur. Home. tamen οδυσ.ω.αιτ.ω γερομ ουκ αδαημονιησ εχει αμφιπολευψ ορχατομ. Non illic facile dixeris γερωμ. Ophelten. fuit eodem nomine Lycurgi filius dictus Archemorus. in cuius honorem Nemeęa certamina fuerūt inſtituta. de hoc plura apud Papin. Vana ſonātem. Iactantem inania: cū accuſatiuo datur ſono. Virgil. Nec vox hominē ſonat. Cedentis. nō duri ſatis ſed enſi viam facientis. Fors. in recto, fortuna. Flebilis vrbi. dignum qui ab omnibus defleatur. e diuerſo turbam dicimus apud Virgilium inſletam: quæ ſit ignobilis. Phorea. a recto Phoreus: cuius prior longa eſt. hunc ſignat locum Deſpauterꝰ loquens de phora loco, & nympha phorea. Oleniden. patronymicum ab Oleno. Lelegum. qui Cariam incoluerunt. Item Theſſaliam. Alij diuerſa tradūt errorem dicentes cauſam dubitandi vt de Pelaſgis. dicti autem ſunt a Lelege Laconię rege. Famuli propioris. a ſecretis famulum intelligas/ aut latronem σωματοφυλακα. qui patientiſſimus (quales multos videmꝰ Ariſtippos canes regios & Gnatones thraſonios) Dionyſij ſputum lamberet. Qua patiens. quacunq; via vel inhoneſta. Veſuius. mons eſt Campaniæ: & nonnunq̄ vocatur Veſeuus: cuius prima eſt indifferens. Papinius ſolatur damna Veſeui. Sil. Monſtrantur Veſeua iuga. Inarime. in mari Tyrrheno inſula eſt dicta Aenaria. vbi ſepultus eſt ſecundum aliquos Typhoeus. Ignea aſtra. lucebant ſydera in cælo. Lentis bigis. Nox ſceleris conſcia videbatur: quæ lente tracta tenebras terris infundebat. Minus enim inter vtroſq; ſęuitum fuiſſet, ſi pulſa nocte ſol oriens Cyzici turres argonautis, & argonautarum vela Cyzicenis oſtendiſſet. Nox conſcia. dea fingitur genita ex Chao ſoror Herebi. Hęret. fixa manet. Tartareæ noctis. Obſcuræ, & vnde ortum ſumpſit. Sequi. proſequi omnia. Trepidam. aut feſtinam: & properanter ſua munia exequentem: aut pauidam: cum auroram ſentiret iamiam orturam: cui cedendum eſſet vel ab inuita. Phaeton. ex Ouidij lectione ſatis conſtat Phaetonta Clymenes, ſeu vt inquit Pherecydes, Rhodes Aſopidos filium Phœbi currus male rexiſſe: ob idq; in Eridanum fuiſſe præcipitatum. At vero nunc quibuſdam pro ſole poni videbitur. Nam vt phœbus Apollo a Virgilio dicitur, ſic ab Homero & Sophocle ſol Phaeton a ſplendore: quod Seruius & Landi. in quartū Aeneid. Virgilij oſtendunt. Nouamq; ſerena Auroram Phaetontis equis iam luce vetabant. Pontanus in tertio de aſtris. Iam ſuſcipe nate Rorantes Phaetontis equos. tamen apud Virgilium Land. pro ſolis filio exponi poſſe ait. Parrhaſi. rem audacius affirmat in illum Claudi. locum. Quo Phaeton irrorat equos: quo luna iuuencos. vbi Phaeton & luna pro Phœbo & Phœbe ponuntur. Sil. Feſſo mihi proxima laudem Lux gratos Phaetontis equos auertit & atris Aeternū demiſit equis. Nec rem minus apertam relinquit Strab. ex poeta dicens, Illis ſol nunq̄ Phaeton ſua lumina ſpargit. Sed qui fieri potuit. vt Phaeton ſeu ſol Tiſiphonen afflaret: quum hæc in inferis habitet? habent ſane ſolem & ſydera ſua norunt. vel ſecundum Heſiodum dicemus Phaetonta Cephali & Auroræ filium & nuncium: quem in ætatis flore Iuppiter in mare pręcipitauerat, inde a Venere excitatum/ numēq; nocturnum conſtitutum. qui etiam nautis fuit propitius/ quū noctu nauigarent. Inſuper quod verū ſenſum docet: quæ prætulimus poſthabitis, Phaeton eē pōt Auroræ equus dicente Homero. xxiij. Odyſſ. Produxit enim noctem cohibita aurora: ne velores equos ſuos Lāpum & Phaetontem: qui mortalibus lucem miniſtrant, iungeret. tuncq; ſenſus manifeſtior eſt. qui erit q̄ Phaeton equus auroræ Tiſiphonen adſpirauit quę violentior bacchabatur furoris exercēdi nacta opportunitatē propter tenebras quæ denſiores erant ante ortum auroræ: quā vel Phaeton venturam mox nunciabat, aut cuius currus trahebat

Niſęus. Nyſa. On finita. Phoreus. Leleges. Veſuius. Veſeuus. Inarime. Phaeton.

Tortel. male credidit Phæton legendum eſſe quum deducatur a φαιμειν.i.lucere inquit Seruius. Varro ex duabus ſyllabis vnam fecit per ſyneręſim. Quum te flagranti deiectum vertice Phęton nititur. ſicq; eſt auſus ac iungere in Danae Architrenus. Heſperidum ramos Martis penetralia Danæs Impluuium. Maniluſq; vt noſter Quintianus citat. Phætontem primo curru per ſigna volantem. niſi dixeris in nouiſſimo exemplo anapęſtum eſſe. vt apud Virgil. Fluuiorum rex Eridanus. Hoc qui putant fieri poſſe in aedon, qđ in phaeton eſt, falluntur Nec audiendus eſt Deſpaut. apud Sen. in Oct. dicens. redderet ædon cuius pennas. rectius ſentiunt qui reddet aedon legunt. Idem error irrepſit in alium locum Sen. qui eſt in Agam. Ramo cantat triſtis Aedonis. cuius verſus pes vltimus eſt dactylus in anapęſtico verſu. lego triſtis aedon. quod adiectiuum vt verum epitheton proprium nomen exponens additur. Nam αηδων eſt luſcinia: & αηδια eſt triſtitia: & αηδησ triſtis. facilius toleratur is qui querula Aedonis ſubſcripſit. nam tunc auis ſignatur aedonia, Luſcinia ab Aedonio rege & in Aedonia violata. Cur autē nō fit in hac dictiōe Aedon a Seneca, nec fieri poteſt vt in Phaeton a prædictis cauſa ſatis nota. nam α cum η nunq̄ facit diphthōgum. vt in αηδων Callimach. μητηρ μεν γοερων οι τον αηδονιδων. Grauior vmbra. denſior/luna iam ſubtracta: quū lux ſeu aurora cū eqs mox eſt vētura. Diuæ. muſę. Vatiq;. mihi Val. male notatū habēt codices Bonon. nati. Credit. quū pelaſgi vinci fuiſſent ſoliti. Deū. Cybeles maxime. Cœus in imo. repellit Sabel. ceſſit: nec immerito. & legit Cenus. puto Sabel. codicem verum habuiſſe Cœus. qui fuit Latonę pater. dicente Ouid. in ſexto Metamor. Quoq; modo audetis genitam Titanida Cœo Latonam præferre mihi. verba Sabel. ſunt. Sed cur nō probes q; vbi antea legere erat Veluti quum ceſſit in imo, ego Cenus pro ceſſit legendum putē: & ſequenti carmine vincla pro vinda. voluit quod contjcio dicere vnda Iouis: non vinda Sunt qui vrna recipiunt: cum quibus nō ſentio. Saturnum. qui i Tartara ab Ioue miſſus eſt dicente Ouidi. Poſtq̄ Saturno tenebroſa in tartara miſſo Sub Ioue mūdus erat. text⁹ iſte eſt Papin. conformis. Habeo iam quaſſa gigantum Vincula & æthereum cupidos exire ſub axem Titanas/ miſerūq; ſenem. & Saturnum intelligit. eſt etiam fluuius in achaia Cœus. Tityum. hunc apud inferos cruciari docet Virgil. in ſexto. Concipit ſpem. ſperat æthera. Canis. furia ipſa. Virgil. Viſęq; canes vlulare per vmbram. Concipit. ſi Cœus. Sęquit. Cyzicus. Acerba. acerbe. Nil auſas ſine rege. audaciores ſane ſunt animoſiuſq; bellantes rege præſente. Vnde Virgi. Vrget præſentia Turni. idq; pbari facile poteſt ex Macedonū hiſtoria: q ſępe victi ſine rege pugnātes adducto i caſtra rege paruulo i cunis iacēte vires non ſibi defuiſſe prius/ ſed ducē oſtēderunt, quod & Franci experti ſunt ſine rege Heluetijs in agro Nouarienſi cedētes/ pręſente vero Franciſco Valeſio inſigni imperatore die. S. Crucis in agro Marigniano biduū acriter pugnantes gentem ferociſſimam fortiſſimamq; inſigni clade affecerūt: ducatūq; Mediolanenſem tertio deficientem receperūt At Barbara buxus. armis cybelæis promptius excitamini q̄ bellico claſſico. Vlulātia. reboantia & ſonantia. Tunc enſis. gladius quo ſolēt ſacerdotes vulnera ſibi inferre. Furor. Immiſſus a dea. Tela. enſes. quicquid enim armorum oblongum eſt, telum dici poteſt. Cicero ad Herēnium. Incubuit telo Aiax. id eſt enſi. Sanguis. vltima trahitur, vt Dum ſanguis iterat. Seneca extra cæſuram producit i Medea. Iſtic vectoris perfidi ſanguis ineſt, niſi quis malit ſubeſt legere. Diuæ. Tiſiphones: quæ regem ad prælium impellebat: aut etiam Cybeles: quā offenderat. Infracti ſcilicet prius, aut valde fracti. Virgil. Turnus vt infractos

Aedon.

Cœus.

Saturnus in tartara miſſus

Regis ac ducis pręſentia.

Telum.

Sanguis ſecūda lon.

Et rabie magis ora calent. Vos prodite diuę:
Eumenidum noctiſq; globos: vatiq; pateſcat
Armorum fragor: & tepidi ſingultibus agri
Labētum atq; acti Minyis per littora manes.
Cyzicus hic aciem vanis diſcurſibus implet
Fata trahens: iam pulſa ſibi ceſſiſſe Pelaſgum
Agmina: iam paſſim vacuos diſiecta p agros
Credit ouans: tales aditus: ea gaudia fingit
Ira deum, fundo veluti cum Cœus in imo
Vicla Iouis: fractoq; trahēs adamāte catenas:
Saturnū Tityūq; vocat: ſpemq; ętheris amēs
Concipit. aſt illam fluuiis & nocte remenſa
Eumenidū canis: & ſpſæ iuba reppulit hydrę.
Sęquit acerba fremēs: tardūq; a mœnib⁹ agmē
Increpitat. nunq̄ ne dolor virtute ſubibit
Nil auſas ſine rege manus? at barbara buxus
Si vocet: & motis vlulantia Dindyma ſacris:
Tūc enſis placeatq; furor: modo tela ſacerdos
Porrigat: & iuſta ſanguis exuberet vrna.
Talibus inſultans: iamdudum numine diuæ
Deficit: infracti langueſcunt frigore curſus.
Corda pauent: audit fremitus iraſq; leonum:
Cornuaq;: & motas videt inter nubila turres.
Tūc grauis: & certo tendēs ſtridore p vmbrā
Aeſonii venit haſta ducis: latumq; ſub imo
Pectore rumpit iter. q̄ nunc incognita vellet
Luſtra ſibi: nulloſq; datos venatibus annos.
Talia magnanimi diuerſo turbine fundunt



Tela viri: ſonituſq; pedum: ſuſpectaq; motu
Explorant. prenſant ſocios vocemq; repoſcūt.
Q; ſi Titanis ſeros duraſſet in ortus:
Extinctum genus: & ſolas per mœnia matres
Vidiſſet: ſtratamq; dies in littore gentem.
Tū pater omnipotēs tēpus iam rege perēpto
Flectere fata ratus: miſeraſq; abrūpere pugnas
Supremam celebrabat opem: nutuq; ſereno
Intonuit: quē Nocte ſatę: quē turbid⁹ horret
Armipotēs. tunc porta trucis coit īfera belli.
Continuo dant terga metu: auerſiq; per agros
Diffugiunt: quæ ſola ſalus. nec terga ruentum
Mēs Minyis cōuerſa ſequi. ſtetit anxia virtus.
Ecce leui primo iam ſpargere lumine portus
Orta dies: noteq;( nefas )albeſcere turres.
Dii maris attōito cōclamat ab agmie Tiphys:
Vt mea fatali damnaſtis pectora ſomno.
Heu ſocii quantis complerūt littora mōſtris.
Illi autem neq; adhuc gemitus: neq; cōſcia facti
Ora leuāt. tenet exangues rigor horrid⁹ art⁹:
Ceu pauet ad crines & triſtia Pentheos ora
Thyas: vbi impulſæ iam ſe de⁹ agmine matris
Abſtulit: & cæſi vaneſcunt cornua tauri.
Nec minus effuſi grandęuū ad littora vulgus
Vt ſocias videre manus dare verſa retrorſus
Terga metu, dextrā tendēs proclamat Iaſon:

aduerſo Marte latinos vidit. Frigore. metu. ex vno enim alterū ſequitur. Virgil. Extēplo Aeneæ ſoluūtur frigore membra. Audit fremitus. vide quis conſcientiæ ſtimulus. Leonum. propter illum quem inter venādum ceciderat. Cornua. non tam ad venatorum cornu q̄ ad ſacerdotum tubas reſpicitur. Turres quibus inſignitam dicunt Cybelem quæ terra eſt: & vocatur turrita. Latumq; iter. Mors eſt Cyzici regis. cuius ita meminit Euſth. Cyzicus de nomine regis appellata inſula. hic ſane Argonautas teſte Apoll. honorifice ſuſcepit hoſpitio. deinde in prælio cū Dolionibus congreſſus per imprudentiam ab Argonau. cęſus eſt. Q; nunc. adeſt Metanœę ſtimulus. Optaret Cyzicus quietem potius q̄ venationem. ſic ſero ſapimus Phryges: pertinaceſq; ſæpe moniti fruſtra ſalutem ſperamus. Q; ſi Titanis. luna. vt enim ſol Titan, ſic luna Titanis dicitur. ſi luna in ortum vſq; ſerum diei illuxiſſet, durior fuiſſet cōgreſſus, maiorq; dē Cyzicenis clades facta/ qui tamē citius cogniti breuiſſimę noctis & tenebrarum ocyuſcule pulſarū beneficio ſalui facti ſunt. Verba Sabel. ſunt: qui rectius dictionē appoſuit q̄ expoſuit. ait enim. Ego admonui vt lector videret ne Titanis. i. aurora ſcripſerit Flac. credo Sab. dicere voluiſſe immo reliquiſſe Titonis. i. aurora. Titanis toleratur cum ſenſu iā dato. Niſi quis vellet dicere Cyzicenos ſuccedente aurora rem ſibi non eſſe cum pelaſgis cognouiſſe: ideo ſalutem quęſiuiſſe fuga. qđ perplacet. Nam & id præcedētibus congruit. poeta ſiquidem cecinerat Phaetonta aurorę nuncium aut equum Tiſiphonem adſtaſſe quod auroram ſuccedere ſignabat. dico nuncium poſſe ſignari: nam aſtrū ſplendidiſſimū Auroram præcedit( φαετοντα dicūt) ab Home. ρ ο Διοσ. dicitur αστηρ φαανταστοσ. nam ſequitur. οσ ε μαλιστα ερχεται αγγελων φαοσ ηουσ ηριγενειησ. Ideo ſenſus erit. Si Titonis aurora ſerius aduentaſſet: quæ ſcelus retexit de Cyzicenis actū erat. Rege perempto. qui pœnas luerat propter religionem violatam. Nocte ſatæ. furiæ Plutonis & noctis filię. Virgilius. Hūc mihi da proprium virgo ſata nocte laborem. Idem. Odit & ipſe pater Pluton: odere ſorores. Armipotens. Mars. Porta inferа. Virgili⁹ in ſexto apud inferos locum bello aſſignat. Mortiferū aduerſo in limine Bellum. Et Sen. Et cincta ferro bella in extremo abdita. Eſtq; alluſio facta ad carmen Virgi. Diræ ferro & compagibus altis Claudentur belli portæ. Coit. clauditur. idq; eſt dictum a templo Iani gemini: cuius portæ vigente bello reſerabantur: quo exhauſto claudebantur. Spargere. ſpargebat. vt albeſcere. Erant mœnia marmorea. Cyzicenum ſane marmor vt diximus maxime cōmēdatur. Album tamen quod in precio fuit: ex Paro adlatum eſt. vt viride ex Laconia. quod atrum eſt dicitur Luculleum, q; Cyzico fuerit a Lucullo i Italiam aduectum: ſed quod aliorū colorum marmore quod atrum erat habebatur gratius. Damnaſtis. damno affeciſtis pectora tanq̄ rea/ ſomnum infundentes. Damnatum tamen in cermoniarum obſeruationibus ſumptū legimus pro eo qui ſe votis eximit/ & promiſſa perſoluit. Reum vero qui voto fracto ſe numini obligat & adſtringit. Monſtris. ſcelere monſtroſo/ immaniq;. Ora. facit hoc conſcientia pudoris nube oppreſſa. Pentheos. qui ſacrorū Bacchi contēptor a matre & materteris diſcerptus eſt. Thyas. Antonoe/ Agaue/ vel Ino. Deus. Bacchus. Matris. Agaues. Abſtulit. vbi ſubtract⁹ eſt furor bacchicus ſceluſq; admiſſum cognitum eſt. Impulſę. a deo. Tauri. putabant Thyades Penthea regem taurū eſſe cornutum/ in quē inſultantes cornua fregerunt: & taurū vt furor perſuadebat interfecerunt. Ouid. ſcribit Penthea non taurū ſed aprum viſum fuiſſe. Ille aper in noſtris errat qui maximus agris Ille mihi feriendus aper. Nec minus. prodibāt ſenes ſtragem viſuri. Vulgus grandęuum effuſi. Virgilius. Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi. Socias. vt dictum eſt manibus iunctis iunxere nepotes: & amicitiam contraxerunt datis acceptiſq; muneribus. Retrorſus. dicitur etiam retrorſum, vt aduerſus rurſus prorſus, & aduerſum rurſum &c. Dare. dabant,

Cyzicus.

Titanis.

Titonis.

Furię.

Iani templū.

Marmorum genera.

Damnatis votis.

Pentheus.

Quos fugitis? vellē hac eqdē me ſtrage meoſq;
Procubuiſſe magis. deus hęc deꝰ aſper vtriſq;
Implicuit. ſumꝰ en Minyę. ſumꝰ hoſpita turba.
Cur etiā flāmas: miſeroſq; moramur honores?
Tum ſuper exangues conſertę cędis aceruos
Præcipiti plangore ruunt. agnoſcit in alta
Strage virū ſua texta parēs: ſua munera cōiūx.
It gemitus toto ſinuoſa per æquora cælo.
Pars tenuis fletus: & adhuc ſtridentia prenſat
Vulnera. pars ſera componunt lumina dextra.
At vero in mediis exangui rege reperto
Aggeribus: triſti ſileant ceu cætera planctu:
Sic famulū matrūq; dolor: ſic omnis ad vnum
Verſa manus. circa lachrymis ac mētibꝰ ęgri
Stant Minyę: deflētq; nefas: & cuſpidis ictus
Aeſoniæ: ſortemq; ducis ſolantur acerbam.
Ille vbi concretos pingui iam ſanguine crines:
Pallenteſq; genas: infractaq; pectore charo
Tela: neq; heſternos agnouit in hoſpite vultus:
Ingemit: atq; artus fatur complexus amicos.
Te tamen ignarum tanti miſerande furoris
Nox habet: & nullo teſtantem fœdera queſtu.
At mihi luctificū venit iubar. en quibꝰ adſum
Colloquiis? cui me hoſpitio fortuna reuinxit?
Extingui ne mea (fatis iam defuit vnum)
Speraui te poſſe manu? taliſue reliqui
Has ego amice domos? ꝙ ſi iā bella manebāt:
Et placitū hoc ſuperis: nō hęc mea iuſtiꝰ eſſent
Funera? meq; tuus melius nūc plāgeret error?
Nec Clarii nunc antra dei: quęrcuſq; tonantis
Arguerem. tales ne acies? tales ne triumphos
Sorte dabant? tantūq; nefas mens cōſcia vatū
Conticuit: patrię exitium crudele ſenectæ:
Et tot acerba canens? heu diuis viſa ſiniſtris
Regna mihi. quinā reditus: q̄ me hoſpita tellꝰ

Vellem. mallem ego cū meis cecidiſſe: q̄ tantum cōmiſiſſe flagitiū. Deus. Sic Agamēnō apud Hom. ait deum aliquē gloriam græcis inuidentem diſcordiā ſeuiſſe: cuius aduentu Achillis factus eſt inimicus. Et ατηυ cuiꝰ meminimus noiat. Aſper. durus/& inimicus/aduerſuſq; vobis & mihi. Sumus. verbi geminatio emphaſim habet. Cur etiam. cur differimus iuſta mortuis exoluere. Conſertę. commixtę. Sua texta. quæ texuerat. Coniunx. generaliter dictum. It gemitus cælo. Virg. It clamor cælo. Sinuoſa. curua. Pars ſera. illud eſt parētibus pręſtari ſolitum officiū. Heſternos. quos lętos heſterna luce & incruētos viderat. Te tamen. inceptiua eſt dictio tamen. Ignarū furoris. neſcis eñ ꝙ ab amicis cæſus fueris. Nullo queſtu. non quereris ꝙ hoſpitij iura & icta fœdera fuerint tam miſere polluta. At mihi. ego qui ſupſtes ſum hæc noui oīa quē ideo luctus grauis occupat. Taliſve reliqui. poteſt etiā legi relinqui. ſperaui ne hos viuos poſſe tales relinqui. Q; ſi iam bella. ſi bellandum fuit alterq; noſtrū cędendus, cur potius nō occubui? Tuus error. pie dictū. illum vult excuſare qui ſimili errore fuiſſet implicitus: & latenter ſe ſimul & iuſte excuſat erroris prætextu.

Clarius.

Clarij dei. Apollinis. Ouidi. Et Clario Delos amata deo. a Claro inſula Cycladum vna. Quęrcuſq; tonātis. quęrcus Ioui ſacras & fatidicas. Sorte dabāt. iſta ne ꝑmittebatur victoria? Vatum. Mopſi maxie & Idmonis. Patrię ſenectę. nō ꝙ ſciret patrē iam interijſſe ſed crudelem exitum acceperat ſortiturū. Siniſtris. cōtrarijs. Hoſpita tellꝰ. nulla volet me recipere qui hoſpitem iterfeci. Primis arenis. id ex Virgi. Hoſpitio ꝓhibemur arenę. Tuos hoſtes. Pelaſgos.

Age vos.

Vos age. non iniuria taxari videtur Laurē. Val. ab Ant. Manc. qui legit age cū plurali: & hūc citat locū cum Plautina auctoritate quæ ad probationē non modicū affert momēti. Luſtrate. cigite corona facta. Date. offerte munera. ſolebant eñ antiqui cū cadauere quę chara fuerant in ignē conijcere. Sic Achilles i funere Patrocli quatuor equos duos canes/& ex hoſtibus duodecim nobiles flāmis adiecit. Hom. in. xxiij. Iliad. Quæ noſtro. Id repēdite quod Cyzicus cōpleſſet.

Cite.

Clite. vxor Cyzici Percoſij Meropis regis filia: quę patre cæſo poſt matris Dianę ſagittis cōfoſſę mortem a Cyzico fuerat abducta. Comas. quas habebat pulcherrimas. vñ Apollo. κλειτη ευπλοκαμοσ. ꝙ pulchros haberet crines. Ereptus. o coniunx ereptę & trahis ereptus. Lucret. in pricipio primi lib. ait. Q đ ſupereſt vacuas aures mihi Memmius: & te Semotum a curis adhibe vera ad rationem. pro Memmi. Cūcta trahis. videt̄ maritus rem domeſticam maxime curare/augere/& conſeruare: quo vita functo dilabitur plerūq;. Nec eñ poteſt mulier quātūcūq; cordata munia ſubire/cuſtodire parta: & contra iniurios vt maritus tutari. Necdum ſoboles. nullos ex te liberos ſuſtuli/quibus fouendis poſſem oblectari. Interpres Apol. ait Cyzicum nouū maritū fuiſſe tūc & ſine liberis: & ex Euphoriōe futurum maritū. κυζικον νεογαμον και απαιδα. ευφοριων δε μελλογαμον. Aſſerit idem vt do



Accipiet? quæ non primis prohibebit arenis?
Inuidere dei: ne Phaſidis arua remoti
Et Scythicas populatꝰ opes: hæc rurſus adirē
Littora: neue tuos irem tunc vltor in hoſtes?
Fas tamen eſt conferre genas: fas iūgere tecū
Pectora: & exangues miſcere amplexibꝰ artꝰ.
Vos age funereas ad littora voluite ſyluas:
Et ſocios luſtrate rogos: date debita cæſis
Munera: quę noſtro miſiſſet Cyzicus igni:
Parte alia Clite laceras ſuper ora mariti
Fuſa comas: miſera in plāctū vocat agmia matrū.
Fatur & hęc. Primis cōiūx ereptꝰ in ānis
Cūcta trahis: necdū ſoboles: nec gaudia de te
Vlla mihi: quis mœſta tuos nūc optime caſus
Perpeterer: tenui luctum ſolamine fallens.
Mygdonis arma patrem: funeſtaq; pręlia nuꝑ
Natales rapuere domos: Triuięq; potentis
Occidit arcana genitrix abſumpta ſagitta.
Tu mihi qui coniunx pariter fraterq; parenſq;
Solus: & a prima fueras ſpes vna iuuenta:
Deſeris heu: totāq; deus ſimul impulit vrbem.
Aſt ego non media te ſaltem Cyzice vidi
Tendentē mihi morte manꝰ: aut vlla monētis
Verba tuli: qn & thalamis modo q̄ſta morari
Heu talem tantiq; metus ſecura recepi.
Illam vix geminā mœrens: cū Caſtore Pollux
Erigit hærentem: cōpreſſaq; colla trahentem.
Interea innumeras nudatis mōtibus vrgent
Certatim: decorātq; pyras: & tempora mœſti
Summa locant. vadit ſonipes ceruice remiſſa.
Venatrix nec turba canū pecudūq; morātur:
Funereæ quæ cuiq; manus: quæ cura ſuorum:
Quæ fortuna fuit. medio rex aggere longo
Eminet. hūc crebris quatiens ſingultibus ora
Adleuat Aeſonides: celſoq; reponit in oſtro.

cuimus, κλειτην μεροποσ περκωσιου ευγατερα. Quis. quibus gaudijs. i. filijs qui matri ſunt gaudia & ſolatiū/cum qui ſublatꝰ eſt referūt. Mygdonis arma. Mygdon vł Mygdonię rex patrē meū interfecit: mater cęſa eſt ſagittis Dianę. Tu mihi. ſic Ouidiana Briſeis/ Tu dñs/tu vir/tu mihi frater eras. Et a prima. oſtēdit Clite amorē a primis ānis cœpiſſe: vnde maior erat. Secura metus. negligēs. Virgi. Securus amorū Germanæ. Interea. parantur iuſta. id autem totū ex Virg. ſumptū eſt. Nudatis. ſpoliatis arboribꝰ. Ceruice remiſſa. collo ſubmiſſo in doloris argumentum. vnde a

Equorum affectus.

Virgi. iducit̄ Pallātis equus lachrymās oraq; fletibus humectās, quū dicitur. Poſt bellator equus poſitis inſignibꝰ æthon It lachrymās guttiſq; humectat grandibus ora. Et id ex hiſtoria prodit teſte Pli. c. xlij. li. viij. dicēte. Pręſagiunt pugnā: & amiſſos lugēt dominos lachrymaſq; interdū deſyderio fundunt: interfectoq; rege Nicomede equus eius inedia vitā finiuit. Hom. in fine. xix. li. Ilia. perpulchre fingit xanthū equū Iunonis munere vocalē Achillis proximū finē vaticinantem & pręſagientē. vñ nō mirū eſt (inqt Seruiꝰ) ſi lachrymas excutiebat equus Pallātis vt Virg inducit. Venatrix turba. multos enim habebat canes venaticos. Dat pictas auro. id totū eſt ex Virg. Tum geminas veſtes oſtroq;/auroq; rigētes Extulit Aeneas: quas illi lęta laborum ipſa ſuis manibꝰ quondā Sidonia Dido fecerat: & tenui telas diſcreuerat auro. Ardentes murice. purpureas & lucide rubentes. Rapuit telis. raptim texuit. Formoſa. Legit Sab. hic vel paulū ante furtiua nō formoſa nec fortuna. hoc prius congruit textui/illud nūc nō eſt indecens. ſi furtiua legatur, vt codex Bonon. habet, dicemꝰ furtim textas veſtes ab Hypſiphile. Dilecta. quę eñ fuerāt chara amicis iſta celebriora reddere volētibꝰ vt dictū eſt ſimul cum cadauere vrebant̄. Sceptra. tenebat mortuus ſceptrū regiū ſuꝑ puluinar poſitus. Nā quia. qm̄ nullus erat Cyzici hęres/ſceptrū retulit. tanq̄ oīa ad ſe trahens. Inde per arma

Ter armatos.

tos. Egnatius vir non tardo ingenio ter repoſuit. qđ eſt ſentētię Papin. lib. v. ſatis cōſonū. Luſtrātq; ex more ſiniſtro Orbe rogū: & ſtātes inclināt puluere flāmas. Ter curuos egere ſinus: illiſaq; telis Tela ſonāt: quater horrēdū pepulere fragorē Arma. & Virg. in. xj. Ter circū accēſos cincti fulgētibus armis Decurrere rogos. Ter mœſtū funeris ignē Luſtrauere i equis. Tu lege ſequētia: quibꝰ Val. verba conueniunt. Hom. quoq; ait Myrmidonas ter circum Patroclum mortuū lugētes/equos ſuos egiſſe. ↓. ιλιαδ. οι δε τρισ περι νεκρον ευτριχασ ηλασαν ιππουσ μυρομενοι. Hę modo nō obſeruant̄ cerimonię oēs/cōſtat tamē tela ſepulto principe ad tumulū cōfringi ꝓclamāte domus Regiæ præfecto: ſic colliſam eſſe principis domū, vt baculū, aut telū aliqđ. Ter incipis domū, vt baculū, aut telū aliqđ. Ter inhorruit. hoc facile ꝓbat. Inde ter armatos, priꝰ legendū. Luctificū clāgēte. querulū & flebile. vt apud Pap. Echionię reſpōſant flebile Thebę. Is eteñ cantus pōpę funebri cōuenit. Plures ſane cantus antiqtas celebrauit. Aeoliū/q

Cātus genera.

ſimplex eſt. Phrygiū/qui mollis & laſciuiens

Dat pictas auro atq; ardentes murice veſtes:
Quas rapuit telis formoſa vocātibus auſtris
Hypſiphile: galeam: dilectaq; cingula regni
Iniicit. ille ſuam vultus conuerſus ad vrbem
Sceptra manu veterū retinet geſtamē auorū.
Nam quia nec proles: alius nec deniq; ſanguis:
Ipſe decus regniq; refert inſigne parentis.
Inde ter armatos Minyis referentibus orbes
Concuſſi tremuere rogi: ter inhorruit æther
Luctificum clangente tuba: iecere ſupremo
Tum clamore faces: rerum labor ōis in auras
Soluitur: & celſis collucent ęquora flammis.
Scilicet hæc illo iuuenem populoſq; manebāt
Tempore: Peliacis caderet cū mōtibus arbor.
Hoc volucrūq; minę: præſagaq; fulmina lōgo
Acta mari tulerant. ſed quis nō prima refellat
Monſtra deū? longoſq; ſibi nō auguret annos?
Iamq; ſolutus honos cineri: iam paſſibus ęgris
Dilapſæ cum prole nurus: tandemq; quieſcūt
Diſſona peruigili planctu vada: qualiter arces
Ad patrias auibus medio iam vere reuectis
Memphis: & aprici ſpatio ſilet annua Nili.
At non inde dies: neq; iam magis aſpera curis
Nox Minyas tāta cęſorum ab imagine ſoluit.
Bis zephyri iam vela vocant: fiducia mœſtis
Nulla viris. ægro aſſidue mens carpitur æſtu.
Necdū oēs lachrymas: atq; oīa reddita cæſis
Iuſta putant. patria ex oculis: ſacer atq; laborū
Pulſus amor: ſegniq; iuuat frigeſcere luctu.
Ipſe etiam Aeſonides (q̄q̄ triſtiſſima rerum
Caſtiganda duci: vultuq; premenda ſereno)
Dulcibus indulget lachrymis: aperitq; dolorē.
Tū ſecreta trahens Phœbęū ad littora Mopſū
Quænā (ait) iſta lues? aut quæ ſentētia diuū?
Decretus ne venit fato pauor? an tibi nectunt

Lydiū/qui querulus & luctificus: Aſiū multi
plicē: Doricū cōſtantē: Orthrium ad bellū ex
citātem ꝓcedēti iunctū. Legit tamē apud He
rod. in primo Orchiū: qui textus ſi verus eſt
cantum ſignat Orpheū. quo. ſ. Orpheus ma
nes Orchūq; ipm ad miſericordiā teſte Sen.
impulit. & apud Herod. quo Arion Citharœ
dus delphinas pellexit. Verū doctiſſimus Be
roaldus Orthriū legit cantū Palladis belli mo
tiuū. q̄ Timotheꝰ Alexādrū ad arma mouit.
& apđ Gell. de Arione verba faciētē Orthriū
cēſet legēdū. Cęl. Orthiū q̄q; Quītianꝰ vir (ci
tra adulationē dixeri) huiꝰ ætatis i oratoria &
poetice cōſūmatiſſimꝰ hos cantꝰ i Orphulo
gia. i. obſcuro ſermone repetit. Adde (inquit)
lector Aeolij ſimplicis lenitudinē cōplexꝰ: ly=
dio querulo cōſternatꝰ: dorio bellicoſo incita
tus/Phrygio religioſo detētꝰ: Aſio vario cor
reptus, floreā hāc radicitus exprimas roſide=
niā. Diuinꝰ idē vates in Cleopoli hos cātus
iterū celebrat. Nec Doriū cātū intelligas flebi
lem auctoritate. Luc. fretus. quū in. vj. ait. Et
prima Rhœteia littora pinu Quę tetigit Phy
lace Pteleoſq; & Dorion ira flebile Pieridum.
Textus nāq; ſignat piericū & Thamyrę con
greſſu Dorion inſigne oppidū flebile vati. in
quo Luc. Homerū videt̄ imitatꝰ. Sed q̄ ſunt
in Achaia, Luc. Magneſię & Theſſaliæ attri=
buit. ait Strab. ex Home. Ac Helos: & Pteleō
tū Doriō: aſt ibi muſę Threicio iciderāt Tha
myrę/reſonoq; canore Priuauere virū. Ob id
Hermol. Luc. inceſſit incurię legēs in ca. ix. li.
Dotion. iiij. apud Plin. Camon/Acarne/Dotion/non
Dorion: cuiꝰ meminit Pli. ca. v. eiuſdē li. Are
ne/Pteleon/Thryon/Doriō/Zancle. Et Stra
bo in fine. ix. ait Athamanū ſedes fuiſſe i Do
tio cāpo in media Theſſalia. vnde Heſiodus
Δωτιω εν πεδιω πολυβοτρυοσ αμ εαμυ=
ροιο μυφοτο βειβιαδοσ λιμνησ ποδα παρ=
θενοσ αλμησ. etſi interpres primā corripit. ni=
ſi Doti dixerimꝰ pro Dotij. Sola habitāt Do
tij geminis in collibꝰ arui. Legit tñ Bero. Do=
rion ꝓ ciuitate in Theſſalia, & Sulpit. in Ma=
Dorion. gneſia. Pap. citās. & apud Pli. Dorion legitur
reclamāte Hermol. quod ſi verū: potuit Luc.
poeta nō abijciēdus qđ vniꝰ erat alteri tribue=
re: vt de Carthagie ſcribit̄ a Virg. Si plura de
cantibꝰ exquirere vis lege Cęl. ca. xj. li. iij. ca.
xxij. li. v. xxvj. & . xxvij. eiuſdē libri. Faces. tę
das funereas q̄s ſolebāt cōcutere antiq mor=
tuis amicis. vñ Mart. feſtiuiter ait. Effert vxo
res Fabius: Criſtilla maritos. Funereāq; tho=
ris quaſſat vterq; facem. Victores cōmitte ve
nus/quos iſte manebit Exitus: vna duos vt
Libitina ferat. Iuuenē. Cyzicū in flore iuuētu
tis cęſum. niſi malis ad Iaſonē referre. Popu=
los. Cyzicenos. Quū caderet arbor. quū ex
Pelio mōte deijcerēt̄ arbores ad Argoę nauis
cōſtructionē. Volucrū minæ. auguria vel au=
ſpicia. Sed qs. oēs deorū mōſtra & ꝓdigia ne
gligunt ſi prima ſint/ſi ſemel viſa aut audita.
De his q̄ ꝓdigiorū/ominūq; fuere obſeruātes
Fulminū genera. multa recitat Val. Max. Refellat. tāq̄ falſa dā
net fulmina prima & mōſtra. Pli. in. iiij. c. li. ij.
oſtēdit quędā eſſe fulmina familiaria, priuata
publica. & familiaria eſſe in totā vitā fatidica
quę prima ſunt familiā ſuā cuiq; indepto. pri



Corda moras? cur iā imemores famæq; lariſq;
Angimur? aut pariet quē nā hęc ignauia finē?
Dicam ait: ac penitus cauſas: labemq; docebo
Mopſus: & aſtra tuens. Nō ſi mortalia mēbra
Sortituſq; breues: & parui tempora fati
Perpetimur: ſociꝰ ſuperi quōdā ignis olympi:
Fas ideo miſcere neces: ferroq; morantes
Exigere hinc animas: redituraq; ſemina cælo.
Quippe nec invētos: nec i vl: ia ſoluimur oſſa.
Ira manet: duratq; dolor. cū deinde tremendi
Ad ſolium venere Iouis: queſtuq; nefandam
Edocuere necem: patet ollis ianua lethi.

uata vltra decē annos non portendere, pręter
hæc q̄ matrimonio prio facta ſunt aut natali
die. Publica nō vltra. xxx. annū pręterq̄ in de
ductione oppidorū. & hæc oia poſſunt hic in
Augurōi telligi cōpheſa. Auguret. dicit̄ auguror & au=
guro: vt aſſentior & aſſentio: inſidior: & apud
Virg. inſidio: vt Seruiꝰ ait legēs Inſidiat quā=
tus miſerę deus. & inſideat. & multa alia: quo=
rū Gell. meminit. xij. ca. li. xviij. apud quē ca.
xxvj. li. ij. legit̄. Et qđ mirare video. forſan tñ
Miro. dicendū eſt mirari: licet Varro dixerit hoſpes
quid miras. & Pōpo. in patr. vt citat Nonius
Mirū facies fatue: ſi ſtudiū mirabis dudū. Lō
gos. longā ſolet gens humana ſibi vitā polli=
ceri. vnde Virg. Canitieq; ſibi & lōgos ꝓmiſe
rat annos. Solutꝰ. impetus. Cū ꝓle. filijs. Va=
da. alij habēt iuga: & ſignabunt̄ mōtes Cyzi=
Memphis. ci. Memphis. vt. breuis eſt: vrbs ęgypti clariſ
ſima: quā Philel. teſte dicūt nūc Cairum. Ar=
ces patrias. ſedes ſuas. Legūt Bonon. codicē
nacti arctos. qđ ꝓfecto nō diſplicet. ſunt eñ
Auium auolatus. quædā aues peregrinę vt Ciconiæ grueſq; &
alię plerę q; quarū meminit Plinius. in. x. nat.
Memphiticę aues. hiſt. quæ inſtāte hyeme arctoas regiones frigidiſſimas relinquūt Aethiopiā Aegyptū Arabiāq; petētes: & ęcē
medio iā vere ad arctoas partes reuehunt̄. Albertus. xxiij. ait quaſdā aues fuſcas eſſe monedularū magnitudi=
ne quę in tēpus loca mutare ſolēt: & quaſdā a Mēphiticis Paradyſias vocari anſerū magnitudine: quibus nullus
decit color: quas ſi illaqueari cōtingat gemere nō deſiſtere ſcribit/donec mors ſequat̄: aut liberę ꝓmittant̄ abire.
Et hæ aues Memphiticę inter peregrinas numerant̄. Statio. ne legas ſpatio. At nō inde dies. legit Sabel. at tunc.
minuſq; apte ſentit dicendū at nō & at nūc: legā tamē nec puto minus apte, at nō: & ſenſus erit iſte. Sed nec dies
nec aſperior nox liberat Argo. ab imagine cæſorū. Conſcij ſiquidē homicidij aſſidua cura affligebātur: hoſpitij
Scelerū vltio. fœdera violarāt: ceciderant amicos: regē de ſe benemeritū interfecerant. vnde nec die nec noctu poterāt quieſce
re. Iuſta. honores funebres: & ſacra mortuis debita. Patria. attendāt qui grauiū ſcelerū cōſcij ſunt, vtrū patrię de=
ſyderiū excidit, amor laborum quibus exercere decet corpus ne ocio ſoluatur/abſceſſit: & ſegnities irrepſit ſordi
da: cuius aduētus feruorē frigefacit: mētis libertatē ſeruilibus implicat meditamētis/oculos capit/aures obturat/
Allegoria linguā vincit: & quę ſola ſupereſt ſpei via facit difficilē immo inacceſſam. Sed attēdant etiā quæ ducis prudētia.
Iaſon pœnitētia ducit̄, lachrymis indulget. quibus animi dolorē teſtatur: ſeq; ſacerdoti Solis oſtēdit: quē ſecreto
cōſulit. nec incōſultus abit homicidij reus. Hæc ſane oia profunde rimata ꝓbe oſtēdunt nō pauca quibꝰ adhuc
innitimur: quibus ſalue fiūt aię. Cęſus eſt Cyzicus: genuit Iaſon: vatē adit ſacerdotē ſolis filiū, ſolis quidē iuſti=
tię/quē cōſulit: cuius mādato parens liber curis ad vellus aureū tendit. iſta vera eſt expiatio. Nec tñ viros poetæ
expiandos duxerūt: verū etiā ipſos deos. Mars ipſe athenis expiatꝰ eſt. Apollo argis ab Adraſto expiatus eſt cę
de Pythonis pollutꝰ. ſic & Diana ſceleris particeps. Mopſum Phœbęū. Phœbi filiū creditū ob vaticinandi peri=
tiam: quū tamē Argo. fuerit Lapitha nō vates vt dictū eſt. Decretuſne venit. fit aliquādo vt animꝰ futurorū du
Pręſagia mētium. bius mala vere pręſagiat: & q̄q̄ cauſa timoris nō apparet, timet tamē ſeu quodā prodeat fato/ſeu quauis alia im
pellēte cauſa. vnde Thyeſtes apđ Sen. Cauſam timoris ipſe quā ignoro exigis. Nihil timendū video, ſed timeo
tamē. Aſtra tuens. ardua Aeneę narraturus Anchiſes ſublimia cōſpicit. dicēte Virg. Suſpicit Anchiſes atq; or=
Seruij locus. dine ſingula pandit. hoc verbū ſuſpicit oſtēdit meus codex qui fuit colēdiſſimi in diuinitate magiſtri Iacobi de
Molēdino auūculi: vbi ſcribit̄ interlineariter ſuſcipit. idq; me ipulit ad inſpiciendū penſitatius Seruiū in antiqui
tate ſenſus & verbi admodū ſolertē quē curſim voluerā: qui interlineari vocabulo hęret dicens. Hiſteron prothe
ron eſt: poſt hūc eñ verſum debuit ſequi ille qui p̄cedit. Dicā equidē nec te ſuſpēſum nate tenebo. qui fieri poſ
ſet hiſteron protheron ſi ſuſpicit textus habere deberet. Seruiū ſequit̄ Codrus legēs ſuſcipit pro reſpōdet: qđ eſt
grece dictū υπολαμβανει και υπολαμβον. Et in euāgelio legit. Ieſus autē ſuſcipiens. i. reſpōdens. tūcq; poteſt
Seruij mens facile cōprehendi. Nō ſi mortalia. hæc oia manāt ex Virgiliano torrente. ait eñ. Terreniq; hebetant
ſenſus: moribūdaq; mēbra. Breues. hoc manifeſte probat Iob Idumęus. Non ſi mortalia. ſenſus eſt cū ordine
non eſt fas homicidiū perpetrare: q̄uis nos quondā ignis ſocius olympi ſyderei ꝑpetimur carcerē corporeū: bre
Animarū permanentia. ueſq; huius vitę dies. Nā poſt vitā nō interit aia: ſed viuit malorū nō immemor vt ait Vale. Ignis ſocius. Virgil.
Igneus eſt ollis vigor: & cęleſtis origo Seminibꝰ. Fas ideo. nō ideo debemꝰ mortē cuipiā inferre vt ocius ad cæ=
lū redeāt aię. Morātes. diutiuſcule in hoc carcere manētes. Semina. vt igneū vigorē. animā. In ventos. contra il=
los qui animā cum corpore interire falſo philoſophant̄. exiſtimant eñ aliqui in auras ſolui. Lucr. in tertio huius
prauitatis meminit. Ergo diſſolui ſic cōuenit omnē animai Naturā: ceu fumꝰ in altas aeris auras. Idem. Mortalē
tamē animā fateare neceſſe eſt. Nec refert vtrū pereat diſperſa ꝑ auras: Aut cōtracta ſuis e partibꝰ obbruteſcat
Pli. quoq; ca. lvj. li. vij. huius labis peſſimę ſe participē oſtendit. ipſum lege. Durat. poſt mortē animę ſunt dolo=
ris & iniurię memores. Hinc dictum eſt de Aeſone. Memoremq; tulit ſub nubibus vmbrā. & Homericus Vlyſſes
Aiacē interrogat in. xj. Odyſſ. an mortuus iniurię & armorū exitialiū non foret oblitus: cū precibus nō moueri
Vox ſanguis. videret. qđ & Virg. in. vj. ſequutus eſt. Quū deinde tremendi. attendite quū vix iuſtus ſeruabit̄ quid factura eſt
anima cōtaminatiſſima corā rege tremendę maieſtatis. Necem nephandā. ſcelerate illatam & cōtra fas. alias non
querūtur. Queſtu. clamat ad dominū vindictā ſanguis iuſtorū effuſus, vt de Abele ſacra docet litera. & Heraſ.
de Aeſopi ſanguine. Remeare licet. nō in aliud corpꝰ vt putauit Pythagoras: ſed vmbris datur remeare ad perſe

quendum homicidas. Sic Sen.de Meſſalinæ reditu/alij de Clitemneſtra. Nō obſtat qđ dicit ſpūs vadens & nō rediens lege naturali. Nec omittēdū qđ Apul.ait. Quū animę a corpore facta fuerit ſolutio, tūc arbitriū/ examenq; meriti eius i ſummi dęmonis trāſilict poteſtatē. Virgi.illud repetit. Omnibus vmbra locis adero/dabis iprobe pœnas. Aliđ autē dicēdū eſt de his qui ab inferis cū corpore & aīa redierūt vt Herc.& Theſ. Semele. Hippolyto, Alceſte,et Siſypho.de q̄ talis extat fabula i quodā dialogo Steph.Nig. Cū Iuppiter Aeginā Aſopi filiā rapuiſſet,querēti patri Siſyphus indicauit furtū. indignat⁹ Iuppiter mortē miſit quā Siſyph⁹ validiſſimis ligauit vīculis:peneſq; ſe habuit:nec tū mortaliū quiſq̄ moriebatur:qđ Pluto ęgreferens mortē liberauit:& Siſyphū ad inferos detraxit. qui ſermōe pollens ſuauiſſimo a Plutone obtinuit vt ad auras rediret ſuperas Steropē vxorē criminaturus quæ mariti immemor pmiſſa mittere neglexiſſet/inde ſtatim ad Plutonē regreſſurus. At cū Corinthū veniſſet, vſq; ad ſeniū illic pmāſit / & vita funct⁹ mēdacij pœnas luēs ſaxum voluit. Cæterorū redit⁹ ex Virg. Diod. Ouidioq; apertus eſt. Sed is fabuloſus. Comes. Furia vmbrā ſequit̄ nō ſolū quā puniat ſed vlciſcat̄. Terras atq; ęquora. Vbicūq; ſcelus fuerit admiſſum quidā dicūt aīam plecti. Nec omittēdū eſt qđ Apul.ait de aīa pctis illita/& dęmone. Is.ſ.dęmō ſi videbit aīam piā & iuſtā, locis cōpetentib⁹ manere pmittet. Sin autē delictoꝝ oblitā maculis pſpiciet, ad ima deturbās pcellis/turbinibuſq; aeris, igni & aq̄ ſępe diſcordātib⁹ tradet. qđ Virg.in.vj.cōplexus eſt. Alię pandunt̄ inanes Suſpēſę ad vētos. alijs ſub gurgite vaſto Infectū eluit̄ ſcelus/aut exuritur igni. Sēſus aūt textus eſt, q̄ aīę Iouis iperio furia comitatę remeāt: & ęq̄ra terraſq; circūluſtrāt: vt eos pſequant̄ qui necis fuerunt auctores. Si eīn Iuppiter pmittit, qs negat eūtē ſpiritū redire? Quiſq; ſuos. torquēt ſuos ſontes & furijs agitāt: pauoreq; vario illorū mētes pturbāt: quorū opa cōſilio & ſcelere ante tēp⁹ corporib⁹ cedere cōpulſi ſūt. At quib⁹. ij q̄ inuiti homicidiū admiſere, fortuna.ſ. quadā, aut occūbentiū temeritate & errore, cōſcij tñ facinoris miro angore & triſtitia agunt̄, in fletuſq; prūpūt aſſiduos. Cel.ſane vir nō indoct⁹ in plurib⁹ locis.ix. li. multa ex Plotino & phīs pleriſq; affert: vbi etiā inferos pbat eſſe cōtra Pli. Pythag. Lucr.& Sen. alioſq; tā infandę hęreſeos macula cōſpurcatos: officiaq; furiarū late expōit: vltoriſq; dęmonis poteſtatē. Si ſors. vt nūc Argo. qbus fortuna vſq̄ adeo aduerſata ē vt illos cęderēt quos maxīe amicos habebāt. Proxīa culpa. vt ij quos ignorātia non excuſat. Carpūt. arguūt. Sua facta. ſcelera. dños eni opa ſequūt̄/ & ſcelera ſequētia cōtinuo oblatrāt, & cōſcientia vrget. hinc Hom.in.xj. Odyſ.ait Herc.ſimulachrū apđ iferos eē, circa quē ſūt defūcti clamātes. Et cū Theſeo & Perithio inumeras gētes eē circū vociferātes, idē canit. Fatiſcūt. reſoluūt̄. Segnitiē. deſidiā & puſillanimitatē.

Ab inferis reduces.

Atq; iterum remeare licet.comes vna ſororū
Additur:& pariter terras atq; ęquora luſtrāt.
Quiſq; ſuos ſontes:inimicaq; pectora pœnis
Implicat:& varia meritos formidine pulſat.
At quibus inuito maduerūt ſanguine dextrę:
Si ſors ſęua tulit miſeros:ſed proxima culpa:
Hos variis mens ipſa modis agitat: ſua carpūt
Facta viros reſides:etiam nil amplius auſi
In lachrymas:humileſq; met⁹:ęgraq; fatiſcūt
Segnitie:quos ecce vides. ſed noſtra requiret
Cura viam:memori iam pridē cognita vate.
Eſt procul ad ſtygiæ deuexa ſilentia noctis
Cimmeriū domus:& ſuperis incognita tellus
Cæruleo tenebroſa ſitu:quo flāmea nunq̄
Sol iuga:ſidereos nec mittit Iuppiter annos.
Stant tacitæ frondes:immotaq; ſylua comāti
Horret verna iugo:ſpecus vmbrarūq; meat⁹
Subter:& Oceani pceps fragor:aruaq; nigro
Vaſta metu:& ſubitæ poſt longa ſilētia voces.
Enſifer hic:atraq; ſedens in veſte Celeneus
Inſontes errore luit:culpamq; remittens
Carmina turbatos voluit placantia manes.
Ille mihi quæ danda forent luſtramina cæſis
Prodidit:ille volens Erebum terraſq; retexit.
Ergo vbi puniceas oriens aſcenderit vndas:
Tu ſocios adhibeto ſacris:armentaq; magnis
Bina deis.me iam cœtus accedere veſtros
Haud fas interea:donec luſtralia pernox
Vota fero:mouet en gelidos Latonia currus.
Flecte gradū:placitis ſileāt age littora cœptis.
Iamq; ſopor mediis tellurem preſſerat horis:
Et circum tacito volitabant ſomnia mundo:
Cum vigil arcani ſpeculatus tempora ſacri
Ampycides petit aduerſis Aeſapia ſyluis
Flumia:& ęquoreas pariter decurrit ad vndas.

Quos ecce. q̄les cōſpicis nūc Argo. Sed nr̄a. vbi recte vates cūcta diſq̄ſiuit, morbi cauſā ſcrutat⁹ eſt, remediū vt decuit pollicet̄. Cognita. nr̄m/ſane vileſcit myſteriū & ſacramētū/Mopſorū ſi q̄ ſūt, atq; vtinā nulli, iſcitia/q̄ aīas reſides/timidas/ęgraq; fatiſcētes ſegnitie i lachrymas gemituſq; reſolutas ꝓſolari neq̄ūt: remedia ñ hn̄t cognita:

et ſi quę ſint iamiam ſalutem deſperaturę nō habent id cōpertum qđ ſubleuet/ſtabiliat:& perſeuerantiā in bonis operibus induat. Et horū miſerrimi ſunt qui quū viam nō nouerunt: nec pfecto illis cura inceſſit viam reperiendi. quin oim deſpicatiſſimos & nequiſſimos cēſere debem⁹ qui e via ſubducūt. Cimmeriū. populorū Scythię vltima incolentiū. Ptole.in tertio ponit Cimmerios in Sarmatia Aſiatica, & Cimmeriū promontoriū poſt Tanais fluuij oſtia:& Cimmeriū ciuitatē in Taurica cherſoneſo. Incognita. ſolis nāq; lumine nūq̄ illuſtratur. ſemp tenebroſa. hinc natū eſt prouerbiū Cimmerię tenebrę ab Heraſ. & Beroal. recte expoſitū. vnde illud ex poeta vt meminit Strab. Illis ſol nunq̄ Phaeton ſua lumina ſpargit. Pernicioſa ſup nox ſemp tenditur iſtis. Illuc Home.in xj. Odyſſ. oſtendit Vlyſſem appuliſſe dicēs. Hoc facto plenis tota die velis iam nocte obſcura pfundi oceani fines attigimus vbi Cimmeriorū populus & ciuitas caligine & nube obducitur. nunq̄ eīn ſolē aſpiciunt: neq; quū ſtelliferū cælū permeat: neq; quū ſub terra eminus agit: ſed miſeri mortales exitioſa nocte damnātur. ait eīn. λ. ὀδυσ. ἔνθα δὲ κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε, πόλις τε ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν οὐθ' ὁπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα, οὐθ' ὅταν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι. Hos videtur ſignare Ponta.v.de aſtr. Quis & pauperies comes eſt: comes alma voluptas: Et ſolē odere & tenebris lętantur opacis. Specus. reſpicit forſan poeta ad ſpecus Cimmeriorū qui ſunt in Italia iuxta Auernū vnde noctu egrediunt̄. Enſifer. gladio munitus: vt regem decet ſeuerū. Atra in veſte Celenus. Dicūt græci κελαινὸν atrum: qđ nomē recte congruit Cimmeriorū regi. Hom. α ἰλιαδ. αἶψά τοι αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ δουρί. i. ſtatim niger tuus ſanguis per meā haſtam emanabit. Luit. abluit, & luſtrat. Inſontes errore. quos error facit innocētes. Nam vt inquit Sen.in Hercu.fur. Quis nomē vnq̄ ſceleris errori dedit. & in Hercu.Oeth. Erroris iſtic omne quodcūq; eſt nephas: Haud eſt nocens quicunq; nō ſponte eſt nocens. Culpāq; remittens. relaxans. & recte culpam dixit quū ſit eius qui lęſit neſciens: quūtamē & ſcientis delictū diuina interdū remittat pietas. Carmina. vtitur quibuſdā cantibus & vt nunc dicitur precibus quibus auerruncantur ſpiritus immiſſi. Luſtramina. oſtendit quibus opus eſt luſtrationibus ad pacandos cęſorum manes. Erebum & terras. ſydera prętermiſit vtpote non cognita. Puniceas. docet Gell. puniceū colorē ſeu Phœniceū ruffi eſſe coloris quē acuunt quaſi incēdentes albo virenti ſenſim illumināteſ/ nigrove infuſcantes, aut ipſo viridi colore miſcētes. & ſecūdā corripit vt φοινικὸς καὶ φοινικεὸς ſic φοινικὶς oſtrum. vnde orit̄ qđ latine Phœniceus dicit̄. Ouid. Phœniceas veſtes eluſaq; vulnera ſentit. Et Lucr. Phœniceuſq; color. quę exempla probāt Senecā a ſuo nitore non ſecludendū in Med. quū ait. Oſtro ſic niueus Phœniceo color Perfuſus rubuit: vbi puniceo repoſitum cōſpicio aliā habet quātitatem Phœnix pro aue & gente Tyria. in obliquis, & hinc ductis. Hom. κ. ἰλια. dixit ἀμφὶ δ' ἄρα χλαῖναν περονήσατο φοινικόεσσαν διπλῆν ἐκταδίην &c. Sed & .κ. ιλ. ait ἀσπίδα δὲ σώσειας διδοῦ φοινικὶ φαεινήν. Ego ſane ſemp legi Phœniceus ſecūda correpta: & Phœnices/Phœnicemq; longa. Propterea apud Ouid. Lucr. & Senecam tutiſſime legendū moneo Phœniceus. Oriens. ſol orientem ingreſſus. Socios. qui ſunt ſceleris participes. Magnis deis. putant deos eſſe qui ex Samothracia in Phrygiam aduecti ſunt a Dardano: inde in Italiā ab Aenea: quorū Virg. meminit. Cum ſociis natoq; penatib⁹ & magnis dijs. In quo Enniū imitatur, vt oſtendunt verſus a Cicerone primo de officiis citati. Alij terrā & cælum: ex Varronis ſentētia nomināt. Bina. numerus eſt par inferis gratus. Me iā veſtros. decet me noctē ducere ſine ſomno & precibus inuigilare: ideo ſemoueri a veſtro conſortio: ne turba mētem prępediat. Littora Argonautę in littoribus verſati ſileant. Nec illud eſt ſine myſterio: licet non inde ad nos tamen traducto. Et ita multis ethnicorū innixa eſt antiquitas: quibus aut ſimilibus noſtra iuuari videtur religio vt de crucis ſignaculo Cel. in vij. notat, de expiatione ramo fluuialibus vndis aſperſo/ſacerdotis precibus, populari voto & ſilētio/ſale & viua aqua quibus membra nouantur / actiſq; horrificis/tanto metu/tanta obſeruantia & religione complendis/nocturnis precib⁹/ſacerdote puigili/caſtitate/vittis/hoſtijs/ardētis luminis cōſeruatione/& euocatiōe/veſtis candore/verſus orientem manuū ſublatione/genuū inflexione / electiōeq; loci eminētioris/indigittaiōe quæ oīa ex ægyptijs hebræiſq; ſumpta vidētur myſterijs. Haud phas. Ex veterum inſtitutis qui ſacra facturus erat hominum cōſortia pernox ſacriſq; intentus fugiebat : vt etiam chriſtianiſmo quidam addicti/qui media nocte ſurgunt ad confitendū domino/aut pernoctantes cælicis meditamentis rapiuntur. Pernox. hoc vt perdius dicitur. Sileant. quæ ſolent ſub Echus perſona voce recepta inſonare. Iamq; chronographia. Horis medijs. Bononienſis impreſſio habet oris/malo horis legere, & ſignatur media nox. Volitabant: ſunt enim alata ſomnia propter celeritatem/facile eni & velociter ſomnia irrepūt. Oui. alas ſignans ait de Morpheo. Ille volat nullos ſtrepitus facientib⁹ alis Per tenebras intraq; morę breue tempus in vrbem Peruenit æmoniam: poſitiſq; e corpore pennis In faciē Ceycis abit Ampycides. Ampyci filius. Hūc diximus Phœbæum quē vocat poeta Ampyciden: q̄ putarent eum phœbi eſſe filium: q̄uis plures fuerunt: ſeu quia phœbi cultor/quod Oui. in viij. complexus eſt dicens Phœbe ait Ampycides : ſi te coluiq; coloq;: Da mihi. quod petitur certo contingere telo. Aeſapia. Sic Deſpaute. legit: Neſtoriſq; opinionem repellit: qui primam ſine diphthongo notādam aſſerit. Strabo in duodecimo legit Aeſapum ſi textus mendam non habet Dolionas (inquit) maxime dicunt qui circa Cyzicum habitant ab Aeſapo vſq; in Rhyndacum. & in. xiij. Poſt Cyzicenorum vrbem & Aeſapum eſt Troadis initium ſecundum Homeri deſcriptionem: qui inquit (vt vult interpres) Quiq; colunt zeliam extremæ radice ſub idæ: Aphnij ab Aeſapo potātes flumina Troes Dura Lycaonides in prælia Pandarus egit. vbi legi poteſt Aeſepo, etſi apud Ptol. in. v. lib. loquentem de littore propontidis minoris Aſiæ quæ Helleſponto imminet, legitur. κυζικὸς αἰσήπου σώματα/πάρων γρανικοῦ σώματα λαμψακός. vbi legendum eſt αἰσήπου. Hom. ἐκ δὲ τεθροῖς ποταμοῦ αἰσήποιο. ergo Aeſepus recipiendum videtur. niſi quis mutet η in α apud Strab. & alios. Sed & vt Apol. codex oſtēdit legere poſſumus Aeſepus. αἰσήποιο. οἱ δὲ ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νείατον ἴδης ἀφνειοί πίνοντες ὕδωρ μέλαν αἰσήποιο τρῶες. Non enim ſemper η in α vertitur. Scio dici ἰσῶν: αἰδησὸς: λητώ & ſimilia pleraq;. Sale purpureo. mari niteſcenti. vnde diximus vndas puniceas. Sic furium Antiatem locutum ex Auli Gell. lectione certiores facti putamus quū dixit ventos purpureas facere vndas. Verba Gellij ſunt. Et q̄ mare cęruleum criſpicans niteſcere facit purpurat dixerit. quod verbum vt tetrū & inſuaue Ceſell. Vindex grāmatic⁹ nō ignobilis minime approbat. At cū Gellio verba Furiana nō videātur iſuauia, q̄ dānat vt aſpera Ceſell. in mediū adducere placet. Sicut fulica leuis volitat ſup æquora claſſis Spūs eurorū virides quū purpurat vndas. Seruius quoq;

Cimmerij.

Celenus.

Error innoxi⁹.

Phœniceus color.

Sacra noſtra cū ethnicis cōcordate.

Ampycides.

Aeſapia.

Aeſepus.

Hic ſale purpureo: viuaq; nitentia lympha
Mēbra nouat: ſeq; horrificis accōmodat actis.
Tempora tum vittis: & ſupplice caſtus oliua
Implicat: & ſtricto deſignat littora ferro.
Circum humiles aras: ignotaq; nomina diuū
Inſtituit: ſyluaq; ſuper contriſtat opaca.
Vtq; metum: numeq; loco: ſacramq; quietem
Addidit: ardenti nitidum iubar euocat alto.
Atq; Argoa manus variis inſignis in armis
Ibat agens lectas aurata fronte bidentes.
Delius hic longe candenti veſte ſacerdos
Occurrit: ramoq; vocat. iamq; ipſe recenti
Stat tumulo placida trāſmittēs agmina lauro.
Ducit & ad fluuios: ac vīcula ſoluere mōſtrat
Prima pedū: glaucaq; comas prætexere frōde
Imperat: hinc alte Phœbi ſurgentis ad orbem
Ferre manus: totiſq; ſimul procūbere campis.
Tunc piceę mactātur oues: proſectaq; partim
Pectora: per medios partē gerit obuius Idmō.
Ter tacitos egere gradus: ter triſtia tangens
Arma ſimul veſteſq; virum: luſtramina ponto
Pone iacit: rapidis adolentur cætera flammis.
Quinetiā truncas nemorū: effigieſq; virorum
Rite locat quercus: ſimulataq; ſubligat arma
Huc Stygias tranſire minas: iramq; ſeueri
Sanguinis: his orat vigiles incumbere curas.
Atq; ita luſtrifico cantu vocat. Ite perempti:

Locus Furij

non aliter illud Virgi. in. viij. expoſuit. Virgatis lucēt ſagulis. q̄ purpuratis. Et qm̄ in Furij verſum incidimus, nouerint adoleſcētes p celeumaticū pedē eē ſcd̄m verſus primi. Nec legēdū eſt vt Fuligo leuis: qđ Quintian⁹ noſter maculoſum nactus codicē aliquādo legit vt in Epog. conſpicit̄. In lucernis autē Gellianis aliter ſentit. Viua lympha. hęc expiationi neceſſaria.

Purgatio triplex.

In ſacris ſane tres ſunt purgatiões quibus vſa eſt antiqtas. Solēt aqua ablui/aut aere vētilari/vel tęda & ſulphure luſtrari. Idq; multis exponūt Seruius & Landi. in ſecūdū Georg. Virgil. Et te Bacche vocāt p carmina lęta: tibiq; Oſcilla ex alta ſuſpēdūt mollia pinu. Hui⁹ meminit Iuuenal. Quoties hic talis ad illos Vmbra venit/ cuperent luſtrari ſiqua darētur Sulphura cū tędis: et ſi foret humida laurus. Et Papi. Phœbe tibi exuuias mōſtrate prēmia noctis Nondū ablut⁹ aquis &c. Viua. fluēti & naturali, inqt Serui⁹.

Aquis ablui & aſpergi.

Eſtq; verbū augurale. Virg. Donec me flumie viuo Abluero. Et idē. Dic corpus pperet fluuiali ſpargere lympha. vbi Serui⁹ ait ſacrificātiū ſuperis eſſe morē lympha ablui, iferis aſpgi. Et nos primum chriſtianiſmo addicendi vnda abluimur ſemel/qđ non iterat̄ ſacramentū, inde ſæpius aſpergimur, norūtq; oēs quāta ſit aquæ crucis ſignaculo verbiſq; myſticis notatę efficacia ex eo pcedēs qui aquarū viuētiū pute⁹ eſt/fons viuus/qui in aquarū ſubſtātia maxima quęq; ſacramēta cōdidit. Nouat. per aquę infuſionē aut aſperſionē. Horrificis. quia magicis. Imitat̄ poeta Virg. in q̄rto Aeneid. conferatur vterq;: & mira cōſpicietur ſimilitudo.

Magię horror

Et dicit Val. horrificis, horrorē nāq; cōcutiūt ea quę arte cōplētur magica: quā ideo Romani, inquit Serui⁹, ſemp damnarūt. vnde Virg. ait. Magicas inuitā accingier artes. Vittis. hoc erat præcipuū inter ſacra. vnde Dido nutricē admonēs ait. Tuq; ipſa pia lege tēpora vitta.

Sacrificulos hęrbis caſtrari

Caſtus. ſacerdotib⁹ ſacra accipiētibus ſola remanebat ſacrorū cura, ab his pcul venere⁹ calor: nam & hęrba quadā emaſculabātur. Antiqui dicūt lactucā: quę ſomnū excitat: venerē ihibet: æſtū refrigerat: vt docet Pli. xx. li. Beatiſſimus Hieronymus ſanctitate clarus/eloquētia inſignis, cicutā noiat dicens primo ad Iouinia. Hierophātas quoq; Atheniēſiū vſq; hodie cicutę ſorbitiōe caſtrari. Nō omittendū illud ſumptū ex Cano. decret. diſtinct. xxxv. miniſtros tēpli vinū phiberi ac ſicerā bibere: ne ebrietate grauētur corda eorū, vt vigeat ppetuo ſenſus & tenuis ſit: vel quia vēter mero æſtuās facile in libidines deſpumat. Attēdantq; nr̄ates ſacris initiati veneri aleę ebrietatiq; inſeruiētes, aut deſināt, aut damnent̄. videātq; quid ſibi velit Virgil. dogma. Quiq; ſacerdotes caſti dū vita manebat. Oliua ſupplice. qui pacē veniāq; poſtulabāt oliuę ramos geſtare ſolebāt. Virg. Iāq; oratores aderāt ex vrbe Latina Velati ramis oleæ, veniāq; rogātes. Et Pap. Theb. vlti. Mite nemus circa cultuq; inſigne verēdo Vittatę laurus & ſupplicis arbor oliuę. p quā

Oliua pacifera.

Eriſione.

pax ſupplicādo petit̄. inquit Lact. Hanc Atheniēſes Hiceteriā vocāt: reliqui gręci Ereſionē. etſi Volat. ait Athenienſes poſuiſſe ειρεσιωνη. i. ramū oliuę ſiue lauri plenum fructib⁹ varijs in Famę tēplo Delphico. Littora deſignat. vbi ſacra ſolēnius peragerent̄: vbi arę ſtruerent̄: & inuocarent̄ numina. Sic tēplorū cōſtructores immo etiā vrbiū, loca tēplis & vrbib⁹ deſignabāt. Ignota. aut nō cognita/vel ſi cognita q̄ dici nephas erat, vt apud Pap. de Demogorgone. Et triplicis mūdi dn̄m quē ſcire nephaſtū: Illū ſed taceo. Cōtriſtat. cōtriſtat̄. vtrūq; eñ dicet̄.

Metus.

Metū. religionē. vt Virg. Multoſq; metu ſeruata p ānos. Nō aūt dr̄ Timor vl' Pallor aduocat⁹: etſi numē ſit: cui Tullus i bello Veiētino ædē cōſtruxit. Loco. pri⁹ deſignato. Quietē. quā expetebāt Argon. ne facta cęde furijs agerent̄. Iubar nitidū. Helias ſacra faciēs p̄ſentib⁹ Baalis ſacerdotib⁹ iubar nitidū: imo ignē īpetrauit e cęlo vocatū. Sed is Mopſus ſolis ortū poſtulat & aurorā. qđ totū iter p̄ces ab ardēti cęlo euocatū/ſcti ſpūs grām & ignē cōburētē portēdit. Ipe ei eſt q lumē accēdit ſenſib⁹/corpis īfirmitatē cōfirmās/hoſtē repellēs lōgi⁹/pacē tribuēs/noxiū oē excludēs/q aufert vitia/v̄tutes affert, cordaq; ſic illumiat vt nullis ſpūu; imūdo; tenebris iuoluant̄. & hęc oia



Mane ſacrificandum.

poſſunt Arg. licet nō capientes optare. Et Homericus Vlyſſes oſtendit igne & aqua cædes factas poſſe expiari. Nunc ergo euocat iubar: ſolem in principio diei. Philoſt. ait Apoll. Tyaneum dicere ſolitum in aurora cū deis verſandum, & ſermonibus honeſte impendendum. Mopſuſq; hunc morem ſeruauit. In aurora nāq; cum deis immo etiam in nocte verſatus eſt, vt purior mens cum precibus offerretur ſuperis. & nos mane purificatis mentibus: & fonte lachrymarū nocte expiata ad aram accedimus. Nō eñ ad aram cōſulere oportet.

Aras tangere

Nos itaq; in tali procinctu ſacra peracturi aras cōtingimus. qđ & Virgi. obſeruauit. Talibus orantem dictis/araſq; tenētem Audijt omnipotēs. Item. Talibus orabat dictis araſq; tenebat. Idem. Tango aras, medios ignes. & numina teſtor Inde loquit̄ de deis ſacra faciens: reliquū tēpus nauigationi impēſum. Atq; Argoa. aderant & Argonautę: pro quib⁹ ſacra fiebant, nec ſine munerib⁹.

Elemoſynæ.

Lecta.

Inter eñ ea quę delicta hoim delēt, ſunt eleemoſynę & munera: qđ veteri lege etiā obſeruatū eſt. Lectas. vt acceptior eſſet hoſtia dn̄o, nihil eñ ſuperis ſacrabatur niſi lectū. Virg. Lectoſq; ſacrabo Alma viros. propterea nō reſpexit deus primi parricidę munera. Delius. Phœbi Delij ſacerdos. Et hęc ſequētia ex Aegyptiorū Iudęorūq; cerimonijs excepta ſunt.

Sacrificandi mos.

Candēti. & is candor veſtis animæ candorē ſignabat. Pap. de Amphiarao phœbi vate. Albaq; purpureas interplicat īfula criſtas. Ramoq; vocat. nec id a nr̄is alienum cerimonijs. Idq; Virg. nō omiſit. Idē ter ſocios pura circūtulit vnda (vel circūluit vnda) ſpargēs rore leui/& ramo felicis oliuæ, Luſtrauitq; viros. Recenti. Virg. Corpuſq; recenti Spargit aqua: ramūq; aduerſo in limine figit. Fluuios. quibus ablucrētur. Vincula ſoluere. Seruius docet ſacrificātes vincula ſoluere ſolitos: quū abſolui & religari optabant. vnde dicit̄ de Didone. Vnū exuta pedē/vincliſq; in veſte rocincta, vt his reſpondeat̄, vel eo me ſoluat amātem. Et hęc ſe carminib⁹ promittit ſoluere amantē. At in ſacris magicis quib⁹ ſacerdos vincire tētabat, oppoſitū his pficiebat. Vnde Virg. Et Veneris dic vincula necto. Pedum prima vincula. vel vnius pedis. ſ. dextri vincula, vt cocat cū Virg. Vnum exuta pedē. Nec in his ſacris expiatorijs id obſeruabat̄, quū enim Hecate viſa fuerit altero pede nudo, vnde dicta eſt Empuſa, Dianę ſacra faciētes nudo erāt pede.

Empuſa.

Sen. Tibi more gētis Vinculo ſoluens comā ſecreta Nudo nemora luſtraui pede. Et id putauerim originē dediſſe pueris moriam aut quid ſimile a ſtitantibus ſalute præuia dicētibus, ex Barathri voragine ad auras ſuperas altero pede nudo ſe emerſiſſe. Alte ferre. eleuare manus: qđ & nos veniā precaturi facin⁹. Ad orbē Phœbi. Coluerunt antiqui & maxime Arabes & gręci ſolē: ad quem conſpiciendū Anaxagoras ſe natum prædicabat.

Sol.

lux eñ nitidiſſima ſapiētiam notat. calor amorē/radius gratiā. Procumbere. Et id quoq; a nobis vſurpatum. Piceæ. furuæ. qđ inferis cōgruit. Virg. Quattuor hic primū nigrantes terga iuuencos Conſtituit: & inde ipſe atri velleris agnā Aeneas matri Eumenidū magneq; ſorori Enſe ferit.

Profecta.

Proſectaq;. diuiſa. Solebāt Aruſpices duas fibras ſic diuidere vt partē ſacrificās ptē aduerſari⁹ haberet. vn̄ pſecta dicebāt. Luc. Lauit calido pſecta cerebro. Idq; notat Val. dicēs. Partē gerit obuius Idmon. Ter tacitas. circum aras pedes mouerunt Græci diu hunc ſacrificādi morem ſeruarunt vt aras circūcurrerent ab lęuo dextrorſum curſum auſpicati zodiaci quadā imagine: cuius motio mūdo ſit diuerſa ad exortum vergēs. Mox vero a dextris lęuorſum pcurrerent: quo motu cęlū rotari eſt manifeſtū. Et nos hoſtias deo oblaturi arę ſiniſtrā adimus, partē inde dextrā, poſtremo ad ſiniſtram redeuntes. Triſtia arma. quib⁹ vſi cędē triſtē fecerāt. Veſtes. cęde pollutas. Luſtramina. purgamina/ſordes. dicūt λυματα. Sic Agamēnon in reſtituēda Chryſeide iuſſit exercitū luſtrari/ qui purgamina ī mare iacientes Apollinē hecatombe honorarūt tauros & capras ſacrificātes. ait eñ Ho. α. ιλια. λαουσ δ' ατρειδησ απολυμαινεσθαι ανωγεν οι δ' απελυμαινοντο και εσ αλα λυματ' εβαλον ερδον δ' απολλωνι τεληεσσασ εκατομβασ ταυρων ηδ' αιγων παρα θιν αλοσ ατρυγετοιο. Pone iacit. ſic & ſacerdos immo deus ipſe poſt tergum ſeu pone peccata proijcit. Ponto. Aeſepo flu. Cætera. quæ ablui erat difficile vt tela fracta. Adolentur. cremantur. Quinetiā adiunxit inſuper effigies cęſorum ſecūdum conſuetudinē. vnde Virg. Effigiemq; thoro locat haud ignara futuri. & idem. Terq; hæc altaria circum Effigiem duco. Macrob. ſatur. primo ait Herculem vbi in Italiam veniſſet, pro ſociorum numero quos amiſerat e ponte ſublicio tot hominū ſimulachra demiſiſſe, erantq; ſcirpea/& dicebantur ſcirpeæ illę imagines Argei quorum meminit Gell. xv. ca. lib. x.

Scirpea ſimulacra.

Et Ouid. dicens Tunc quoq; priſcorum virgo ſimulachra virorum Mittere roboreo ſcirpea ponte ſolet. Argeos dictos putant a principibus qui cum Hercule Argiuo venere Romam & in Saturnia ſubſederunt. & in tertio Argei ab Argis.

Argei.

Argei fiūt ex ſcirpeis virgultis: & ſunt ſimulachra. xxx. hominū. Ea quotannis e ponte ſublicio a ſacerdotibus publice deijci ſolent in tyberim. De his Plutarch. in proble. Virgil. vocat illas aut ſimiles imagines oſcilla ſcđo Georgi.

Oſcilla.

Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu. Simulataq;. quæ in ſacris haberi non poterant ſimulabantur inquit Seru. illud Virgil. exponens. Sparſerat & latices ſimulatos fontis auerni. Huc tranſire. in Argeos ſeu ſtatuas quernas. Stygias. vmbrarum. Offerunt noſtrates aliquando: ſed non ad hos vſus cereas imagines argenteas/aut aureas. Sanguinis. qui effuſus eſt. quem vindicari poſtulat regius prophetes. His orat. precatur vt ſi curę ſint orituræ in imagines tranſeant. Luctifico cantu. carmine expiatorio. Et nos aliter mutantes pro animabus pro quibus orare pium & ſummū opus eſt, ſacra facimus luſtralia requiem ęternam precantes/cantuq; vtentes luſtrifico: & quo frequentius ſacrum fit & ſanctius eo ſperatur vtilius.

Sacrificādū ſæpe.

Theophraſt⁹ is qui Ariſtoteli ſucceſſit, dicere ſolebat eum qui cæteris vult eſſe admirationi, debere libenter dijs ſacrificare non tam multa q̄ frequenter & pie. Nam hoc ſanctitatis, illud copię ſignum eſt, noſq; ingratos haberi qui plurima a dijs acciperemus/& nulla offerremus ſacrificia. Et ſi aſſiduitas neq; laudetur neq; vituperetur: tutior tamen mihi videtur hominū vita longeq; robuſtior & in pugnam excitatior quæ tanto munita eſt viatico: nec in hac valle calamitoſa gradus cōſtantiores mihi perſuaſero, ijs quos annui vel mēſtrui cibi cæleſtes firmauerint. Inſuper quātum valeant ſine intermiſſione preces pro eccleſia & vita functis ad deum effuſę, ſatis conſtat. Faciat tamen vnuſquiſq; qđ ſecundum vitam ſuam pie credit eſſe faciendum/ accipiat quotidie qđ proſit/ſic aſſidue viuens qui tanti hoſpitis aſſiduitate dignus ſit, vt apud nos canitur: nec ſacri aſſiduitas leuē inducat cōſuetudinem. Qđ ſi minus acceptum eſt: caueat vir bonus ne dum vult ſacrorum intermiſſione cordis ardorem intendere: deſuetudine quadam fatiſcat. difficilius ſane forma nouatur: q̄ bene culta ſeruatur. Ite perempti. Animabus nos pacem optantes & requiem non ſecius loquimur: q̄ q, in pace eant: & requieſcāt. at nūc, ite perēpti, ad ſtygias vndas: neq; nos pſequamini. Qđ aūt ſacerdos peractis ſacris vbi miſſa eſt angelo duce ad ſedes ſupnas hoſtia, ait, Ite, ad textū nō facit. ſed adductū q, a ritu antiquo dictū ſit ī ſacris/qb⁹ abſolutis dicebat ſacerdos Ilicet. Abolete. memoriā delete, nā & eorū quę paſſę ſunt memorant̄ vmbrę. vnde in primo

Ac memores abolete animas:ſint ocia vobis.
Sit Stygię iā ſedis amor:ꝓcul agmine noſtro
Et procul ite mari:cunctiſq; abſiſtite bellis.
Vos ego nec Graias vnq̄ cōtendere ad vrbes:
Nec triuiis vlulare velim:pecoriq; ſatiſq;
Nullæ ideo peſtes:nec luctifer ingruat annus.
Nec populi noſtri ve luant ea facta minores.
Dixerat:& ſummas frondētibus intulit aris
Libauitq; dapes:placidi quas protin⁹ angues
Vmbrarum famuli linguis rapuere coruſcis.
Continuo puppem petere:& cōſidere tranſtris
Imperat Ampycides:nec viſum vertere terrę.
Exciderint quæ geſta manu:quæ debita fatis.
Illi alacres:pars arma locant:pars ardua ſūmis
Inſternunt tabulata foris:oriturq; trementū
Remorum ſonus:& lætæ concordia vocis.
Iuppiter vrgētem ceu ſumma Ceraunia nubē
Cum pepulit:mouitq; iugis:fulſere repente
Et nemora & ſcopuli:nitiduſq; reducit æther:
Sic animi rediere viris:iamq; ipſe magiſter
Nutat ab arce ratis:remiſq; obſiſtere tendit.
Inſtaurant primi certamina:liber amictu
Eurytus:& dictis Talai non territus Idas.
Inde alii increpitāt:atq; ęquora pectore tollūt.
Par gemitu pulſuq; labor:verſumq; viciſſim
Mittitur in puppem remo mare.lætus & ipſe
Alcides:quiſnā hos vocat i certamina fluct⁹?
Dixit:& intortis aſſurgens arduus vndis
Percuſſit ſubito deceptum fragmine pectus.
Atq; in terga ruens:Talaum:fortēq; Eribotē
Et longe tantæ ſecurum Amphiona molis
Obruit:inq; tuo poſuit caput Iphite tranſtro.
Iam ſummas cæli Phœbus candentior arces
Vicerat:& lōgas medius reuocauerat vmbras
Tardior hic ceſſante euro:q̄ proxima Tiphys

dictum eſt,Memoreq; tulit ſub nubibus vmbram. Ad abolitionē itaq; vltionis/irę/& minarum ſacris opus eſt.Papi. Hos abolere metus magici iubet ordine ſacri Carpathi⁹ vates Et Virgi. Abolere nephandi Cuncta viri monumēta iubet mōſtratq; ſacerdos.Ocia.abſit labor quē aſſumeretis nos pſecuturi. Amor. vſq; adeo ſtygias ſedes amate vt noſtras nō curetis.Procul.nā nō propulſę ſacris vel precib⁹ ſemp adſunt. vt diximus,Oibus vmbra locis adero.nec aliter turbant̄ imaginoſi.Nec velim.poteſtatem ſacerdotis poeta exprimit. Satiſq;.rebus ſeminatis:nam ob cędem ſepe ſublata eſt terrę fœcūditas: tuncq; ſtatuas erigentes leuabātur.vt recitat Herod.in Terpſ. de Epidaurijs: quorū terra nihil reddere conſpecta eſt.hincq; ſup calamitate oraculum cōſulentes delphicū,a Pythia audierunt Damię & Auxeſiæ ſimulachra eſſe erigēda: & poſtq̄ erexiſſent:melius ſecū actū iri.Ex ligno itaq; oleagino facta ſunt ab Aeginetis ſimulachra indeq; ſurrecta. Luctifer.luctum peſtemq; afferēs.Nec populi.ſi populis legitur,ordo eſt, nullę peſtes & nullus annus luctifer igruat pecori,ſatis,nec populis. ſi populi,qđ min⁹ placet,nec populi,nec nři nepotes &c. Ve luant. Alij codices habent velent.lego ve luant,nec tamen velim legē eſſe cretenſem ſed monitionem. ſi quis autē pertinaciter tuetur velēt verbum,nihil ipedio. Frondētibus.hoc eſt ex cerimonijs antiquis:& maxime Perſarū,quorū magi qui ſacris præficiebantur, carnes ſuper myrto & lauro poſitas virgis ſubtilib⁹ adurebāt: moxq; oleū lacte melleq; pmixtū cōſpergebant: precabāturq; faſciculos ptenues ex myrica manu tenentes. Nos aūt aliter noſtra vtimur hoſtia:quā manducari nō lacerari ſolitā agn⁹ iudaic⁹ typice oſtēdit. Apud varias gētes varię ſacris oblatę ſunt hoſtię,varia cæſa ſunt aialia.Nec regio Taurica immo Gallica ab hoīe abſtinuit. Nec patriarcha ꝓprio filio niſi diuino monitus oraculo pepciſſet.Et ita arę vario cruore fuerūt vbiq; terrarū aſperſę:pręter vnā Deli arā apđ quā hoſtia nō cædebat̄: ſed ſolēni prece tātū fiebat veneratio. Hāc coluit Pythagoras vt imaculatā & virgineā. Placidi. nō ergo his ſimiles q Laocoōta cū filijs lacerarūt. Angues.imitatio eſt Virgi. Sic agmine lōgo Tandē inter pateras & lęuia pocula ſerpēs Libauitq; dapes.& ſubdit̄. Depaſta altaria liquit. Ridicula ſacerdotū Baalis ſacrificia Daniel vates ſanct⁹ oñdit,quū oblata a deo depaſci cōminiſcētes ꝓlati ſūt a Daniele βωμοβοροι. Vmbrarū famuli.illorū qui fuerāt cæſi. Virg.Incert⁹ geniūne loci:famulūne parētis Eſſe putet.Et nos panē vinūq; inter ſacra offerre ſolem⁹.Nec viſū vertere.Idq; ex ſacris.vñ dicit̄. Retro ne aſpexeris.qđ cōſcientiarū aurigæ & ſcrutatores imperant. Si eñ fruſtra Neptunū inuocat qui ſecundū patitur naufragiū,quid ſperabit ṗter mortē millies decimis fluctib⁹ immerſus? Canis ad vomitū redit:nec tamē idē tertio placet. Nec viſum.Imperat Mopſus Argonautis vt Cyzicū nō reſpiciāt:cædiſq; obliuiſcant̄ & ſceleris quod ſacris deletū eſt. Exciderint. elapſa fuerint & effluxerint. Geſta.ſcilicet fuerāt. Fatis.

Abolendę irę ſacra.

Statuarum erectio.

Sacrificandi varietas.

Deli ara.

Non recidiuādum.



Littora:q̄ſq; dabat denſos trabe Myſia mōtes
Aduehitur.petit excelſas Tirynthius ornos.
Hæret Hylas lateri:paſſuſq; morat̄ iniquos.
Illum vbi Iuno poli ſummo de vertice puppē
Deſeruiſſe videt:tempus rata diua nocendi
Pallada conſortem curis curſuſq; regentem:
Ne qua inde inceptis fieret mora:fallere pria
Molitur:charoq; dolis auertere fratri.
Tū ſic alloquitur.Procerū vi pulſus iniqua
Germaniq; manu repetit quo crimine Perſes?
Barbaricas iā mouit opes:Hyrcanaq; ſigna.
Aeetes contra thalamis & virgine pacta
Conciliat reges Scythicos:primuſq; coacta
Aduehit Albana Styr⁹ gener agmina porta.

Quę mutari nequeunt. Alacres. Vellē hęc oīa recte ab omnibus perpendi.ecce quos metus angebat:opprimebat languor:deſperatio trahebat,mors inſidiabatur: alacres & ſecuri nauigant arietis vellus ſperantes. Thoris.Malo foris legere q̄ vel toris vel thoris. Foros ſiquidem dicimus ſummos in nauibus ſup quos nautę diſcurrunt. licet & tranſtra vocari poſſint.ſed & ſedem quis dicet thorum eſſe late ſumptum.legat quiſq; qđ cenſebit vtili⁹. puto literę mutationē eſſe factā. Facile enim ex f.t.ducitur. ſic inſternūt foris dico ꝑ in foris ſternūt. Alij inſup qbus thoris gratius eſt,exponent pro ablatiuo inſtrumentum referenti qđ non admitto. Nec vi tñ iubeo delēdū thoris:ſed tñ moneo lectores qui curſim locum hunc trāſegerunt:vt rem exactius rimati,qđ eſt conuenientius non abijciant. Concordia. Vbi viſum terrę ſubtraxim⁹.i. terrena deſpeximus:q̄ ardua ſunt paramus: ſequiturq; mira rationis ſenſuſq; corporei cōcordia ex mētis ſerenitate procedens. Cōcordia vocis. Orpheus,vt docuim⁹,remos ordine moueri docebat. Hinc ſequebatur dulcis remorum ſonitus:iamq; vocū ſuauis harmonia. Iuppiter. ſicut Iuppiter ſolet ſerenitatem inducere pulſis nubibus ex mōtibus Epiri. Ceraunia Epiri ſunt montes a fulminibus dicti (κεραυνος eñ fulmen eſt: vnde aquę ceraunię ad rigandū non inepte: quę tonitru & aere concuſſo fulmine impluūt) diuiduntq; mare Ionium ab Adriatico.dicente Virg. Prouehimur pelago vicina ceraunia iuxta. Vnde iter Italiā curſuſq; breuiſſimus vndis. Pomp.Mel.ait iuxta Ripheos montes etiam ceraunia tolli,qđ teſtatur Strab. in.xi.& Ptol.in.v. Tenduntur montes verſus Sarmatiam ιππικα και κεραυνια. Iugis. Ceraunijs. Sūma aūt ceraunia dicit poeta.& Virg. Aut Atho aut Rhodopen aut alta Ceraunia cęlo Deijcit.& greci ακροκεραυνια.nam ακρον ſummū altūq; ſignat. Sic rediere. Pulſis e mēte tenebris. Inſtaurāt. Ab iſtar dicūt deduci:& quū reſtar nō dicit̄: nec reſtauro latine:quo tñ Iuſtin⁹ eſt vſus. Interea quū Dari⁹ bellū reſtauraret:cui⁹ auctoritas ſi nihili pēdit̄,audiat̄ Varro i Agathone. Pueri obſcœnis ꝟbis nouę nuptulę aures reſtaurāt. Ita locū citat Marcel. ſi nō ē mēda i codicib⁹ tō ab in & ſtauro trahūt. Liber amictu. Exut⁹. Increpitāt. Inclamāt mouētes. Vir. Tū Bitię dedit increpitans. vbi Ser.ait. Inclamās:aut familiariter arguēs Bitię ſegnitiē tarde capiētis paterā. Et hic ſic poni poterit ꝓ arguēte familiariter nauigātiū ſegnitiē. Mittit̄. Remorū ipulſu mare reijcit̄ in poſtremā nauis ṗtē. Fragmine. Quū.n.robuſt⁹ eēt remūq; violētius agere vellet: fregit,& ſupin⁹ corruit. Deceptū. Nō eñ putabat Hercules ſe pectori tā violente remū admoturū. Caput. Exprimit Herculis magnitudinē:qui in tertiū tranſtrū protenſus late iacuit. Vicerāt. Aſcenderat. Candentior. Lucentior. Eſt enim teſte Phauorino apud Gel. candēs dictū non a calore ſed candore. vnde proprie pro relucenti & igneo ponitur: peruulgate aūt & improprie pro feruenti: vt cādenti fauilla dictum a Virg. forſitan eſt. Sed Pont. Gelliū,immo Phauorinū nō Gelliū carpit:qui putauit in verſu Virg. Interdūq; atram prorumpit ad ęthera nubē Turbine fumātē piceo & candente fauilla. eſſe ſenſum vt nubes eſſet fumans fauilla & turbine piceo. quum tñ Virg. dicere voluerit nubē turbine piceo & candente fauilla: vt inuidus liuenti facie,puella ſpecie venuſta. Medius. In medio cęli. Longas. Sunt eñ vmbrę admodum longę ſole primū oriente & occidente. Ceſſante Euro. ſic legere placet nō viro nec dubito quin gratius ſit futurū viris auribus nō hiſpidis. Forſan reperit male feriatus q̄ſpiā vero:qđ legēdū fuerat priorib⁹ literis tranſpoſitis: ſed qđ nihili erat pendēdū adulterinūq; redolens perperā ſubiunctū eſt. Senſus aūt eſt. Tiphys aduectus eſt in Myſiam lenti⁹ nauigans ꝙ Eurus ceſſaſſet. Erunt forſitan qui viro vt verū partū ꝓligentes hunc ſenſum dabunt. Tiphys tardi⁹ aduectus eſt in Myſiam ꝙ ceſſaſſet Hercules cuius remus erat fractus. Sed nobis repugnent: tñ erunt qui maſlent accedere. Myſia. Ptol.in.iij. duas ponit Myſias in Aſia inferiorē & ſuperiorē. Hermol. ait Myſiam eē in Europa. At gręci Myſum ponunt Europeum & Aſiaticū. Martianus vero per œ Aſiaticum ſcribit: vt oſtendunt codices ſi non ſunt mendoſi,dicēs. Supra Troa dē in Mediterraneo eſt Teuthrania: q̄ regio Mœſorū fuit. Pli. tñ ait. Quā antiquit⁹ Myſi tenuere. Adiungit idē Hermol. Virg. Val. Mart. Pli. & Tacitus & fere latini codices habent Mœſia: & dubitatur: vt mœris & myris. nos tñ myſiam reperimus: & cū Ptolemeo textū cōueniētē non mutamus. quinetiam qđ Hermol. interdū placet, nō oīibus ſemper gratum eſt. Apol. autē ait μυσιαν λαυσησιν ψ αυτος χελων. Paſſus iiquos. Virg. Sequitq; patrem nō paſſibus ęquis. Cōſortē. Fauebāt eñ Argonautis. Molitur. Tētat. Fratri. Herculi:nā Iuppiter Herculē & Mineruā genuerat. vnde Sen. in Hercu. Oeth. Tu quoq; Alcidę ſoror: tantū ex parēte cuſpidē in fratrē tuū iaculare Pallas. Repetit. Neutrū eſt vt appeto apđ Gel. Id ferme temporis: vt appetat meſſis. niſi quis malit legere repetis. qđ etiā frequētius iunctū cum memoria ponit̄. Perſes. Frater Aeetę. Fuit & Perſes rex Perſarū. Itē rex Macedonię ab Aemilio vict⁹ dicitq; pōt Perſes & Perſa. Manu germani. Aeetę fratris: a quo vulnerat⁹ aufugit. Opes. Potētiā Barbarorū: vt Salluſt. Opibus coniurationis fretus. Hyrcana. Hyrcani auxilio Perſę adfuerūt. Vale.in.vj. Ducit ab Hyrcanis vates ſacer agmina lucis. Virgine pacta Medea Styro Albaniæ regi deſponſata. Styrus gener. Hunc Aeetes generum aſciuerat relicto Anauſi, Alanorum Heniochorumq; tyranno. Albana. Quæ Albaniam reſpiciebat: & qua in Albaniam iter erat.

Ceraunia.

Inſtauro. Reſtauro.

Candens.

Myſia duplex.

Perſes.

Styrus.

Bellũ ingens.atq; ipſe citis Gradiuus habenis
Fundit equos.viden Arctoo de carcere quãta
Tollat ſe nubes:atq; æquore pendeat atro?
Corripe prima vias:finem cum Phaſidis alti
Tranſierit Perſes:faciemq; admouerit vrbi:
Cœpta refer:paulũq; nefas & fœdera necte
Conſiliis atq; arte tua.ſponde adfore reges
Diis genitos:qs arma volẽs:qs agmina iũgat.
At virgo q̃q̃ inſidias ęſtuſq; nouercæ
Sentiat/& blandos quęrentẽ fingere vultus:
Obſequitur tamen: & iuſſas petit ocyus oras.
Ingemuit Iuno:tandemq; ſilentia rumpit.
En labor:en odiis caput inſuperabile noſtris.
Quã Nemeã tot feſſa minis:q̃ bellua Lernę
Experiar?Phrygiis vltro concurrere mõſtris
Nẽpe virũ:& pulchro referantẽ ꝑgama põto
Vidim⁹.en ego nũc regũ ſoror. & mihi gẽtis
Vllus honos?iã tum indecorę iuſſæq; dolorũ
Primitię/& tenero ſuperati protinus angues:
Debueram nullos iuueni iam quęrere caſus
Victa/nec ad tales forſan deſcendere pugnas.
Verum animis inſiſte tuis: actumq; mouebo.
Tẽde pudor:mox & furias:Ditẽ quoq; verto.
Hæc ait:& pariter lęui iuga pinea montis
Reſpicit:ac pulchro venãtes agmie nymphas
Vndarũ nemorũq; decus.leuis oĩbus arcus:
Et manicæ virides:& ſtricta myrtus auena.
Summo palla genu:tenui vagus innatat vnda
Crinis ad obſcurę decurrens cingula mãmæ.
Ipſa citatarum tellus pede plauſa ſororum
Perſonat:& teneris ſubmittit gramina plãtis.
E quib⁹ Herculeo Dryope percuſſa fragore:
Cum fugerent iam tela feræ:proceſſerat vltra
Turbatum viſura nemus:fontemq; petebat
Rurſ⁹:& attonitos īferebat ab hercule vult⁹.

Viden. Viden. Vltima breuis eſt. Virgil. Viden vt geminę ſtẽt vertice criſtę. Et Sene. Viden vt laudis conſcia virtus Nõ lethęos horreat amnes Pap. Viden vt iugulo conſumpſerit enſem. Alij dicunt variari. Põta.li. Tumulorum ait. Quẽ hic virgo iacet cui⁹ de funere mœrẽs pro quę ne:ſed aſpiratio nonnihil adiuuat:vt quũ idẽ prio de hortis Heſp.ait. Exin Heſperijs arbor nitet aurea ſyluis. Etſi idem videtur aſpirationi nõ inniti. Nam inquit Exin adulta lachrymis creui ſenis. Iambicus verſus eſt. Legerẽ ego exinde. Arctoo de carcere. A parte ſeptẽtrionali. Nubes. Armatorum multitudo & denſitas. Vale.in.vj. Hos ſuper erectam Phalces agit æquore nubẽ Cũ fremitu. Virg. quoq; non diſſimili loco ait. Aeneas nubem belli dum detinet, oĩnes Suſtinet.i.impetum vim & multitudinẽ bellãtium. Finẽ. Oras. Alti. ꝓfundi. Faciẽq;. Bonon. codex habet actem:ſicq; malo legere:vt imitatio ſit Virg. Iret vt ad muros vrbiq; aduerteret agmẽ Ocyus. & in.xj.quum Aeneas duceret exercitum ad mœnia dicitur. Caſtra Aeneas,aciẽq; mouebat.nec tñ prorſus abijcio faciẽ. Affore. Adfuturos eſſe. Laurent.ait Pap.qđ dictũ eſt videri pro adeſſe vti. Quis. Quibus. At virgo. Senſit Iunonis aſtus ſoror Herculis. Nouercæ. Quæ erat nouerca Herculis & Palladis. Blandos. Qui eſſent immites. Q; q̃. Ergo nõ ſemper iungitur indicatiuo:vt hic docet. Silentia rũpit. Virg.imitatur. Quid me alta ſilẽtia cogis Rũpere. Inſuperabile. Inuincibile. Nemeam. Id ꝓpter Leonẽ e luna delapſum. vnde Sene. Sublimis altas luna concipiat feras. Dixit ſecũdũ illorum opinionem:qui aſſerũt:teſte Pico Mirãd.xxv.ca.lib.iij. contra Ariſtotelẽ,hanc regionẽ inferiorẽ eſſe ſtellam vnã:& in qualibet cęli ſtella omnia quæ in noſtra viſuntur regione eſſe:ſicq; lunã quatuor habere elemẽta,valles,montes, ſtirpes,& animalia q̃cunq; apud nos ſunt. Hęc Pythagorici. Et ideo dixit Ang.Pol. Nemeęaq; teſqua Lunigenã mẽtita ferã.i.ſyluã Nemeæã,aſperã,aditu q; difficilẽ Leonẽ e luna genitũ mẽtitã. Lernę. Id ꝓpter Hydrã ab Herc.cęſam:cuius felle acidas tinxit. Pauſanias ait in honorẽ cereris Celetas celebrari: & Lernęa iñ vocari. Feſſa minis. Sic legendũ eſt nõ nimis:vt codex Bonon.oſtẽdit. Bellua. Odio feruẽs & furore turbata. apoſtrophe vtitur. Phrygijs mõſtris. Quæ Hercules Heſionẽ liberans in Phrygio littore oppreſſit. Pulchro. Qui ante Herculis aduẽtum tot corpora cõſumpſerat: tãtãq; Troianis triſtitiã intulerat:nũc aũt cæſo mõſtro pulcher ꝯſpicit. Regũ ſoror. Iouis Neptuni & Plutonis.idq; a Virg.tractũ ẽ. Aſt ego quę diuũ incedo regina:Iouiſq; Et ſoror & cõiunx vna cũ gente tot annos Bella gero. Vllus honos. Id quoq; ex Virg.eſt. Aut q̃ſnã numen Iunonis adorat:Pręterea aut ſupplex aris imponit honorẽ. Primitię. Sũt primi fructus.& nũc alio trãſfertur ſignificãtia: nã primas laudes & initia itelligit:& qđ nõ ſperabat ex primis odijs doloribuſq; expoſitis & ſatis lucrũ. Angues. Quos Herc.in cunis manib⁹ ſtrangulauit. Sene.tãtũ celebrat bellorũ ꝑludium. Mõſtra ſuperauit pri⁹ q̃ noſſe poſſet. Gę

Lunę elemẽta.

Primitiæ.



Hanc delapſa polo:piceæq; accliuis opacæ
Iuno vocat:prenſaq; manu ſic blanda ꝓfatur.
Quẽ tibi coniugio tot dedignata dicaui
Nympha ꝓcos:en Aemõia puer appulit alno
Clarus Hylas:ſaltuſq; tuos fonteſq; pererrat.
Vidiſti roſeis hæc ꝑ loca Bacchus habenis
Cum domitas acies:& eoi ſpicula regni
Duceret:ac rurſus thyaſos:& ſacra mouẽtẽ.
Hunc tibi:vel poſito venantẽ pectine Phœbũ
Crede dari.q̃ ſpes Nymphis aufert Achæis.
Præceptum quãto ꝓles Bœbeia queſtu
Audiet:& flaui q̃ triſtis nata Lycormę.
Sic ait.& celerem frondoſa per auia ceruum
Suſcitat:ac iuueni ſublimem cornibus offert.

mina criſtati caput angues ferebãt ora: quos contra obuius reptauit infans igneos ſerpentium oculos remiſſo pectore ac placido intuens arctos ſerenis vultib⁹ nodos tulit. Nec legatur cum antiqs codicibus ſerpentum:qđ mendũ etiam Pontanũ,vel verius Põtani codicẽ maculauit lib.de fortitudine, ſi recte memini. Animis. Non legaẽ annis.& hęc omnia furentem arguũt:nã modo ſeipſum alloquiẽ modo alios,primaſq; in ſecũdas vertit perſonas. Ditẽ quoq; verto. Virg.eſt. Flectere ſi nequeo ſuperos Acherõta mouebo. Lęui. Siniſtri. Leuis arcus. Virgilia.etiã id eſt. Genu. Venatricibus puellis mos erat veſtes alte ſuccinctas habere:ſic vt genu appareret. Virgil. Nuda genu,nodoq; ſinus collecta fluẽteis. Et idẽ Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram Purpureoq; alte ſuras vincire cothurno. Vagus. Virgi. Dederatq; comas diffũdere vẽtis. Innatat. Tractum ab vnda ſeu quauis alia re natante.& ſcite ad ſegetes crineſq; transferẽ, qui ad ventorum ſpiramina nõ difficili⁹ atq; ęquora fluctuant. Cingula. Strophiũ ſignat, & faſciam. Turpiſſimũ ſane eſt papillas ſtrophio non tegere:neq; linteo.patẽtes enim papillę venales notãt mulieres & fœminas. Propterea Põtanus prio Hendecaſ.lib.ait. Et pectus ſtrophio tegente vela. Et idem. Tithonum Hermione tuæ papillę Poſſunt id iuuenis vocare mun⁹. vbi legẽdum eſt ad iuuenis:& non id vt male notaẽ. Obſcurę mãmę. Non apparentis:ſed ſtrophio velatæ. Aut obſcurę,nõdũ,vt Plautino vtar vocabulo,ſororiantis.i.excreſcentis ſiue protuberãtis. Sic & fratriare ſeu fraterculare dicuntur ręuuli procreſcentes carunculę mãmarum:& innuitur virginitas in puellis venatricibus ex mãmarum obſcuritate:quæ monticulorum fraternorum inſtar recens compreſſis ſenſim tumeſcunt. Perſonat. Valde ſonat. Submittit. hoc dictum & non conterit vel frangit, notaret poeta pedum leuitatem. Dryope. Q; quęrcus eſſent ſiue robora nomen inde finxit Nymphę. Apol.nominat fontem Callinaum Callirthoum & Nympham Ephydatiam. η δε νεον κρηνησ ανεδυετο καλλιναοιο νυμφη εφυδατιη &c. Et quę Hylã rapuit puella vocatur a Pontano Earis in.v.de ſtell. Sed hętens In puero non ipſa oculos non lumina torquet Blãda Earis.& idem. Septẽ Earis male ſana dies,ſeptẽ anxia noctes Cum puero inſomnes agit. vbi raptus Hylę Herc.q; q̃ſtus ex multis exponũtur. Dryope. A roboribus quærcubus ve:vt Earis a pulchritudine & flore:q in vere apparet,& Ephydatie ab aq̃s: nã εφυδατιοσ aquaticus dicitur. Aũt aliqui raptũ ab oĩbus nymphis. alii lapſum in mare & ſubmerſum dicunt. Attonitos. Conſpecto Hercule fugit. Nec is timor quondã mulieres tñ inuaſit:cũ & maior του παρακυπτουτα Ouidianum oppreſſit. Inquit enim Parrh.quendã vſqueadeo Herculis nomẽ formidaſſe:vt vix ſe tutum putaret ſpecu profundo latitãs. meminit doctiſſ. Heraſm⁹ in pria Chil. ꝑ. Picęę. Arboris eſt ſpecies quæ mõtes amat & frigora,feralis,& funebri indicio ad fores poſita:vt cupreſſus. teſtis eſt Pli.xvj.lib. vnde in textu dicitur opacę.niſi malis ad vmbram latam referre propter foliorum denſitatẽ. Alno. Argonaue. Et eoi ſpicula regni. Falluntẽ qui ꝑ loca,& pericula legunt:tolerabilior tamen eſt repetitio:q̃ claudi carminis mutilatio. Deſpaut.ait pericula ſecundum aliquos habere pro experimento breuem ſecũdam: qđ probatione carens abijcit. Neſcio ſi quis Myops hunc locum legerit:& fœdius labans in expoſitione hallucinatus fuerit. Et ſi proceleumaticus placeret legerem vehicula potiuſq̃ pericula: nec ſenſu careret textus. Indis enim ea eſt viuendi conſuetudo quę Nomadibus: in plauſtris nanq; & vehiculis mobilibus victitãt: beſtiarum quas occiderunt pellibus induti. Ego tamẽ ſpicula lego audentius:quę dictio vt conijciendum eſt inuenta forſitan prima litera quæ eſt s abraſa fecit picula:quę dictio monſtroſa & nihil ſignificans impulit authorẽ mendæ: vt capitalem literam lineola ſecaret, & picula non ſine periculo formaret. Sed quid ſpicula ſubduco,exponendum? Spicula Bacchus ex India ſubacta cũ captiuis afferre potuit:vt rem admiratione dignam. Sunt nãq; magnitudine triũ cubitorum aut duorum:vt alijs placet:tantaq; vi ferri:vt nihil ſit inuiũ qđ ſit obuium. Et Q. Curtius ait Alexandrum non tam ſagittariorum Indicorum pręſtantiam,q̃ ſagittarũ magnitudinẽ fuiſſe demiratũ. Et Iuſt.in.xij.ait, in maximo periculo Ptolemęũ Alexandriq; milites: quum Ambigeri regis vrbem obſiderent verſatos fuiſſe propter ſagittas veneno infectas. Et ſi verbi improprietas affertur, dico ſane poetas vno verbo interdũ duo iungere:quorũ alterum minus apte congruit:vt Virg.in Georg. Et tenues pluuię & penetrabile frigus adurit. & nunc cum Bacchus Indos victos & ſpicula duceret. Hunc tibi vel. Credas vel Bacchũ vel Apollinẽ tibi pro marito offerri. Poſito. Depoſito. Quæ ſpes. Achiuę puellę ſperabãt Hylæ connubia: quibus potieris. Bœbeia. Bœbeis lacus eſt Theſſalię:vt diximus. Flaui Lycormæ. dicitur alio nomine Euenus fluuius Aetholiæ:qui Marpeſſam dicitur genuiſſe:quã Alcyonem vocarunt vt docuimus. Ex hac genuit Idas Argonauta Atalantam Meleagri vxorẽ. vide q̃ in primũ citauimus ex Home.in.ix.Ilia. Flaui. Epitheton Lycormę. Ouid.ij.Meta. Arſuruſq; iterũ Xanth⁹,flauuſq; Lycormas.& in.v. Flau⁹ rapido ſed fonte Lycormas.& Põta. de Aſt. Ac notã flaui captãtẽ ad ſaxa Lycormę Exanimat. Iuxta hũc lacũ Pallas q̃ dicta eſt Sais,cũ Mercurio cõcubuiſſe ferẽ. Propt. Mercurio Sais ferẽ Bœbeidos vndis Virgineũ prio cõpoſuiſſę lat⁹.a Saitico Nili oſtio.

Papillæ tegendę ſunt caſtis.

Earis.

Ephydatie.
Hercules terribilis.

Picea.

Vehicula.
Spicula.

Bœbeia.
Bœbeis.
Lycormas.

Ille animos tarduſq; fugæ longumq; reſiſtens
Sollicitat: ſuadetq; pari contendere curſu.
Credit Hylas: prædæq; ferox ardore ꝓpinquę
Inſequitur. ſimul Alcides hortatibus vrget
Proſpiciens. iãq; ex oculis aufertur vterq;.
Cũ puerum inſtãtẽ quadrupes feſſaq; minãtẽ
Tela manu procul ad nitidi ſpiracula fontis
Ducit: & intactas leuis ipſe ſuperfugit vndas.
Hoc puero ꝓfuſa modo eſt: nec tẽdere certat
Amplius: vtq; artus & concita pectora ſudor
Diluerat: gratos auidus procũbit ad amnes.
Stagna vaga ſic luce micãt: vbi Cynthia cęlo
Proſpicit: aut medii trãſit rota cãdida Phœbi.
Tale iubar diffundit aquis: nil vmbra: comęq;
Turbauitq; ſonꝰ ſurgẽtis ad oſcula nymphæ.
Illa auidas inuecta manus heu ſera cientem
Auxilia: & magni referentem nomen amici
Detrahit: adiutæ prono nam pondere vires.
Iam pater vmbroſis Tirynthius arcibꝰ ornos
Depulerat: magnoq; iugi ſtridore reuulſas
Terga ſuper fului porrexerat horrida mõſtri:
Littora curua petens: alio nam calle reuerſum
Credit Hylan: captaq; dapes auxiſſe ferina.
Sed neq; apud ſocios ſtructaſq; i littore mẽſas
Vnanimũ videt æger Hylan: nec lõgius acrẽ
Intendens aciem: varios hinc excitat æſtus
Nube mali percuſſus amor: qbꝰ hęſerit oris:
Quis tales impune moras: caſuſve laborve
Attulerit: denſam interea deſcendere noctem
Iam maiore metu: tum vero & pallor & amẽs
Cum piceo ſudore rigor: ceu pectora nautis
Congelat hyberni vultus Iouis: agricoliſve
Cũ coit vmbra minax: comitis ſic adficit error
Alciden: ſæuęq; monet meminiſſe nouercæ.
Continuo volucri ceu pectora tactus aſilo

Ille animos. Ceruus ad curſum Hylã ſollici
tabat. Pari curſu. Vt ſpes adeſſet. Credit. Se
curſu parẽ eſſe, & poſſe contendere, aut etiam
vincere. Vterq;. Hylas & ceruus. Fontis. Calli
nai, ad quẽ quieſcebat Dryope: nã dictum eſt
Fõtemq; petebat rurſus. Spiracula. Originẽ
vnde ſpirat & ſcaturit aqua. Feſſa manu. De
curſu. Leuis ipſe. Ceruus ſuperſilijt fontẽ, qd
fuit factu facile quũ leuiſſimus eſſet. Non cer
tat. Nõ amplius ceruum ꝓſequi curat: eo mo-
do eluſus a præda propinqua. Vtq; artꝰ. Poſt
q̃ ſudor artus reſoluerat, & mẽbra nimio cur-
ſu fecerat lãguida. procurrit ad fontem. Gra-
tos. Sudãtibus amicos. Procurrit. Alij legũt
procumbit. Nil vmbra. Dryopes vmbra non
turbabit Hylam. Illa. Dryope. Ciẽtem. Hylã.
Salmacis. ea complexa eſt arte Salmacis nympha Her
maphroditũ: vt canit Oui. iiij. Met. Meminit
idem in vltimo fontis eodem nomine vires
eneruãtis. Cui nõ audita eſt obſcœnę Salma
cis vndę. & Pap. Syl. j. Procul hic & fonte do
loſo Salmacis. Vires. Vix potuiſſet virũ fœ-
mina detrahere niſi adiuta pondere veſtis ma
didę. Arcibus. Iugis. Porrexerat. Hercules vt
nouum fingeret remũ ornos diuulſerat: quas
ſuper pellem Leonis poſitas ad nauẽ ferebat
Alio calle. Via tramite. Ferina. Virgi. Implent
veteris Bacchi pinguiſq; ferinę. Puto legiſſe
Vnanimꝰ amicus. apud Deſpau. Pinguiſq; farinę. quęnam cau
ſa fuerit lectionis non adfertur. Vnanimum.
Vnꝰ animi. duorũ enim amicorum licet duo
ſint corpora, vnus tamẽ animus, eadem ani-
ma iudicatur. vnde Ouid. xij. Meta. Qui me
viuente laceſſis Pirithoũ: violaſq; duos igna
Amicorũ paria. rus in vno. Horũ q̃tuor paria celebrẽtur The
ſeos & Pirithoi, Oreſtis & Pyladis, Damo-
nis & Pythię, Achillis & Patrocli. Virg. Eurya
lum & Niſum. Pap. Dimanta & Hoppleum.
amicitia inſignes canunt. Val. Hylan & Hercu
lem. quin & Herculem & Telamona facit ami
ciſſimos: qui vna Sigæum littus adierunt: &
Telamoni vt amico omniũ fortiſſimo Heſi-
nẽ raptam conceſſit habendam. Inde Vale. ait
Hoc mecum Telamon peraget meus. Iſocra
rubentior apparet: vbi vero denſior eſt materia & albeſcit ſol: nigricātior apparet color. ſicq; colores medios cōſtat variari. vnde a poeta dicitur in quarto Aeneidos. Ergo Iris croceis per cęlum roſida pennis Mille trahit varios aduerſo ſole colores. De his nō pauca Lucret. in. vj. canit. Hanc dicūt Irim Electrę & Thaumantis filiā. Sūt qui Harpyiarum ſororem Typhonis filiā. Bebrycij. Secunda reperitur indifferēs. Dicta eſt Bebrycia a Bebryce vna ex Danai filiabus (vt voluit Arria.) quę in maritum & patruelem ea mota eſt charitate qua Hypermeſtra. dicta deinde Bithynia & aliqñ Mygdonia. regio ſane latiſſima: quę etiā Cyzicum amplecterež (Ideo nō paucos reperies qui Amycū Cyzici regem dicunt) & a Boſphoro vſq; Rhœbam fluuium extenderež: ſolum qdem optimum, oim rerū feraciſſimū, materię ac lapidū copiam: & cryſtallum etiā in montibus ferens: aliquot regibus inſigne adminiſtratū: tādē a Pruſia: qui Romā vltro venit: ſeq; Po. Ro. libertū appellauit territ⁹ ne regno pellerež victo Perſa Rege ſororio ab Aemilio. qđ Virg. dicere voluit in. vj. Eruet ille Argos Agamēnoniaſq; Mycenas Ipſumq; Aeaciden genus armipotētis Achilli Vltus auos Troię: tēpla & temerata Mineruę. Q uē locū Pontanus pulchre illuſtrat per Aeaciden intelligēs Perſen Macedona. Sed de his plura Q uintian⁹ noſter: explicat. n. hāc particulam Gellianas noctes pulchrius illuſtrans. Amycus. Secūda breuis eſt. Regis fatis. Q uæ ſignabant Amycū niſi cæſtu victū iri, qđ fieri poſſe non ſibi perſuadebat. Numine regis. Q uem vt dei Neptuni filium obſeruabant. Nō cinxere. tñ ſunt qui dicāt Nicopolim Amyci regiam fuiſſe. Volat. addit Pruſiam vrbem poſtea fuiſſe Ottomanorum regiam priuſq̄ Conſtātinopolis a turcis caperetur. Non fœdera. Populi ſęuities notatur. Aethneis. Siculis. ab Aethna Sicilię monte. Rabidi. Immanes. Nocte ſub. Q uando a fabrili opere requieſcūt. Aduectet pabula. Aduehat tibi nautas quos deuores. apoſtrophe eſt ad Polyphe. Polypheme. Nō eſt Argonauta cuius ante meminimus: ſed Cyclops Neptuni filius immitis, Virg. carmine inſignis. Proſpiciunt. Bebrycij. Regi. Amyco. Sacrifici. In cui⁹ culmine ſua ſacra Rex faciebat, patre qdē & filio digna. Torquet agēs. Captiuorum corpora in mare pręcipitat. Forma viris. Vbi captiuos exuperanti videt pulchritudine, indignos ſentit qui pręcipites in mare deuoluantur: iubetq; vt armis ſumptis formā, corpus, nobilitatemq; tueantur: vt ſi cadant non inglorij moriantur. Cæſtibus. Erat cæſtus armorum genus quo Pyctę concertabant. Pilę ferreę pēdebant e loris bubulis vt euibrarentur facilius: & referretur: quibus corpus implicabatur & manus. Hoc armorum genere Herc. & Eryx, Pollux & Amycus, Dares & Entellus cōtenderūt, Capaneus & Alcidamas. Aequiſſima. Q uum enim cęteros in mare præcipitet, ęquitatis obſeruans ſi paribus detur cęſtibus cōcurrere. Eſtq; pro armis pugilum inquit Neſt. quartæ declina. reperiturq; in ſecunda. Pro veneris autem cingulo in ſecūda ſolum flectitur. maſ. & fœ. ge. Cæl. in. vij. ait octo certamina a græcis fuiſſe inſtituta: Stadiū, Diaulon, dolychum, hoplitem Pygmen, Pancratiū, Palen, & Alma. Feſt. quoq; Pompei⁹ ait veteres quinq; his artib⁹ ſe exercitaſſe, diſci iactu, curſu, lucta, ſaltu, & iaculatione. vel cęſtu, vt alij habent. inquit Cęl. adiungens Pyctas dici pugiles, ſeu plecticos quorum arma ſunt pilę: quas dicunt ſphęras. vnde ſphęromachia pilæ pugna, quiq; ſic pugnant dicūtur σφαιρομαχεῖν. i. pilis pugnare. & σφαιρίζοντας dicunt luſores pilę, ſeu pilę ludo ſe exercentes. Vide Pap. Syl. iiij. ſed & Sphęromachias ſpectamus: cuius quidem ludi perq̄ ſtudioſi ſunt Galli & venationis: exercitatiōis ſane vtriuſq; non improbandę. Etſi Gaguinus poſteriorem magis damnat q̄ adprobat: quæ tamen vſqueadeo antiquis placuit: vt non niſi quos putarūt deos: & regibus dignā dicerent. Sphęromachię vero fuiſſe deditos Plutarch. recitat Lucium Cęcilium. Q. Mutiū Scęuolam pręclarum augurem: cuius meminit Ci. in Lęlio. Octauium Cæſarem poſt bella ciuilia. Et Marcum Aurelium Antonium. A. A. Q uem ludū vt liberalem ingenuoq; dignū homine in Cleop. Q uintia. paucis tangit. Pila nāq; rotunda recuſſis icta ſalit baculis. Nō pauca refert Domit. de Sphęromachia, pila, & harpaſio. in locum Pap. modo citatum. Siquis autem plura de antiquorum exercitatione deſiderat, ad ea ſe conuertat: quę cap. xxviij. lib. vj. & cap. l. lib. vij. Cęl. collegit. Q đ adiunctum eſt gratum quibuſdam forte videbitur: vt qđ ſequitur non inſuaue. Pyctarum, plecticorumq; arma dicunt aliqui cū Cæl. ſphęras pilaſq; ferreas: aut plumbeas: quas gręci: vt viſum eſt in primū, cæſtibus non adhibuerunt: cū Pygmachia pugnis fiat: vt πὺξ infert & μαχία, & πυγμαχος pugnis certans armatis: vt eſt ea quā Home. Virg. Pap. & Val. conſtituunt. & πυκτεύω pugnis certo: ſic πυκτης pugil: cui⁹ ars eſt πυκτική. Dicitur Seruio teſte Pyctalę certamen cæſtuum pugna quā vocamus πυγμαχίαν a πυγμη qđ ſignat cæſtum. Home. ψ. ιλια. αὐτὰρ ὁ πυγμαχίης ἀλεγεινῆς θῆκεν ἄεθλον. Ea valuiſſe ait Home. Epeum, qui in funere Patrocli pugnaturus prior ſurrexit. ὤρνυτο δ' αὐτίκ' ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε εἰδὼς πυγμαχίης υἱὸς πανοπῆος ἐπειός. Et cū Aethlū p̄ victore mula eſſet: p̄ victo poculum rotūdum, ſubiūgitur ἅψατο ἡμιόνου ταλαεργοῦ φώνησέν τε. ἄσσον ἴτω ὅς τις δέπας οἴσεται ἀμφικύπελλον ἡμίονον δ' οὔ φημί τινα ἀξέμεν ἀχαιῶν πυγμῇ νικήσαντ᾽. ἐπεὶ εὔχομαι εἶναι ἄριστος: qui vt alios a cōgreſſu deterreret ait. αὐτίκα χρόα τε ῥήξω σύν τ᾽ ὀστέ᾽ ἀράξω. Aduerſus hūc Euryalus Talaonis nepos Meciſtei fili⁹ ſurrexit: q in funere Oedipi Cadmeonas oēs. i. thebanos (πάντας ἐνίκα Καδμείωνας) vicerat, cui Tydei filius fauebat: qua autem armatura fuerit a Diomede indutus exprimit dicens. ζῶμα δέ οἱ πρῶτον παρακάββαλεν αὐτὰρ ἔπειτα δῶκεν ἱμάντας ἐϋτμήτους βοὸς ἀγραύλοιο. τὼ δὲ ζωσαμένω βήτην ἐς μέσσον ἀγῶνα. vocat enim Home. ἱμάντα βοὸς lorum bouis ſeu bubulum, & ζῶμα cingulum, baltheumq;. idē nanq; ſonat. Varro enim primo de lingua latina ait baltheum cingulum e corio bullatum. Exprimens inde poeta congredientium geſtus qui brachia alte protendebant, conſerebant manus dentibus ſtridentes ſudore e mēbris fluente, ait. ἄντα δ' ἀνασχομένω χερσὶ στιβαρῇσιν ἄμ᾽ ἄμφω σύν ῥ᾽ ἔπεσον, σὺν δέ σφι βαρεῖαι χεῖρες ἔμιχθεν δεινὸς δὲ χρόμαδος γενύων γένετ᾽, ἔρρεε δ᾽ ἱδρὼς πάντοθεν ἐκ μελέων. Ex eo ſane Home. libro Virg. v. Pap. vj. & Vale. quæ de Pygmachia cecinerunt videtur ſumpſiſſe. Q đ autem de Pentodactylis qui ſub teſtibus erant ſupra brachia apparentes, tradit Lact. me diu male cruciauit: grauiuſq; (vt ingenue fatear) diſtorq̄ret niſi Budęus ille, Galliarum decus immodicum opem tuliſſet. modo enim pentodactylos, modo pētodactylios penſiculans mirabar quid ſibi vellet ſubſequens dictio. ſciebam δάκτυλον ſignare digitum, δακτύλιον anulū & podicem: cūq; loris bubulis brachia corpuſq; implicari deceret difficilē mihi perſuadebā corij longitudinem: qđ toties circūductum tandem teſtibus quibus proximus eſt δακτύλιος ſeu πρωκτὸς ſubſiſteret. Scrupulum augebat Home. ψ. ιλ. πρωκτὸν dicere mihi viſus cum legendum eſſet ζῶμα δέ οἱ πρῶτον παρακάββαλεν, αὐτὰρ ἔπειτα δῶκεν ἱμάντας ἐϋτμήτους βοὸς ἀγραύλοιο. vt doctiſſ. Budęo interprete didicimus triplici vinculo ſoluti. πρῶτον ſiquidem legendum eſt apud Hom. & Cęſtibus, pentadactyloſq; apud Lact. Suntq; penta

Iris. Bebrycia. Amyci regnū. Epeus.

Huc vbi deuectam Neptun⁹ gurgite puppē
Senſit:& extremum nati proſpexit in oras:
Et quōdam lætos domini certamine campos:
Ingemit:& tales euoluit pectore queſtus.
Infelix imas quōdā mihi rapta ſub vndas:
Nec poti⁹ magno Melie tum mixta tonanti.
Vſq;adeo ne meam quacunq; ab origine plem
Triſtia fata manent? ſic te olim pergere ſenſi
Iuppiter:iniuſtę quando mihi virginis armis
Concidit infelix:& nunc chaon implet Orion.
Nec tibi nunc virtus:aut det fiducia noſtri
Nate aīos:opibuſq; vltra nec crede paternis.
Iamiam aliæ vires:maioraq; ſanguine noſtro
Vincūt fata Iouis:potior cui cura ſuorum eſt.
Atq; ideo neq; ego hāc tumidis auertere vētis
Tentaui:tenuive ratem:nec iam mora morti
Hinc erit vlla tuæ:reges preme dure ſecūdos.
Abſtulit inde oculos:natūq; & triſtia linquēs
Prælia:ſanguineo terras pater abluit æſtu.
Pricipio fluuios:gentemq; & littora ductor
Explorare iubet:paulumq; egreſſus Echion
Inuenit obſcura gemitus in valle trahentem
Clam iuuenem:& cæſi mœrētem nomē amici.
Ille virū vt contra venientem:vmbrataq; vidit
Tempora:Parrhaſio patris de more galero:
Paciferæq; manu nequicq̄ inſignia virgæ:
Heu fuge(ait)certo qcunq; es perdite paſſu
Dum datur.obſtupuit viſu Nonacria proles:
Quid ferat admirans.Poſtq̄ remeare monētē
Ocyus/& dictis perſtantem cernit in iiſdem:
Abripit:& ſociis quę ſint ea promere cogit.
Ille manū tendēs:non hęc(ait)hoſpita vobis
Terra viri:non hic vllos reuerentia ritus
Pectora.mors hītat:ſęueq; hoc littore pugnæ.
Iam veniet diros Amycus qui tollere cæſtus

dactyli manicæ,quas græci vocāt χειριδαο. Neptunus. Amyci pater. Nati oras. Quib⁹ præerat Amycus. Quondam lætos. Propter regis victoriam. Melie. Male apđ Boccat. Melite legitur:cum Seruium citat ponentem Melie. Theodōtius Amyci patrem nominat Melanthonem. Lactan. codex oſtendit Melopen Fuit & Melie aut Melia mr̄ Dolionis. Alex. Aetolus. A quibus Aſcaniæ circū habitantur aquæ. Aſcanij per labra lacus:quib⁹ ante Dolion Sileni māſit filius ac Melię. Strabo hæc. Huius Bebrycis filia fuit Pyrene ab Hercule compreſſa. Nec potius. Maluit Melie mecum q̄ cum Ioue miſceri. Cu⁹ honori melius fuiſſet conſultum, ſi cum Ioue concubuiſſet,peperiſſetq; aut Amycum, aliumve quem foueret:aduerſumq; omnium iniurias & inſultus tutaretur: cui cura ſuorum maxima eſt: cum triſte fatum meam prolem maneat. Quod exemplo probat Orionis:afferriq; poſſet Polyphemus. Quacunq;. Seu illa cui miſcerer nympha ſit alteriusve conditionis. Vſqueadeo. Pleriq; ex Neptuni filijs infelicem ſortiti ſunt exitum: vt Polyphemus, Amycus, Buſiris, Pelias, Argeus, Nauplius. Sic te olim. In meum meæq; ſobolis dedecus. Virginis. Dianæ: quam Orion Neptuni filius comprimere voluit. Horat. Tentator Orion Dianæ virginea domitus pharetra. Parrhaſi. ait Iſtrum reliquiſſe ſcriptum q̄ Orion a Diana deamatus eſt, & ab eadem Phœbi conſilio ſagittis confoſſus. Iniuſtæ. Cuius manibus cōcidit: qui hoc non meruit. Erat enim deæ cuſtos,& ſatelles, nec inuitę erat amicus. Implet. Quum cæteri dicant vacua atria ditis: mirum eſt qđ Vale. ait implet:ſed priſtinam magnitudinē & corporis proceritatem reſpexit. Nec tibi. Nec mihi nec tuæ nunc cōfide virtuti. Nec crede. Nō confide. Maiora. Eſt nanq; maior, cæteriſq; potentior Iuppiter:cuius clari gigāteo triumpho & cuncta mouentis ſupercilio imperium eſt in reges:teſte Horat. tertio carmi. Sed & in deos:vt late proſequitur Home. xv. Iliad. ait enim Iouem eo cælo Irim demiſiſſe quę moneret Neptunum: vt omiſſa pugna vel cælum vel pontum repeteret:alias contumacem nec dicto audientem nunciaret Iouis impetus experturum,cogniturumq;, quanto fortior eſſet maior natu,quem cæteri dei contremiſcunt. Et q̄uis Neptunus grauiter adfectus acri præruptoq; ſermone primum fuiſſet vſus,Iridis tamen conſilio retrectata ſententia magnis viribus eſſe Iouem faſſus eſt, & ſuperiorem natuq; grandiorem. Et Iuppiter in eodem libro ait deos quoſdam infortunatos expertos fuiſſe quāta Iouis eſſet potentia:qui inferiores inferis circa Saturnum agunt. vnde recte in textu dicitur, Maioraq; ſanguine noſtro. Apud Home. autem nō minori luctu & mœrore preſſus Neptunus q̄ apud hunc Valer. in maris domicilium redit: animoq; turbatus & ira ingenti excitatus diſceſſit. apud Homerum tamē bilem nunq̄ expiaturus, niſi Troiam euerti Iuppiter ſinat. ait enim. ισα τουθ' ὁτι μοιρ ανηκεσοσ χολοσ εσαι. At nunc non(vt dicunt græci)κρυ4ιχο

Melie.
Pyrene.
Neptuni filij.
Orion.
Iouis i Neptunū imperium.



Imperet:& vaſto qui vertice nubila pulſet.
Talis in aduectos Neptuni credita proles
Aeternum furit:atq; æquę virtutis egentes
Ceu ſuperum ſegnes ad iniqua altaria tauros
Cōſtituit:tādē vt miſero lauet arma cerebro.
Cōſulite:atq; fuga medium ne temnite tēpus.
Nanq; iſti fruſtra quiſnam cōcurrere mōſtro
Audeat? & quænam talem vidiſſe voluptas?

λοσ terras ſanguineo ęſtu alluit. Alludit poeta ad æſtus, faces,& impetus animi quos bilis repentina,& ſanguis plurimus excitat:qui ſi frigidus eſt iracundiā tardiorē linquit: nec ſinit animū extra rationis metam: & vt dicit pomœrium agi protenus: lōgiuſq; diuigari. Aeſtus/maris motus/impetus/turbatio/& fluctus. quem nunc poeta dicit ſanguineum/ad bilem patris feruētem reſpiciens. Potior. qui ſuos fortius atq; ego tuetur. Ideo. quia maior me eſt. Dure. ſi ad Amycum refertur ſenſus eſt. Fili qui ea fuiſti in reges/aduenas/hoſpiteſq; duritia, pſeuera (ironice dictum nec ſine dolore). Duri autē & imites iniuſtiq; fuere teſte Gellio Neptuni filij. At Iouis iuſti & mites. malo tamē textum referre ad Iouem, tuncq; erit ſenſus. O dure Iuppiter ne ceſſa me tuum fratrem genuſq; meum premere & perſequi. Idq; dictum eſt propter regnorum ſortitionē. Erat enim Iuppiter primus, Neptunus ſecundus. vnde nunc dixit inuidioſe Secūdos reges. & apud Home. locum citatū durum appellans Iouem, ait Iouem ſuperbius locutum atq; dignum fuit,& q̄ pro viribus. Et cum dignitatis paritatem argueret:ob idq; fratris imperium vellet detrectare, monitus ab Iride ſententiam mutauit/cum ſciret ius plectendi natu grandioribus competere. retractant enim bonorum mentes in loco & tempore ſuas ſententias. Abſtulit. ne miſeri exitum filij videret. Fluuios. Ptole. in quinto ait Pontum & Bithyniam terminari ab occaſu ore Ponti Thracio Boſphoro & Propontidos parte, a Meridie Aſia regiōe proprie dicta, ab ortu Galatia, a ſeptentrione parte Euxini maris. fluuioſq; plurimos in prima Aſiæ tabula nominat. Echion. filius Mercurij orator optimus. Iuuenem. Timanta. Amici. Otreos: qui Lyci regis frater fuerat. Cæſi. interfecti ab Amyco. Galero. Papin. Obnubitq; comas & temperat aſtra galero. Dicitur a Varr. Galere inde Galericulum quo aliquādo ſignamus penicen comam inſititiam. Procomion & Eutrichon idem ſignāt. Parrhaſio. arcadico. Erat enim Mercurij filius, quem Cylleneum/Arcadicumq; vocant. cuius nuncij officio fungentis propria ſunt caduceus/ galerus,& talaria. Tempora vmbrata. caput opertum. Patris. Mercurij. Virgę pacificæ. oleę, quā gerunt caduceatores pacis argumentum. Virgi. in. vij. Centum oratores auguſta ad mœnia regis Ire iubet ramis velatos Palladis omnes. Nequicq̄. illic nāq; nulla iuris reuerentia/nullus pacis amor. Dum datur. dum tempus eſt opportunum: & diſceſſus facilis conceditur. Virg. Coeant ad fœdera dextra Qua datur. & idem. Cur dextrę iungere dextram Non datur. & Datur ora tueri. Nate tua. imperſonale eſt verbum. Nonacria proles. Arcades dicuntur Nonacrij vt Parrhaſij a Parrhaſia. eſtq; Nonacria in parte Azaniæ in Arcadia: & inde Nonacris nympha Arcadica. Poſtq̄. quum videt Echion Timanta ſemper monere vt ocyus recedat. Abripit. ab illo loco ad ſocios trahit: & veritatem fateri compellit. Hoſpita. amica,& hoſpitio patens. Reuerentia. participium eſt præſentis temporis cum ſuo caſu. Mors habitat. quum omnes cædantur aduenæ. Sęuæ. quæ non niſi morte dirimitur. Nubila pulſet. vt caput inter nubila condit. & fratres cælo capita alta ferentes. Credita. quum ſumma eſſet immanitate: vt de filijs Neptuni traditur. eſtq; Hyperbolicus ſermo. fuit tamē ingenti ſtatura viribuſq; monſtroſis. Euſt. quoq; ait Aranthan Bebrycium octonis pedibus fuiſſe longum. Virtutes æquę. quibus opus erat pari virtute ſi mortem euadere ſperabant. Iniqua. quibus cadendum eſt. Miſero. miſerorum aduenarum. Conſulite. Vobis prouidete. Ne temnite. non eſt negligenda capillata occaſio quā poſthęc caluities dehoneſtabit: nec opportunitas deſpicienda / quam fortuna ſubtrahet ſi negligas. Fingitur enim caluo occipitio/crine in faciem diffuſo/talaribus munita/rotæ volubili inſiſtens. de qua pulchrum extat Auſo. Epigr. cuius principium eſt. Cuius opus? Phidiæ. Ne temnite. ſi enim opportunitatem & occaſionem fugæ nacti manſeritis/ metanœan pro illa forſan cōſequemini. Heraſm⁹ docet καιρον και χρονον per tempus exponi: quod occaſionem opportunitatemq; aliquoties importat. deumq; dicit eſſe Cærum volubili rotæ pedibus inſiſtentem pennatis, vertigine q̄ citiſſima in orbem ſemet circumagentem / priore capitis parte capillis hirſuta / poſteriore glabra/ vt illa facile prehendi queat hęc nequaq̄. Melior vulgi. non ſemper eiſdē eſt moribus eadēq; voluntate vulgus cum principe. Otreos. is fuerat Lyci regis frater. Heſionam. Laomedōtis filiam/quā raptam Hercules Telamoni habendam conceſſit. Hic. Otreus. aut melius hoc in littore. Implicui. cæſtibus inuolui,& loris bubulis indui. Sed prima. vix Otreus ora leuauerat quū cæſtibus Amyci oppreſſus eſt. Lumina. oculos. Non dignatus. indignum me duxit qui armis interirem. Spes tamen. ſpero tamen liberari aut Otrea vindicatum iri. Maryandinum. iuxta Pontum Paphlagoniæ vicini a Thracibus orti. Hos dicunt a Mileſijs ſubactos in contemptum fuiſſe diuenditos. extat inde prouerbium, Maryandina ſeruitus, quę eſt viliſſima. ſic Perſarum. Aſiaticos autē & Ionicos dicunt ſeruos eſſe optimos: liberos vero malos. Idq; tractum videtur a Scythis Ionas omniū ignauiſſimos dictitantibus: & quū relicto in Scythia Dario libertatē nanciſci potuiſſent, eo ſuſcepto mancipia dn̄os nimis amātia graui inſectatione appellātibus, ait Herod. in Melp. Nec his oēs ſerui ſimiles ſunt Palmones aut verius palpones ſalutigeruli: qui ex ſulphuratijs mācipiolis/inſularijs/ pauptiniſq; inſolētes euadūt Tityruli/digni qđē qui orbiculari machinula ad collum ſuſpenſa ad pręconis lapidē trahantur: aut e gemonijs ſcalis dentur pręcipites: quive quū non ſint literoſi/literati relegentur: nec vnq̄ cum mulis mittantur in Parthenon. Non tamē his ſimiles inceſſo quales fuere Phædon Socraticus/Menippus/ Pompilius/Perſeus/Mys/Diogenes liber pro ſeruo venditus, & Epictetus qui philoſophię plurimū decoris attulerūt: ſed quos notat Varro in Phœbo vt affert Marcel. Crede mihi plures dn̄os ſerui comederūt q̄ canes/eoſq; quos adagiū pręſtringit, tot hoſtes domi quot ſerui. Id noſtra tēpeſtate quidam cuius nomē dicere ſuperſedeo, aperte docuit: quū Iro mendico per q̄ ſimilis pie fotus/in pellem procūbens

Sanguinis æſtus.
Neptuni filij.
Pontus.
Galerus.
Mercurij inſignia.
Datur.
Nonacris.
Aranthę ſtatura.
Occaſio arripienda.
Cęros.
Otreus.
Maryandina ſeruitus.
Seruorum ſugillatio.

pardaleã tandem fracta mẽti colũna opibus cęcatus alienis pſeudonymia captus miſer pſeudolus/antipelargię immemor niliaci columbi roſtrũ induit: quo patrẽ impeteret, regioq; nido exturbaret, dignus profecto Cerite cęra qui cęra falſus fuit. Huc nos impulit Maryandina ſeruitus: quã cum ſerui in piſtrinũ torquẽtes libere ad alia feſtinemus. Apud Strab. in. xij. menda eſt per literæ omiſſionẽ facta, quum dicit. Proxima Bithynorũ ſunt: ſequẽtia Marandinorũ. Ptol. in. v. li. tab. j. Aſiæ, ſcribit Marianden. quũ ait Carchedonios tenere litora ab ore ponti vſq; Hipium fluuiũ: & Mariandenos littora ab Herculea ciuitate vſq; Cithorũ. μαριανδυνοι enim ſcribit. Alij omnes Maryandini legũt. Frater. Lycus rex. Viro. Otreo. Augeat cladem. nõ huc veniat fratrẽ vlturus ne cõcidat vt frater. Legũt alij nõnulla: qđ videtur ſequẽtibus non diſſonũ. quũ dicetur. Hic primũ monitis rediere Timãtis Et pauor. Hæc vbi. vbi argonautę hęc intellexerunt: nulla moti formidine Timantis. Dolet. & Timas iniquo fert animo q̃ cõpellatur dux Argon. eſſe ad Amyci ſpeluncã. malo legere dolet. at non formidabant Argon. ſed Timas plurimũ: ideo cõpulſus præcedere iubet prope & ꝑpere ſubſequi. Spelũca ingens. Talis eſt ſpelunce Caci deſcriptio apud Virgil. in. viij. Dorſo minanti. tumore & cacumine. Minanti. ſ. cęlo propter altitudinẽ vt dictum eſt. Quiſq; ſuas i rupe minas/pugnãq; metũq; Seruat adhuc. Aut minanti ruinã. vt apud Virg. Iamiam lapſura cadenti Imminet adſimilis. Aetheris ignẽ. ſolem. Virgi. Facies quã dira tegebat Solis inacceſſam radijs: ſemperq; recenti Cęde tepebat humus foribuſq; adfixa ſuperbis Ora virum triſti pendebant pallida tabo. Tremebũda. augebat pauorẽ circumſtrepentis maris ſonitus. Pro rupe. ante rupem. Varij metus. qui ſint exponitur. Nomen. dignitas/pulchritudo/decuſq; & maieſtas. Virg. Et ſine nomine corpus. Timantis. rectus erit timantes aut timas. fuit & Timanthes Cleoneus pãcratiaſta: qui cũ arcũ tẽdere neq̃ſſet/cui⁹ vſũ deſueuerat, ſe i rogũ cõiecit.

**Monitus.** Monit⁹. Ne legas monitis. ſenſus eſt. Monit⁹ Timãtis quos Argo. prius nihilifecerant rediiſſe. Eſtq; in plurali numero monit⁹ vt pleraq; ſimilia in ſecũda declinatione frequenter inuẽta & quarta.

**Subijt.** Subijt abſentis. vlti. longa. Ouid. Subijt argentea proles. etſi q; in aliquibus codicibus cernitur inſertum. Omnibus. vide quãtum valet vnius audacia. Qualiter. vt duce aliquo tramite ad fluuiũ tẽditur ignotum / ſic præcedente Polluce pulſo in Amycum Argo. tendere cupiunt. Quem nec ſua. Nec Bebrycij regis in aſpectu ſatis ſunt ſecuri. Mortalia. humana. nihil pręſeferebat quod hominem argueret, quũ verior appareret ſcopulus q̃ homo. Abit. deſcendit. videbatur ſcopulus ex monte labens. Longe ſtat. eſt tanq̃ ſcopulus e montis medio longe prominens. Deuolat. conſpectis Argon. Nec qua via. ad iram tyranni reſpicitur viriq; imprudentis.

**Amyci inſolentia.** Longeq; alia eſt Pallantis apud Virg. oratio. Qui genus? vnde domo? pacem ne huc fertis, an arma? quę omnia ſunt humanitatis plena & prudentię. Sponte laceſſitis. nõ prius prouocati. Hic mihi lex. aperit Amycus regionis inhoſpitalitatem. Ingens plaga. Eſt enim Aſia longe maior q̃ europa/Aphricaq;. Sic viſat. hac lege Aſiatici Scythę Ponticiq; huc veniãt, & ad ſuos remeent. Reſides ceſtus. quibus nihil operatus ſum. Dentibus aret. terra q̃ ſolebat ſanguine hoim dẽtibuſq;

Ductor ad hęc. bebryx nevenis: diuerſaq; regi
Corda regens? melior vulgi nam ſępe volũtas.
Hoſtis an externis fato delatus ab oris?
Et tua cur Amycus cæſtu nondũ obruit ora?
Nomen ait prędulce mihi: nomenq; ſecutus
Otreos vnanimi: decus ille & læta ſuorum
Gloria: nec veſtros comes aſpernãdus i actus:
Heſionã & Phrygię peteret cũ gaudia nuptę.
Hic Amycũ cõtra iuſſ⁹ ſtetit: atq; ego palmas
Implicui, ſed prima procul vixdum ora leuãtis
Fulminea frontem dextra: diſiectaq; fudit
Lumina: me nunq̃ letho dignatus & armis.
Sed lachrymis poti⁹: luctuq; abſumor inerti.
Spes tamen his fando ſi nuncius extitit oris:
Et Mariãdynum patrias penetrauit ad vrbes:
Vnde genus fraterq; viro. ſed & ille quierit
Oro: nec a vanis cladem Lycus augeat armis.
Hæc vbi non vlla iuuenis formidine moti
Accipiunt: dolet & dura ſic pergere mente:
Terga ſequi ꝑperoſq; iubet cõiũgere greſſus.
Littore in extremo ſpelunca apparuit ingens
Arboribus ſuper: & dorſo contecta minanti:
Nõ quę dona deũ: nõ quę trahat ętheris ignẽ:
Infelix domus: & ſonitu tremebũda ꝑfundi.
Vt varii pro rupe metus. hinc trunca rotatis
Brachia rapta viris: ſtrictoq; immortua cęſtu:
Oſſaq; tetra ſitu: capitum mœſtiſſimus ordo.
Reſpicias quibus aduerſo ſub vulnere nulla
Iam facies: nec nomen erat: media ipſius arma
Sacra metu: magniq; aris impoſta parentis.
Hoſpitis hic primũ monitus rediere Timãtis:



Et pauor & monſtri ſubiit abſentis imago.
Atq; oculos cuncti inter ſe tenuere ſilentes:
Donec ſidereo Pollux interritus ore:
Te tamen hac (quicũq; es) ait formidine faxo
Iã tua ſylua ferat: mõ ſint tibi ſãguis & artus.
Omnibus idẽ animus forti decernere pugna:
Exoptãtq; virum: contraq; occurrere poſcũt.
Qualiter ignotis ſpumãtem funditus amnem
Pandit iter: mox omne pecus formidine pulſa
Pone ſubit: iamq; & mediis procedit ab vndis.
At procul e ſyluis ſeſe gregibuſq; ferebat
Sęuus in antra gigas: quẽ nec ſua turba tuẽdo
It tanti ſecura metus. mortalia nuſq̃
Signa manẽt: inſtar ſcopuli: qui mõtibus altis
Summus abit: lõgeq; iugo ſtat ſolus ab omni.
Deuolat inde furẽs: nec qua via: cur ve ꝑfecti:
Nec genus ante rogat: ſed tali protonat ira.
Incipite o iuuenes. etenim fiducia credo
Huc tulit: auditas & ſponte laceſſitis oras.
Sin errore viæ: necdum mẽs gnara locorum:
Hic mihi lex cęſtus aduerſaq; tollere contra
Brachia. ſic ingẽs Aſiæ plaga: quiq; per Arctõ
Dexter & in lęuum põtus iacet hęc mea viſat
Hoſpitia: hoc cũcti remeent certamine reges.
Neptuni dom⁹: atq; egomet Neptunia ꝓles.
Iam pridem cæſtu reſides & frigida raris
Dẽtibus aret humus. qui mecũ fœdera iũget
Prima manu? cui dona fero? mox oibus idem
Ibit honos. fuga ſub terras: fuga nulla ꝑ auras.
Nec lachrymæ nec forte ꝑces ſuperive vocati
Pectora noſtra mouent: aliis rex Iuppiter oris.
Faxo Bebrycium nequeat tranſcẽdere puppis
Vlla fretum: & põto volitet Symplegas inani.
Talia dicta dabat: cum protinus aſper Iaſon:
Et ſimul Aeacides: ſimul & Calidonis alumn⁹:

in ſanguine mixtis pingueſcere nũc areſcit. Idq; Virgi. reſpicere videt̃. Craſſumq; cruorẽ Ore reiectantẽ/mixtoſq; in ſanguine dentes. Qui nõ refert ſed rogat. Faceſſant.

**Quintiani defenſio.** Quintianomaſtiges ꝓpudioſi & ipudẽtes q ex Apollinea deprõptũ Cortyna nõ itelligũt oraculũ: aut faciũt ne intelligẽdo nõ itelligãt. Ipm eſt de Ludouico. xij. Francoꝝ rege Chriſtianiſſimo/duce optimo/patre popłi deſyderato/victore glorioſiſſimo. Phœbe. quis hic? ego ſũ. qui? ſum Stoa. vbi etiã ab inuidulis cęcutientib⁹ tenebricoſis Cimeria caligine luminũ pupillã obtectis carpit̃, quũ capi nõ poteſt. qb⁹ neceſſum eſſet aut Thobiã a Gabelo iterũ redeũtẽ expectare: aut a Vulcano caballũ accipere, & ad ſolem prouehi naſcẽtẽ. dicũt q abſurde poni & ω vel ante vocalẽ in ο verti nõ poſſe: quũ tamẽ Mart. Capell. primã Stoaſis corripuerit: & Bapti. Mant. Stoa ꝓcedente breui proferre nõ dubitarit. Roget̃ Quĩtia. priuſq̃ damnet̃, quid hoc fecerit. quẽ ſi viuũ Harpocratem fecerint/aut mortuũ ſine lingua viderint, Stentores cõclamitẽt. Frãciſ. quoq; Philelp. cõſulant ſuꝑ mutatione ω in ο. Nec eorũ ignarus ſum qđ ſuꝑ his viri ſcientiæ ꝑfecto nõ tenuis ſentiãt: ſed qb⁹ nõ moueat̃ Quint. cõſtantia. Honos. oẽs ſequetur mors: & is erit pugnãtiũ honos & munus. Fuga ſub terras. Tunc ſumm⁹ pauor exorit̃, vbi nec terra nec aer/nec etiã mare patet fugæ: vbi oia cõcluſa ſunt. quod maxime Darianos terruit.

**Scytharũ dona.** Vbi eñ Scythę Dario rerum inopia laborãti murẽ/ranam/auẽq; & quiq; ſagittas ꝑ caduceatorem miſerũt, Gobryes vnus ex ſeptẽ principibus qui magos ſuſtulerãt, recte interꝑtat⁹ eſt periculũ exercitui inſtare niſi vt auis euolaret/aut vt mus terrã ſubintraret/aut vt rana paludes inſiliret. teſtis Herod. in Melp. Iul. Front. li. ij. Stratogematũ, docet optimos duces viã fugę hoſtib⁹ plerũq; feciſſe: ne in deſperationẽ adducti extrema molientes victoriã referrẽt. Per auras. per aera nõ patet via fugę: non per terras, ergo cõgrediendum licet armis imparibus. Nec lachrymæ. nõ moueor fletibus: non precibus/nõ deorum euocatione. in quo notatur Amyci crudelitas. Alijs oris. ſ. imperet. aut colat̃, voceturve, ſeu tale verbũ. Põto inani. ſine naue. nã ſi Argonautę nunc intereant nulla fuerit viſa nauis inter Cyaneas rupes nec cõcurrere deſiſtẽt ex lege. Aeacides. Telamon, aut etiã Peleus. Id tractum videt̃ ab Home. qui aduerſus Hectora ad ſingulare certamen grecos ꝓuocãtẽ ait Agamẽnona/Diomedẽ/duos Aiaces/Idomenea cũ famulo Merione Eurypilũ/Thoanta & Vlyſſem ſurrexiſſe. κ. ι. λ. οι δ' εννεα παντεσ ανεσαν, ωρτο πολυ πρωτοσ μεν αναξ ανδρων αγαμεμνων, τω δ' επι τυδειδησ ωρτο κρατεροσ διομηδησ τοισι δ' επ' αιαντεσ θουριν επιειμενοι αλκην, τοισι δ' επ' ιδομενευσ, και οπαων ιδομενηοσ μηριονησ αταλαντοσ ενυαλιω ανδρειφοντη τοισι δ' επ' ευρυπυλοσ ευαιμονοσ αγλαοσ υιοσ αν δε θοασ ανδραιμονιδησ και διοσ οδυσσευσ. Alumni. Meleager aut Tydeus inter grecos fortiſſimus. vt docet Pap. in ſcđo Theb. legũt aliqui Alumnus vt Aeacides & Nelides, Neſtor aut Periclymenus.

Nelideſq;:Idaſq; prior:quę maxima ſurgunt
Nomina.Sed nudo ſteterat iã pectore Pollux:
Cũ pauor:& gelidus defixit Caſtora ſanguis.
Nam nec ad Elei pugnam videt ora parentis:
Nec ſonat Oebali⁹ caueę fauor:aut iuga nota
Taygeti:lauitur patrios vbi victor ad amnes:
Nec precium ſonipes:aut ſacrę taurus arenę:
Præmia ſed manes:recluſaq; ianua lethi.
Illũ Amyc⁹ nec frõte trucẽ:nec mole tremẽdũ
Vixdũ etiam primę ſpargẽtem ſigna iuuẽtæ:
Ore renidenti luſtrans obit:& fremit auſum:
Sanguineoſq; rotat furiis ardentibus orbes.
Nõ aliter iam regna poli:iã capta Typhoeus
Aſtra ferens:Bacchũ ante acies:primãq; deoꝝ
Pallada:& oppoſitos doluit ſibi virgis angues.
Sic adeo iſequit̃:rabidoq; ita murmure terret:
Quiſqs es iſelix celera puer. haud tibi pulchrę
Manſerit hoc vltra frontis decus:ora ve matri
Nota feres.Tu ne e ſociis ſelectus iniquis:
Tu ne amyci moriere manu?nec plura morat⁹
Ingentes humeros:ſpatioſaq; pectoris oſſa
Protulit:horrẽdoſq; toris informibus artus.
Deficiunt viſu Minyę:miratur & ipſe
Tyndarides:redit Alcidæ iam ſera cupido:
Et vacuos mœſto luſtrarũt lumine montes.
At ſatus æquoreo fatur tunc talia rege.
Aſpice & hæc crudis durata volumina tauris.
Nec pete ſortis opẽ:ſed quos potes idue cęſt⁹.
Dixit:& vrgentis poſt ſera piacula fati
Neſcius extremũ hoc armis innectere palmas
Dat famulis:dat & ille Lacõ. odia aſpa ſurgũt
Ignotis prius:atq; incenſa mente feruntur
In medium ſanguis Iouis & Neptunia proles.
Hinc illinc dubiis intenta ſilentia votis:
Et pater orantis cæſorum Tartarus vmbras

Viri fortiſſimi
Idaſq;. fr̃ erat Lynceos. Hiq; oẽs robuſtiſſi-
mi. Telamõ nãq; ꝓpt̃ iſignẽ corpis fortitudi
nẽ Herc. amic⁹ eſt habit⁹:& Heſionẽ poſſidere
meruit. Peleus feras oẽs ad q̃s diſcerpẽd⁹ fue
rat miſſus virib⁹ ſuſtulit. Meleagri magnani-
mitatẽ Homer⁹ celebrat. Tydeus quiquagin
ta Thebanos p̃ter vnũ vna nocte ſolus inter-
fecit. Periclymenus cũ Hercule cõgredi auſus
eſt. vt docet Ouid. & Sene. Neſtor quoq; vt
teſtis eſt Ouid. xij. Meta. ſe collaudãs ait. Tũc
ego debueram capiẽda ad ꝑgama mitti. Tũc
poterã magni ſi non ſuperare: morari Hecto
ris arma meis. Idas autẽ qua fuerit fortitudi-
ne dictũ eſt. Pollux vero cęſtib⁹ plurimũ va-
lens primus ante giganta cõſtitit. Caſtora. q̃
fratri timeret. Elei. exercebant̃ iuuenes apud
Piſam Elidis vrbẽ. Elidẽ notã vrbẽ pugna/
equorũq; curſu fuiſſe aiũt. vnde dictũ eſt. Et
leuis Elis equis. Et Horat. Siue quos Elea do
mũ reducit Palma cæleſtis pugilẽ ve equũ ve.
Parẽtis. Iouis ab Eleis culti: cui tẽplũ etiã ma
gnificũ ſtruxere & ſimulachrũ de manubijs
bello Piſeis ſuperatis. Eratq; lucus illic Ioui
Portic⁹ echo.
ſacer. Intra quẽ portic⁹ ſtabat mira: quã dixe-
re ηχω: q̃m clamãti ſepties reſpõſaret vox. ob
id επταφωνον appellarũt. Id ne velit Lucre-
tius ſignare eruditi iudicabũt. Dixim⁹ olym-
pię porticũ επταφωνον fuiſſe quæ eſt in Eli
de. Interpres autẽ Lucr. in illũ locũ. Sex etiã
aut ſeptẽ loca vidi reddere vnã Q uũ iaceres.
Certaminum genera.
Pauſaniã citãs ea loca docet eẽ Athenis. Cer
taminis Elei. Fuerũt q̃tuor certaminũ gñа: q̃
dã Olympia/Pythia/Nemeęa/& Iſthmia. q̃rũ
prẽmia erãt oleaſter/Laur⁹/Apiũ/Pinus. Fie-
bãtq; i honorẽ Pelopis/Apollinis/Archemo
ri & Palemonis. Sunt q̃ ad Iouẽ Neptunũq;
Olympia & Iſthmia referũt. de q̃bus Pius in
annot. & Cęl. in lect. antiq. de Cotyno loquẽs
diſſerũt. Caueę fauor. Pap. in Theb. j. Nõ ali-
ter q̃ Piſęo ſua luſtra tonãti Q uũ redeũt cali
diſq; virũ ſudorib⁹ ardet Puluis & hinc tene-
ros caueę diſſenſus ephebos Concitat. Oeba
lius. Laconic⁹. Pap. in Achil. Soluerat Oeba
lio claſſem de littore paſtor Dardan⁹. Fuit au
Oebalus.
tẽ Oebalus Spartæ rex fili⁹ Cynotei Tindari
pr̃. Q uidã dicũt Tindarũ Oebali patrẽ natũ
Argulo Amyclę filio: & Amyclis ab auo cõ-
ſtructis regnaſſe. Taygeti. Laconiæ montis.
Lauit̃. a tertia cõiugatiõe. Virgi. Lauit iproba
Lauo.is.
teter Ora cruor. Lauit̃. ad ſudorẽ pellendũ &
puluerẽ. Victor. pyctes qui cæſtu valẽtior fue
rat. Ad amnes. maxime ad Eurotã. Volater.
xxix. li. nõ pauca de certaminũ victoribus af
fert: quẽ ſi euolueris quis Pãcratiaſtes/perio-
dus, victor Athletaq; aconiti ſit cognoſcet. &
de puluere pugnantium nonnihil tradit. So-
nipes. dari ſolutus ab Eleis: aut id genus cer-
taminis celebrantibus populis. vltima trahi-
tur. Auſon. corripuit vlti. bipes. Preciũ. gene
raliter athletarũ p̃mia vocãt Athla inq̃t Cęl.
Hom. ψ. ιλ. ait. παιδεσ δ᾽ εθεσαν βασιληοσ
αεθλα. Idẽ. ουνεκα δητα μεγιστα παρ᾽ αυτο φι
λ[illegible] αεθλα. Sʒ & αεθλον & αθλον dr̃ p̃miũ
αθλοσ & αεθλοσ certamẽ ab αθλεω. certo hĩc
athletã & Pẽtathlũ dicim⁹. Taur⁹. Sic Virg. cę
ſtu vicẽti taurũ poſuit p̃miũ. Palmã Entello
taurũq; reliquũt. Hom. i. xxiij. Ilia. ponit tau



Nube caua tãdẽ ad meritæ ſpectacula pugnę
Emittit:ſummi nigreſcunt culmina montis.
Continuo Bebryx Maleæ velut arce fragoſa
Turbo rapax:vix ora virum:vix tollere paſſus
Brachia:torrenti pręceps agit vndiq; nimbo
Curſibus inuoluens:totaq; immanis arena
Inſequitur:vigil ille metu cũ pectore & armis
Huc alternus:& huc ſemper ceruice reducta:
Semper & in digitis:& ſummi puluere campi
Proiectuſq; redit:ſpumanti qualis in alto
Pleiade capta ratis:trepidã quã ſola magiſtri
Cura tenet:rapidum ventis certãtibus æquor
Intemerata ſecat:Pollux ſic prouidus ictus
Seruat:& Oebalia dubium caput eripit arte.
Vt deinde vrgentes effudit nubibus iras
Ardoremq; viri:paulatim inſurgere ferro
Incitat:& ſummos manibus deducere cęſtus.
Ille dies ægros Amyci ſudoribus artus
Primus:& arenti cunctantem vidit hiatu.
Nec ſua defeſſum noſcunt loca:nec ſua regem
Agmina.reſpirant ambo:paulumq; reponunt
Brachia:ceu Lapithas aut Pæonas:ęq̃re in ipo
Cum refouet:fixaq; ſilet Gradiuus in haſta.
Vix ſteterant:& iam ecce ruunt:inflictaq; late
Terga ſonãt:nouavis iteꝝ noua corpa ſurgũt.
Hũc pudor:hũc noto iam ſpes audẽtior hoſte
Inſtimulat:fumant crebro pręcordia pulſu.
Auia reſponſant gemitu iuga:peruigil vt cum
Artificũq; notata manus & fulmina Cyclops

rũ illorũ p̃miũ q̃ pedũ celeritate p̃ſtarẽt. Sed
manes. pręmiũ erat mors certa. Nec frõte tru
cẽ. q̃ erat ſyderea, nõ caperata/nec ſęuitiã oſtẽ
Frõtis ſigna.
tãs. Frõtis exporrectio fallaces (vt putant) ar
guit. Sic ſtrictio & q̃ſi ſulc⁹ melãcholicos &
magna verſantes. Illic hilaritatis/mœſtitię/ſæ
uitiæ/imanitatiſq; & ſeueritatis ſedes pudori
ſacra vt genua mię. Nec mole. corporis vaſti
tate. Sic erat Pollux ad vnguẽ cõpoſitus. Ni
mia eñ corpis moles terrorẽ cõcutit. Signa.
Lanuginẽ. vt aiũt, pappos leues. In p̃io flore
iuuẽtutis erat Pollux quũ hoſtẽ imaniſſimũ
cæſtu ꝓſtrauit. Laus itaq; ẽ a victo/victore/&
ætate, quãtã cecinit Fauſtus (cui⁹ aĩa iter ſan-
ctos locet̃) in Heluetiade. Renidẽti. micanti.
Horat. Mea renidet i domo lacunar. Fremit.
fremẽs indignat̃. Sãguineos. igneos. Humili
tatis & arrogãtię illic locus eſt. ſed & plurimũ
Archeſilai dictũ in geſtum mollem.
laſciuię cedit. vñ extat Archeſilai dictũ apud
Gelliũ i mollesvibratũ, quũ eorũ vocẽ infra-
ctã/capillũq; arte cõpoſitũ, & oculos ludibun
dos/illecebrę & voluptatis plenos videret. Ni
hil intereſt q̃b⁹ mẽbris cinædi ſitis. vñ Hiero.
in Hiere. Q uũ pixeris oc̃los tuos ſtibio, fru-
ſtra cõpõeris. Et Idẽ. Nõ habuit criſpãtes mi
tras/nec ſtridentes calceolos/ nec orbes ſtibio
fuliginatos. Bacchũ. vino marcidũ/mollẽq;
& parum virũ. Pallada. mulierẽ quã ſolet inſi
gnire ſimplicitas. Virginis. nã virgo fuit Pal-
las vt docuim⁹ ex oim pene ſententia. Indi-
gnabat̃ ergo Tiphoe⁹ virginẽ occurrere quũ
de illa nõ habeat victoria laudẽ. niſi forte quã
Britãni ex Ioanna puella. Virginis. quę aduer
ſus Vulcanũ & Pallãta gigantem virginitatẽ
ſeruauit. a Mercurio tñ vt ſcripſit Heſiodus
iuxta Bœbeida lacũ violata. Humeros. Virg.
Oſtẽditq; humeros latos. Idem. Et magnos
mẽbroꝝ artus/magna oſſa/lacertoſq; Exuit.
Viſu Minyę. Sic malo legere q̃ viſũ in ſe. ru-
dior nãq; eſt ſtructura. Deficiũt. Argo. & Pol
lux. Mirat̃. viſũ in ſe. Vacuos. in q̃bus nõ erat
Herc. q̃ auxiliũ ferret. Tauris. taurino corio.
Virg. Obſtupuere animis: taurorũ ingẽtia ſe-
ptẽ Terga boũ plũbo inſuto ferroq; rigebãt.
& in primo dictũ eſt. Taurea vulnifico portat
celer iſita plũbo Terga lacon. Crudis. Duris.
Virgi. Duroq; intẽdere brachia tergo. Sortis
Cæſtuũ ratio.
opẽ. plurimũ facit cæſtuũ grauitas: nec iuſta
videt̃ pugna ſi leuiorib⁹ alter cęſtibus induit̃.
Vnde Virgi. Entelli Daretiſq; pugnã oſtẽdẽs
æquatã ait. Cæſtus pater extulit ęquos. Et pa
rib⁹ palmas amborũ innexuit armis. Sortis.
nõ mittat̃ ſors: ſed ſine ſorte prior cõmodio-
rẽ cęſtũ delige. Minus Dareti Entellus obtulit
dicẽs apud Virgi. Aequem⁹ pugnas. Indue.
innecte & iplica palmas & corpus ꝓ lori lõgi-
tudine. Sic Virg. ediuerſo retulit. Et tu Troianos exue cęſtus. Sera. qui ſi citius cęſtu occubuiſſet victus/tot ſce-
lera nõ cõmiſiſſet. Extremũ. ignorabat hũc extremũ eſſe ſibi cõgreſſum. Lacon. Pollux. Hic illic. Nã Pollux Io-
uẽ p̃cabat̃: Amyc⁹ a Neptuno petebat opẽ. Niſi ad Argo. Bœbryciosq; referas. Tartar⁹. Pluto ipe Tartari dñs.
Cęſoꝝ. ab Amyco. Nigreſcũt. opaca ſũt oia i tartaro, & vmbrę opacę, & locus hic vmbrarũ aduẽtu nigreſcit. Ma
Malea.
leę. Laconię ꝓmõtoriũ eſt. Pap. Et raucę circũſonat ira Maleę. quo q̃ nauigatur⁹ eſt p̃ter certũ piculũ nouerit fu-
turũ naufragiũ. Scd̃a eſt idifferẽs. Vigil ille. Virg. Corpore tela modo/atq; oc̃lis vigilãtib⁹ exit. Pauet. teſte Gell.
Pancratiaſtę imitandi.
xxvij. c. l. xiij. docẽs quonã hoies mõ debeãt eẽ parati ad cauẽdas iniurias, ait de Pãcratiaſtis ſeu Athletis. Nã ſi
cuti illi ad certandũ vocati ꝓiectis alte brachijs cõſiſtũt: caputq; & os ſuũ manib⁹ oppoſitis q̃ſi vallo p̃muniũt,
mẽbraq; eorũ oia priuſq̃ pugna mota eſt/aut ad vitãdos ictus cauta ſunt, aut ad faciẽdos parata: ita anim⁹ atq;
mẽs viri prudẽtis aduerſus vim & petulãtias iniuriarũ oi in loco atq; i tpe ꝓſpiciẽs debet eẽ erecta/ardua/ſepta/
ſolida/expedita/nunq̃ cõniuens/nuſq̃ aciẽ ſuam flectens &c. In digitis. Sic Virg. Conſtitit in digitos. i. articulos

Proſubigit pulſis ſtrepitant incudibus vrbes.
Emicat hic: dextrãq; parat: dextrãq; minatur
Tyndarides: redit huc ocl'is & põdeř Bebryx:
Sic ratus. ille autem celeri rapit ora ſiniſtra.
Conclamãt ſocii: & ſubitas dãt gaudia voces.
Illum inſperata turbatum fraude furentem
Oebalides prima refugit dum detonat ira.
Territus ipſe etiam atq; ingentis cõſcius auſi
Sęuit inops Amycus: nullo diſcrimine ſeſe
Pręcipitans: auiduſq; viri (reſpectat ouantes
Quippe procul Minyas) cæſtu velatus vtroq;
Irruit. hos inter Pollux ſubit: & trucis vltro
Aduolat ora viri. nec ſpes affecta: ſed ambæ
In pectus cecidere manus. hoc ſæuior ille
Ecce iterum vacuas agit inconſulta per auras
Brachia. ſentit enim Pollux rationis egentem:
Dat genibus iunctis latus: effuſumq; ſecutus
Haud reuocare gradũ patiť: turbatq; p̃mitq;
Ancipitem: crebros & liber congerit ictus.
Deſuper aduerſo ſonat omnis vulnere vertex:
Incliuis ceciditq; malis. iam tempora manant:
Sanguineæq; latent aures: vitalia donec
Vincula qua primo ceruix comittitur artu:
Soluit dextra grauis. labentem ꝓtulit heros:
Ac ſuper inſiſtẽs Pollux. Ego miſſus Amyclis
Et Ioue natus ait: nomen mirantibus vmbris
Hoc referes: ſic & memori noſcere ſepulchro.
Bebrycas extẽplo ſpargit fuga: nullus adẽpti
Regis amor: montẽ celeres ſyluãq; capeſſunt.
Hęc ſors: hęc Amycũ tãdẽ man⁹ arguit auſis
Effera ſeruantem Ponti loca: vimq; iuuentę
Continuam: & magni ſperantẽ tẽpora patris.
Tenditur ille ingẽs hominũ pauor: aruaq; late
Occupat: annoſi veluti ſi decidat olim
Pars Erycis: vel totus Athos. qua mole iacẽtis
Ipſe etiam expleri victor nequit: oraq; longo

Pancratiaſtę.

pedũ. Dicũt Pancratiaſtas κερσὶ καὶ ποσὶ πυκτουαχουτας manu pedeq; pugiles certantes. Home. ἀλλ' οὐ δύναμαι μέγεθος [illegible] χερσίν τε ποσίν τε dixit. Doctiſſ. Heraſ. iij. Chil. ait πὺξ καὶ λὰξ prouerbiali figura dici apud grecos ſolitũ pro totis virib⁹ / quaſi pugnis & calcib⁹. ſũt. n. aduerbialiter poſita πὺξ & λὰξ vñ Hom. loquẽs de Neſtore q pugnis Clytomedea / lucta Ancæũ / Iphyclũ cui⁹ in primũ meminim⁹ pedũ velocitate, Philea & Polydorũ iaculatione iuuenis quondã vicerat, ait. Ψ. ιλ. πὺξ μὲν ἐνίκησα Κλυτομήδεα Ἤνοπος υἱόν ἀγκαῖον δὲ πάλῃ πλευρώνιον ὅς μοι ἀνέστη. ἴφικλον δὲ πόδεσσι παρέδραμον ἐσθλὸν ἐόντα. δουρὶ δ' ὑπερέβαλον φυλῆά τε καὶ πολύδωρον. Idem. ἄνδρε δύω περὶ τῶν δὲ κελεύομεν ὥπερ ἀρίστω πὺξ μάλ' ἀνασχομένω πεπληγέμεν. Oebalia arte. Codices alij oſtẽdũt. Aſtu Oebalio. nihil muto. Effudit nubibus. Virg. Entellus vires i vẽtũ effudit. Hiatu. ore. Defeſſum. quẽ tãtopere agilẽ & nũq̃ feſſũ viderãt. Reponũt. remittũt. Pœonas. qdã dixerũt eẽ pp̃l'os ꝓpe Peneũ & Peliũ. Alij i Thracia poſuerũt. Pãnonios nõnulli vocarũt. Sumũt iſup qdã Pæona ꝑ Apollinis hymno. q etiã Pæan & Pæeon dicit. Aequore. cãpo Virg. Pręcipiteq; Daren ardẽs agit ęquore toto. Terga ſonãt. Virg. Et pectore vaſtos dant ſonitus. Hũc pudor. Amycũ. Hũc ſpes Pollucẽ. Hoſte noto. quẽ lõge fortiorẽ ſuſpicat⁹ fuerat. Dextrãq; minať. Strategema eſt Pollucis: qui a dextra periculũ imminere ſimulabat, quũ ſiniſtrã intẽſurus eẽt. Inſperata. legiť

Poeones.

etiã nec icõgrue iſpirata / ab aĩo quẽ deũ habẽt pugiles. De⁹ ẽ teſte Virg. quo ſapim⁹: quo recta capim⁹ cõſilia: q vires bonoſq; dolos vt nũc iſpirat. Dat latus. obijcit. Cõgerit ict⁹. Virgil. Nũc dextra igeminãs ict⁹ nũc ille ſiniſtra.

Deus anim⁹.

Artus.

Nec mora: nec reqes. Artu. i. datiuo. Ex hoc patet illoꝝ error q ſolũ pluraľr inflecti volũt: quũ Luca. etiã dixerit. Nũc ois palpitat art⁹. Amyclis. in Laconia vrbs eſt Amyclę. Sunt & Amyclę i Italia ab Amyclis Laconicis nomẽ ſortitę: quas dicit Serui⁹ ſilẽtio ciuib⁹ pnicioſo deletas. Pli. a ſerpẽtib⁹ deſtructas. Referes. quũ memoria nõ excidat. Sic Virg. Referes ergo hęc & nũci⁹ ibis Pelidę genitori. Regis amor. quia tyrãnus erat: quo ſublato erãt liberi⁹ victuri. Magni patris. Neptuni. qui iter deos maxim⁹ habeť: niſi qs ad auũ reſpiciat Saturnũ quẽ κρόνον dixere. Qua mole iacentis. cui⁹ iacẽtiſ corpulẽtia & mõſtroſitate. Late. ad corpis ergo vaſtitatẽ referť. Annoſi veluti. Virg. i. v. Vt quõdã caua cõcidit aut Erimãtho, Aut Ida i magna radicit⁹ eruta pin⁹. Arma. cęſtus. Feſſas. cęſtuũ grauitate & pugnæ labore, quũ multos recepiſſent ictus & m̃ltos dediſſent. Primi. inter eos q primi cęſtu cõtẽderũt Amycus Polluxq; fuere. Itẽ Periclymenus. quẽ vt diximus Cęſtib⁹ aduerſos viderũt

Amyclę.

Cęſtib⁹ q primi certarunt.

frãgere vult⁹. Cęſtib⁹ valuit Butes Amyci fili⁹ Eryxq; quẽ Hercules iterfecit. Si Oebaliã reſpicias palęſtrã q̃tuorq; certaminũ gñ̃a quę oli Græcia celebrauit, habes ex oib⁹ q fuerũt iſtitutores. Ramis. diximus Cotynũ ſeu Oleaſtrũ fuiſſe Olympicoꝝ certaminũ p̃miũ: Pythioꝝ Laurũ. & nũc corõa offerť laurea p̃mit⁹



Cõminus obtutu mirans tenet: & manus oĩs
Heroum denſis certatim amplexibus vrgens:
Armaq; ferre iuuat: feſſaſq; attollere palmas:
Salue vera Iouis: vera o Iouis vndiq; proles:
Ingeminãt: o magna nimis mẽorãda palęſtris
Taygeta: & primi felix labor ille magiſtri.
Dumq; ea dicta ferũt: tenues tamẽ ire cruores
Siderea de fronte vident. nec ſanguine Pollux
Territus aduerſo ſiccabat vulnera cæſtu.
Illius excelſum ramis caput: armaq; Caſtor
Implicat: & viridi connectit tempora lauro:
Reſpicienſq; ratem: patriis ait has p̃cor oris
Diua refer frõdes: cũq; hac freta curre corona.
Dixerat: hinc valida cędunt armenta bipenni:
Profuſiq; ſacro placati gurgitis amne
Graminea ſternũtur humo: tunc liba dapeſq;
Frondibus accumulant: exortia terga laconi
Præripiunt pecudum. toto mox tẽpore menſę
Lętus ouat: nunc laude virũ: nũc vatis honoro
Carmine: victori geminans cratera parenti.
Iamq; dies aurẽq; vocant: ruſuſq; capeſſunt
Aeq̃ra: qua rigidos eructat Boſphoros amnes.
Illos Nile tuos nondum dea gentibus Io
Tranſierat fluctus: vnde hęc data noĩa ponto.
Tum pius Oeagrii claro de ſanguine vates
Admonita genitrice refert: caſuſq; locorum
Inachidoſq; vias: pelaguſq; emenſa iuuencę
Exilia: intentiſq; canit vidiſſe priores
Sæpe Iouem terras: argiuaq; regna Pelaſgum
Virginis Iaſię blandos deſcendere ad ignes.
Sentit Iuno dolos: curaq; accenſa iugali
Aethere deſiluit: dominam Lyrceia tellus:
Antraq; deprenſę tremuerunt conſcia culpæ.
Tum trepida Inachię pellex ſubit ora iuuencæ
Spõte dei: plauſu fouet hãc: & pectora mulcet

Romanis imperatoribus triũphũ acturis dari ſolita teſte Gell. in. v. quã pro myrtea bello fugitiuorũ cõfecto. M. Craſſus vix obtinuit. Apud Volat. in. xxix. quũ ait primũ certamẽ fuiſſe ab Hercule in honorẽ Iouis celebratũ: ſecũdum Phœbo dicatũ: & tertiũ Palemoni Atlantis filio, legatur Athamantis. Profuſi amne. vt expiati cętera haberẽt ſecũdiora. Exortia. extra ſortem. ea erant opimiora dignioribus debita. Hũc eſſe ſummũ honorẽ oſtendit Home. Iliad. viij. ex pſona Hectoris fugã Diomedis graui oratiõe inſectantis. Solebas (ait Hector) antehac Diomedes iter proceres & dignitate loci vel in conſilio / vel in mẽſa & poculis maiorib⁹ & carne opimiore in primis honorari: poſthac illo honore priuabere ex viro ſtrenuo fœmina effectus. quin idẽ in. vij. Iliad. ait Agamẽnona Aiacẽ Telamoniũ pręter cæteros victores honoris gratia bona bouis parte donaſſe. νώτοισι δ' αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν ἥρως ἀτρείδης εὐρυκρείων ἀγαμέμνων. Ouat. triũphat. etſi triũpho minor ẽ ouatio. tractumq; eſt a Romanis. Vatis. Orpheos. Victori parenti. Ioui: qui dictus eſt vltor / victor / elicius / feretri⁹ / xenius / tonãs / piſtorius / eleutherius / Mileſius in Aſia / Ammõ in Libya / in Illyria Dodonęus / itẽ Soter / Iaſci⁹.

Iouis noĩa.

Boſphoros. Boſphorũ ſignat Thraciũ / a bouis tranſitu dictũ. quidã vocarũt Io. Alij aliũ dixerũt bouẽ: quẽ qdã ex Phrygia Byzãtiũ trãſfretãtes ducẽ ſecuti ſunt: & pro beneficio icona ſtatuerũt: quẽ Chalcidẽſes tẽplo honorarũt. Vñ. a cui⁹ trãſitu. Oeagrij. Fili⁹ fuit Oeagri & Calliopes Ciconeus aut Biſalta thrax ſummus aſtrologus: quẽ noſter Quintianus trib⁹ libris celebriorẽ reddidit: ob doctrinã & vaticinij peritiã habitus Phœbi filius. Genitrice. Calliope. Inachidos. Ius ſeu Ionis (vt cum Plauto loquar) Inachi filię. Iaſię. Argiuę Ius. Teſte eñ Strab. in. viij. Argiui dicti ſunt Iaſidę qui & Iaſij, vt Dardanidę & Dardanij.

Boſphoros.

Ciconeus.

Iaſidæ.

Sentit. fabulã recitat Ouid. Meta. primo. Deſiluit. Ouid. Delapſaq; ab ęthere ſummo Cõſtitit in terris. Lyrceia tellus. Oritur Inachus ex Lyrceo ait Strab. in. viij. & eſt fõs teſte Papi. Aret Lerna nocens: aret Lyrceus & ingẽs Inachus. His monitus Iacob. Bonon. apud Ouid. in p̃io Meta. legit. Ne fuge me: fugiebat enim: iam paſcua Lernę Cõſitaq; arboribus Lyrcea reliquerat arua. vbi interpres ait Lycea, arcadica. Lyceus nãq; mons eſt Arcadiæ. at quũ præcedens ſit breuis apud eundem. Faunus in Arcadia templa Lycęus habet, legendum eſt Lyrcea. quæ enim componũtur a λύκος lupus y corripiunt. Nec Nicolao Vallę fides habeatur dicẽti. Et primũ affatur Lycaonis ore proteruo. Pleraq; dicit contra metrorũ rationẽ, vt in eadẽ dictione. Pandarus ante alios natus Lycaonis & alter Aeneas. Iuuencę. Ouid. Inq; nitẽtem Inachidos vultus mutauerat ille iuuẽcam. Qua fraude. Oui. Quid faciat? crudele ſuos abdicere amores, nõ dare ſuſpectũ. Iniuẽtos. ab vxore: nihil eñ eſt quod ingeniũ muliebre nõ excogitet. Muneris potẽs. cõpos voti accepto munere. Argum. Ariſtoris filiũ. Ouid. Donec Ariſtoridę ſeruandã tradidit Argo. Centũ luminib⁹

Lycæus.

Argus.

Iuno renidenti cohibens ſuſpiria vultu.
Mox ita adorta Ioue͂.Da quā mō ditib⁹ argis
Campus alit primæ referētē cornua Phœbes:
Indomitāq; bouem: da charæ munere nuptæ.
Ipſa ego dilectæ pecudi iam paſcua digna
Præcipuoſq; legā fōtes. Qua fraude negaret?
Aut quos inuentos timuiſſet Iuppiter aſtus?
Muneris illa potens cuſtodem ꝑtinus Argum
Adiungit: cuſtos Argus placet: inſcia ſomni
Lumina non aliter lucent cui vertice: q̄ ſi
Lyda nurus ſparſo telas maculauerit oſtro.
Argus & i ſcopulos: & mōſtris horrida luſtra
Ignotas iubet ire vias: heu multa mouentem
Conātemq; preces: incluſaq; pectore verba.
Vltima tum patriæ cedens dedit oſcula ripæ
Fleuit Amymone: flerunt Meſſeides vndę:
Fleuit & effuſis reuocans Hyperia lacertis.
Illa vbi vel feſſi tremerent erroribus artus:
Vel rueret ſummo iam frigidus ęthere veſper:
Heu quoties ſaxo poſuit latus: aut vbi longa
Aegra ſiti: quos ore lacus: quę pabula carpſit.
Verbere candentes quoties exhorruit armos.
Quin & ab excelſo meditantem vertice ſaltus:
Audentemq; mori: valles citus ęgit in imas
Argus: & arbitrio durus ſeruauit herili.
Cum ſubito Arcadio ſonuit caua fiſtula ritu:
Imperiumq; patris celerans Cyllenius ales
Aduenit: & leni modulatur carmen auena.
Quoq; ait hic diuerſus abis? heu reſpice cātus.
Haud procul inſectās Argū languētia cantu
Lumina cūcta notat: dulceſq; ſequētia ſōnos:
Et celerem mediis in cantibus exigit Harpen.
Iamq; refecta Ioui paulatim in imagine priſca
Ibat agris Io victrix Iunonis: & ecce
Cum facibuſq; pyriſq; & tartareo vlulatu

cinctū caput Argus habebat. Macrob. in primo vocat cælū Argū. Lyda nurus. Inter homines viliſſimos numerātur Lydi. quos fuiſſe molles/caupones/inſtitores/veſtes acu pingentes cōſtat. vt Phrygios quib⁹ vicini ſunt. Inde & Phrygiones dicti. Amymone. nomē fontis eſt: in quē verſa dicit̄ Amymone puella Danai filia: cuius amore Neptunus quondam irretit⁹ Lerneos fontes aperuit. vnde cōtigit Argos qđ dicebant Dixiū ob aquarum inopiā/aquis abundare. Hiſtoria eſt Danaum ex Aegypto in Grecię partem veniſſe & puteos primū fodiſſe: vt teſtatur Pli. c. lvi. li. vij. Strabo vero ait Danai filias ſumma īduſtria apud Argos adinueniſſe puteos/quū vrbs eſſet in loco arido cōſtructa, aſtipulante poeta. αργοσ εμ υΔρομ εομ Δαμααι Δεσαμ αργοσ εμ υΔρομ. Idq; ſignat Oui. ij. Meta. Quærit Bœotia Dyrcen, Argos Amymonen. qđ ſignificāti⁹ expreſſit Sene. in Thye. Timetq; veterem nobiles Argi ſitim. vbi a nōnullis repoſitum eſt agri ſitum. Propior tamē veritati eſt Bern. dicens illā innui ſiccitatem: quę Phaetōtis temeritate terras afflixit. qđ Ouid. imitari videtur vt citauimus. Ad vetuſtiſſimā tamē ſitim Sene. ſenſus verius referendus eſt. Ex Amymone aūt, vt in primo docuim⁹, & Neptuno natum Naupliū dicūt: & a Nauplio ciuitatē Naupliā fuiſſe dictā vbi erat fons Canath⁹: in quo ſingulis annis lotā Iunonē virginē fieri argiui memorabāt: & vbi aſin⁹ fuit qui palmitē rodens vitē reddebat feraciorem Fertur aūt de Nauplio qđ Strab. in. viij. fieri potuiſſe negat. Et licet Nauplia ſit Argiuorū nauale, nō tamē a Nauplio Palamedis patre dictū fatetur: ſed ꝙ eo naues appellerent: aut ſi a Nauplio Neptuni filio dici potuit/non eo qui ex Amymone ſuſceptus eſt. Flerūt Meſſeides. qui Meſſenides legūt ortū deducunt a Meſſenia regione Laconię proxima fructuoſa/aquis fontibuſq; irrigua. verior textus eſt Meſſeides. Strab. ducor auctoritate in. ix. dicentis duos eſſe fontes Hyperеam & Meſſeidē. textus autē noſter hyperia oſtendit. Sicq; legit Deſpaut. Id credo ꝑpter diphthongon græcam ει quæ in i longū vertitur aliquādo, & nōnunq̄ in e. vt θαλεια thalia μηδεια medea. ſic υπερεια hyperea aut hyperia. Hypereſia vero ciuitatis nomē eſt Achaię. de qua fertur tale cōmentū q̄li i Romanos Pœn⁹ Hānibal vſus eſt obſeſſus: quum ille tauroꝝ cornibus ignē immiſiſſet: Hyperienſes vero caprarum cornib⁹ alligaſſent ignē. Eſt etiam vrbs Phęacū Hyperia. Home. ζ. ολιοι πριμ μεμπο τεμαιομ εμ ευριχορω υπερδμ. Steph. ait Hypereſiam Achaię ciuitatē eſſe: quā Theon male appellat hypeream. qđ verū duco. inde tamē ſubiūgit. Eſt etiā fons Meſſeidis. & ciuitas ſicula: & i gręcia vrbs iuxta Antheā. vbi profecto cū Strab. & Val. legam Hypereā. Exhorruit. codex Bonon. impreſſus habet ihorruit. tuncq; adſpiratio locum ſubeat cōſonātis vł & inhorruit legatur qđ min⁹ placet. Arbitrio herili ſeruauit. alij habēt Arbitriū durus ſuperauit herile. qđ non minus gratum eſt. Arcadio ritu. Canit Oui. in. j. Syringa nympham fuiſſe Arcadicam: quā a Pane deo mire ada-

Lydi viles.
Phrygiones.
Amymone.
Senecę locus.
Nauplius.
Canathus.
Meſſeides.
Hyperia.
Hypereſia.
Syrinx.



Tiſiphonen videt: ac primo veſtigia viſu
Fugit: & in miſerę rurſus bouis ora recurrit:
Nec qua valle memor: nec quo ſe vertice ſiſtat:
Inachias errore etiam defertur ad vndas.
Qualis & a prima quantum mutata iuuenca.
Nec pr̄: aut trepidę tētant accedere nymphę.
Ergo iterum ſyluas: iterum petit inuia retro
Ceu Styga dilectū fugiēs caput. inde ꝑ vrbes
Rapta furēs Graias atq; ardua flumina ripis:
Oblato donec paulum cunctata profundo
Incidit: abſiſtunt fluctus: & gnara futuri
Dāt pauidæ alta viā. celſis procul ipſa refulget
Cornibus: ac ſumma palearia ſuſtinet vnda.
Aſt erebi virgo ditem volat æthere Mēphim
Præcipere: & Pharia venientem pellere terra.
Contra Nilus adeſt: & toto gurgite torrens
Tiſiphonen agit: atq; imis illidit arenis
Ditis opem: ac ſęui clamantem numina regni.
Apparent ſparſęq; faces: diſiectaq; longe
Verbera: & abruptis excuſſi crinibus hydri:
Nec Iouis interea ceſſat manus: intonat alto
Inſurgens cælo genitor: curamq; fatetur.
Atq; ipſa imperium Iuno pauet: hęc procul Io
Spectat ab arce poli iam diuis addita: iamq;
Aſpide cincta comas: & ouanti perſona ſiſtro.
Boſphoron hinc veteres errantis nomine diuę
Vulgauere. iuuet noſtros nunc ipſa labores:
Immiſſiſq; ratē ſua per freta prouehat auris.
Dixerat: & placidi tendebant carbaſa venti.
Poſtera non caſſæ Minyis aurora retexit
Noctę iter: noua cūcta vidēt: thynnęaq; iuxta
Littora: fatidici pœnis horrentia Phinei.

matam, virginitatis tamē amantiſſimā nymphę in cannas paluſtres verterūt: q̄ cæra compactę ſuauiſſimū ediderunt ſonū. & ea fiſtula dicit̄ Syrinx. Patris. Iouis. hęc oīa Ouid. latiſſime explicat. Cylleni⁹ ales. Mercuri⁹. Quoq; ait. Inuitat Mercurius Argū. Ouid. narrat ab Argo admonitū ad cōfabulationē. Languētia. Ouid. Lāguida ꝑmulcens medicata lumina virga. & pri⁹. Adopertaq; lumina ſomno. Harpen. enſem falcatū. Oui. Nec mora falcato nutātē vulnerat enſe. Hinc Perſeus & Mercuri⁹ dicti ſunt harpedophori/ falciferi/ vt Saturnus. Dicitur etiam Harpe ſpecies quędam auis aquilę ſimilis. Pont. quarto de aſtris propter enſis duritiem ait. Quę Martem clypeo/ galeaq;/adamātideq; Harpe Inſtruxit. Hom. Argi iterfectorē Mercuriū vocat. α.ρΔυσ.αργφοντημ. Tiſiphonē. Oui. Horriferāq; oculis animoq; obiecit Erinnym Pellicis argolicę. Qualis. quū prius fuiſſet viſa pulchritudine miranda & tranquillitate/nunc turbida/furore parcita/& ſupra bouem mugiens. Pater. Inach⁹. Nymphę. Amymone/Hyperia/Meſſeis. Dilectum caput. patrē Inachum fugiēs tanq̄ lacus ſtygios. Alta. maria. Boſphorū ſignat. Virgo. Tiſiphone. Mēphim. vrbē Aegypti nominatiſſimā/pyramidibuſq; Vulcaniq; tēplo inſignem/& Apidis quē dicūt Oſirim/& Veneris phano. Ditem. locupletem. eſt Aegyptiorū regia. Pręripere. occupare. Pharia. Aegyptia. Nilus. fluuius deus. dict⁹ eſt ante Aegyptus: inde Nilus a rege eiuſdē nominis. Regni ſęui. tartari. Faces. tędas. quas obIus oculos vibrabat. Verbera. flagella quibus agebat: & ea ſunt furiarū arma cum Hydris. Intonat. optimū erat fauoris indiciū. vnde dictū i ſcđo. Et tonitru pr̄ auget honoro. Eo tamen augures Romani ſua vitiari comitia crediderunt. Luc. Tonat augure ſurdo. Iuno pauet. Ouid. canit Iunonē Iouis oratiōe demulſam. Aſpide. Sunt aſpides ſerpētes in Aegypto/hebentibus oculis/eiſdēq; in tēporibus fixis. Illis venenū eſt quo ſi quis percuſſus fuerit nunq̄ euadit niſi vulnere altius reſciſſo. vnde apud Aegyptios propter inuictā vim veneni, vt principatus vis immenſa ſignaretur regum diademata erant aſpidum imagine diſtincta: ideo nūc dicitur aſpide cincta comas. Perſona. adiectiuū eſt a ſono vt diſſonus. Siſtro. ſiſtro vtebant̄ Iſidis ſacerdotes ſeu cymbalis. Iſimq; imitātes quęrētem maritum aut Horum ex Oſiride ſuſceptū ſiſtra pulſabant mœſti prius, deinde in lętitiam protūpentes. Quærentes etiam apim Agyptij ſacerdotes ſiſtra pulſabant: vt docent Diod. in primo Luc. & Ouid. Pont. j. de ſtel. hoc non prætermiſit. Et multum lachrymis perfuſos coniugis art⁹ Finxit Niliacæ tellus addicta iuuēcę. Idem. Et querulas ſiſtra i caſſum percuſſit ad aras. Thynnęaq;. Thynias eſt inquit Ptol. in v. inſula i fronte Bithynię. inqt Strab. in. xij. inde litus Thynniacum iuxta Apolloniam. nūc quidem deſertum/importuoſum/petroſumq;/ad aquilonis flamina late patens & apertū. Ait inſup Strab. Thynos & Bithynos thracas in Myſia ſedes habuiſſe: Myſiſq; nomen nouū impoſuiſſe. Alij nomen tractum ſumpſerunt a Thynia nympha heracleotica. Quidā a Bithy Thracię fluuio. Nec deſunt qui Myſum & Thynum Phineos aſſerant filios fuiſſe. a quibus Thynia & Myſia nomē traxerunt. Itē Bithynū Iouis & Thraces filium: vnde Bithyniam. Primāq; protrahit Thynias pro inſula: quam corripit Tinias fluuius. Sil. Tintæq; inglorius humor. Eſt etiam Thynnus piſcis. vnde apud Gellium Thyn-

Argi ſopitus
Harpe.
Nilus.
Aſpides in Aegypto.
Siſtrum.
Thynias.

Abdomina Thynnia. Cephalea caro. Piſcis ſacer

nia dicũtur abdomina,& cephalea caro ex Lucil. Abdomina Thynnia venientibꝰ priua dabo/cephaleamq; carnem.i.ſingula abdomina/pinguioreq; Thynni piſcis ſacri partem:quem piſcatores capturam ſperãtes Neptuno ſacrificant:(Illum forſan ſignat Gell.dicens ca.iij.li.iij.Χθυν ιερον.ſic nãq; Cæl.legere non diſplicet.i.piſcem ſacrum)& carnẽ cephaleam/cephali piſcis.caro enim dici poteſt de piſcibus.hunc quidam vocant capitonem & mugilem:qui capite occultato ſibi optime latens videtur,inquit Plin.in.ix.De Thynno ſi plura expetis Pli. lege cap.xv.li.ix.qui ait Thynnos mẽbratim cęſos capite & abdomine cõmendari. Thyniam & Thynniã recipit Hermol.in cap.vlt.li.v.Plin.Thynnias a Plin.dicitur.a Strab.Thynnia.a Steph.Thyneis & Thyne.a Pomp. Thynnias.vrbs inſulę dicitur Bithynnis.

Harpyię.

Horrentia.propter Harpyias:quę dirę dicũtur/quaſi deorum irę apud ſuperos,canes apud inferos.Harpyię in littoribus/finguntur furię ex acheronte & nocte genitę ſuo aduẽtu iram infundentes/obtundentes latratu/raptu victitantes/tenebras & cæcitatẽ inferunt. Lõgum immo perpetuũ Phineorum tormẽtum vt eſt adagio cõpertum,regium malum,diuitum vermes vſq; rodẽs, niſi Iuppiter Zetum & Calaim auxilio demittat.

Auaritię mala.

Harum vultus inquit Virg. virgineus,ꝙ auaritia vireſcat ſeu cupiditas.vt enim fertur vulgo,ſeneſcũt vitia iuueneſcẽte auaritia. Augetur nãq; quotidie:& tempore vires ſumit:& quo breuior eſt vitę terminus/propiorq; nouiſſima vitę meta,ſurgit adoleſcentior.volucres ſunt/propter celeritatẽ immenſę appetentię.nunq̃ enim qui illis torquẽtur monſtris manent contenti ſe auro proluentes/nunq̃ tamen ſatiantes,lucro laſſati facilius aggerendo/q̃ adcumulando repleti/ore ſemp patulo/ ꝙ aſſidua fame vel rabie laborant: ſuis parcẽtes/ aliena vel fœdata rapide vorantes. quibus vnca manus radens omnia/& rodens/exhaurienſq; vt impleat patentiſſimũ vas Danaidum.quũq; expleri nequeat,in comparãdo theſauro diligẽtior facta manus/oculatiorq; aſſidua cura premit. ſuborit maior habẽdi cupido/hinc animi cruciatus/corporis extenuatio ſuccreſcit. inſomnię pallida ora fame tabida reddunt.ſepulchrũ patens eſt guttur talium. Scribit Albertꝰ mag.li.de animalibus.xxiij.Harpyias hominẽ obuium interficere ſolitas.at forma ſibi ſimili in aquis proſpecta dolere aſſidueq; triſtari.

Harpyiarum natura & numerus.

Dij tales Gallis peſtes auertite terris.Duas ponunt dũtaxat Apoll.& Heſiod. Aello,quam interpretãtur Cęl.teſte aliena tollentem, Ocipiten/celerꝰ rapientem.Virg.tertiã adiungit Celeno: quę nigrorem ſignat ſeu nigrum. Tortell.& Calepinus & pleriq; alij aiunt Homerũ quartã addidiſſe Thyellam. qua ſignatur turbo ſeu procella.qđ Cęl.in.xj.non placet dicenti.eas vocari Harpyias.i.rapaces,& vt ait Plaut.Harpagantis & Thyellas,Hibernos flatus & procelloſos.De his non pauca Land.in queſt.Camal.

Typhonides.

Typhonides.Harpyię Typhonis filię.qđ Plutonis nomen eſt. vnde dicetur implorant clamore patrem Typhona nefando. Heſiod. ait eas Iris ſorores Thaumãte genitas. Seruius illis dat Neptunum & Terrã parẽtes. Dicũt Harpyiã ex Zephyro genuiſſe Arionẽ equũ Adraſti celerrimũ:cuiꝰ matrẽ Antimachꝰ i thebaide ait Terram fuiſſe. Lycophrõ vero Cererẽ noiat. quã quũ vellet Neptunus cõprimere verſa i equũ ab illo i equũ verſo cõpreſſa Arionẽ peperit/ & filiã:cuiꝰ fas nõ eſt nomẽ referre. Et tũc quidem aiũt Cererẽ fuiſſe Erinnyn appellatã ꝙ irata tum fuerit. Nã εριννυειν dicũt iraſci aut ira vti.vel απο το αρασ αμυειν.execrationes ſi quidẽ & impcationes cõplet vel quia terrã habitat:quę dicit̃ græce ερα. Lycophrona citãs Steph.Nig.addit:vl̃ ꝙ furię aſſimilata rẽ cũ Neptuno habuerit. Legunt alij Hyrphoides quãtitate inuerſa territi:vnde nomẽ ſit deductũ nuſq̃ legi.Me duce autẽ leget̃ Inſup hũc Typhonides Harpyię ira tonantis Depopulant.tũcq; quãtitas obſeruabit̃:& verior elicietur ſenſus.Id ſi nõ placet,ꝙ carmẽ abiecta cęſura aſperuſculũ eſt,ad Io. Bapt. Piũ recurratur. qui hũc locũ a Codro Vrceo nobili grãmatico non intellectũ reformans legit.Quippe neq; extorrẽ tantũ:nec lucis egentẽ Ira tonãtis agit, Typhonides Harpyię q̃ Depopulant.Nõ ſatis ſcio an primꝰ Val.codex Bapt. faueat. dictionũ.n.tanta mutatio/& a ſedibꝰ excluſio vix hoc tolerat. In noſtra autẽ recognitione antiquo textui cõgruente appoſitio fit. Depopulant. Sic Virg.Non nos aut ferro libycos populare penates venimus. Pro crimine. ꝙ filios obcęcarat nouerca inſup inducta,vt quidã dicunt. Spes vna.ſperabat Harpyias tunc expulſum iri quũ Boreę filij adnauigaſſent. Primas. litori proxime vicinas/vt prima terra quæ eſt litoralis. Oculos inanes. oculorũ orbes vacuatos. Rebar tẽpora. Sic

Dira deum:ſummoq; lues vrgebat in ęuo.
Quippe neq; extorrem tantũ:nec lucis egentẽ
Inſup hunc Typhonides Harpyię ira tonãtis
Depopulant:ipſoſq; dapes prędantur ab ore.
Talia prodigia:& tales pro crimine pœnas
Perpetitur.ſpes vna ſeni:ꝙ pellere ſæuam
Quondã fata luem dederãt Aquilone creatis.
Ergo vbi iã Minyas:certãq; accedere Phineus
Sentit opem:primas baculo defert ad vndas:
Veſtigatq; ratem:atq; oculos adtollit inanes.
Tũc tenuem ſpirãs animã. Salue o mihi lõgũ
Expectata manus:noſtriſq;(ait)agnita votis.
Nouimus & diuis geniti quibus:& via iuſſos
Quę ferat:ac veſtri(rebar ſic)tẽpora curſus
Proxima queq; legẽs:quantũ Vulcania Lẽnos
Traxerit:infelix tulerit quæ Cyzicus arma.
Senſi & Bebrycio ſupremã in littore pugnã
Iam propior: iãq; hoc animã ſolamine mulceſ
Nõ ego nũc magno ꝙ cretꝰ Agenore Phineꝰ:
Aut memorem mea ꝙ vates inſedit Apollo
Pectora:præſentis potius miſereſcite fati.
Nec mihi diuerſis erratum caſibus orbem:



Amiſſas aut flere domos:aut dulcia tempus
Lumina:conſuetis rerum eſt ex ordine fatis
Ingemere:Harpyię ſemp mea pabula ſeruãt:
Fallere quas nuſq̃ miſero locus.illicet omnes
Deueniũt:niger intorto ceu turbine nimbus.
Iamq; alis procul:& ſonitu mihi nota Celęno
Diripiunt verruntq; dapes:fœdataq; turbant
Pocula:flagrat odor:ſurgitq; miſeria pugna:
Parq; mihi mõſtriſq; fames:ſpreuere quod oẽs
Pollueritq; manu:q̃dq; vnguibꝰ excidit atris:
Has mihi fert in luce moras:nec rumpere fata
Morte licet:trahitur victu crudelis egeſtas.
Sed vos obſeruate precor prædicta deorum
Si non falſa mihi:vos finem imponite pœnis.
Nẽpe adſũt qui mõſtra fugẽt Aquilonia ꝓles:
Nõ externa mihi.nam rex ego diuitis Hebri:
Iunctaq; veſtra meo quondã Cleopatra cubili.
Nomen ad actęq; Calais:Zeteſq; ſororis
Proſiliũt:Zeteſq; prior: quẽ cernimus(inq̃t)
Tu ne ille Odryſiæ Phineus rex inclytus oræ?
Tu Phœbi comes:& noſtro dilecte parenti?
O vbi nunc regni:generiſq; vbi gloria:q̃ te
Exedit labor:& miſeris feſtina ſenectus.
Quin age mitte p̃ces.nãq; eſt tibi nr̃a volũtas:
Si non ira deum:vel ſi placabilis vrget.

Virgil. Sic equidẽ ducebã animo:rebarq; futurũ Tẽpora dinumerãs. Traxerit.quũ dictũ ſit,Et lunã quarto denſam videt imbribꝰ ortu Theſpiades. Infelix. cuius rex aduerſus Argo. infeliciter pugnarit. Pugnam. inter Amycũ & Pollucẽ.Propior.Bebryciæ.Inſedit.Ideo dictũ prius. Fatidici pœnis horrẽtia Phinei.

Miſereſco.

Miſereſcite. ſingulare protulit Papi. Theb.j. Et generis miſereſce tui. Erratũ.pera gratum. Tẽpus.nõ tempus poſtulat vt nunc gemã meos errores/regni amiſſionẽ/aut cęcitatem. Domos. Arcadicas thraciaſve. Illicet oẽs ꝓpellũtur ſed actutũ redeũt.

Harpyiarum ſignificatio.

Per tres Harpyias quidã ſupbiam/auaritiam/& inuidiam intelligũt. Alij auaritiã inuidiã & adulationẽ. Harpyijs quidẽ ſimiles ſunt aſſentatores:qui reiecti & excluſi recipiũtur: nec poſſunt penitus abijci,niſi ſumma vi: quã Phineus pœnitentia ductus,aut Aeneas Phrygius euulſus illecebris diuino merent̃ auxilio. Aliena vt diximus rapiunt: virginea ſimplicitas illis:ſub qua monſtrũ ingẽs occulitur.in quos periculoſius eſt incidere q̃ in coruos. Niger. Sic interpretatur Celęno.

Ocypitẽ.

Diripiũt.cõuenit Ocypitę quę citius rapiens dicitur.

Thyella. Aella.

Turbine. Apoll. interpres ait Harpyias oẽs vocari Thyellas turbines & ꝓcellas. Sic & αελλα.ησ ꝓcella dicit̃ & turbo.& αελλησ.εοσ.procelloſus.& αελλοπουσ habens pedes celeres,& velox pedibus.

In auaros.

Verrũt.illud eſt Harpyiarũ naturale violentis pecuniarũ exactoribus collatatum/qui vel iure vel iniuria impromiſcue nũmos aggerẽtes vngues rapaciſſimos in iuſtorũ viſcera condunt. Talibus ſi contingat probos obſiſtere,dignos cenſent qui ad ſcalas tollantur Gemonias/aut in barathri voraginẽ præcipitẽtur. Has ſanguiſugas/Harpyias/propudioſoſq; verrinũmos/& ęruſcatores/pecunię immorientes dum pecuniæ inhiant, nec expleri queunt,aurea Craſſi fame laborãtes/cum Cyro ſepulchra violare paratos, cum Palamede terrę viſcera ſcrutatos execrantur omnes. a Solymarũ æde manus vncas non cohibẽt: pauperum ſubſtãtiam(vt dicũt)ipſumq; Iacob deuorant. Nõ iniuria itaq; rapacibꝰ Harpyias eruditiores cõferunt.Nec Sidonij illud omittendũ eſt. Ad epulas incedũt armati:albati ad exequias: ad eccleſias pelliti. Pullati ad nuptias: ad letanias Caſtorinati. Nullum illis genus hominum/ordinum/tẽporum cordi eſt. In foro Scythæ:in cubiculo viperę:in conuiuio ſcurrę:in exactionibus Harpyię:in collocutionibus ſtatuæ. Alias inuenias Harpyias Thraſoniana ſcatentes iactantia inter obſidiones vmbraticas. Plura Cęl. Parq; mihi. Miſerrimã id notat auarorum cõditionem/ qui diuitijs mãcipati eas nec quidem audent cõtingere/quas aſſidue concumulant: & vt dici poteſt quo plus ſunt potę plus ſitiuntur opes. Leuiſſimũ ſane edulium:quo excitatur non tollitur appetitus:potus melle & felle mixtus,quo inebriati cęcantur. Et Pluto diuitiarum deo pares luminibus capti iacent:inter opes ineſcati corripiuntur:inter auri ſplẽdorem ſordeſcũt.digni profecto aptent qui collo quẽ inuenient laqueum: cum inter rerum affluẽtiam Crœſeaſq; opes Iri mendicantes eſuriũt. Aquilonia proles.

Zetes & Calais.

Zetes & Calais. Hebri. Fluuius eſt Thracię ex rhodope fluẽs. fuit rex Arcadiæ & Thracię. Cleopatra. Dionyſ.in Argo.ait Phinea Thracię regem abiecta Cleopatra Harpalicen Scythię regis filiam duxiſſe. Alij dicunt Boream genuiſſe Zetem & Calaim.

Harpalice.

Harpalicenq; ex Orithyia:& Phinea Harpalicen duxiſſe vxorem. quã poeta vocat Cleopatram, Acteamq; a matre. Nec aliam putant ab ea quã Virg. celebrat in primo Aeneid. Vel quales equos Threiſſa fatigat Harpalice:volucremq; fuga prędertitur Hebrũ. de hoc Seruius & Land. nonnulla referunt.

Phineus.

Leontius vt teſtis eſt Boc.in quarto,ait Phinea regem Arcadię ditiſſimum & auarum mortua vxore Stenoboe ex qua Palemonem & Phinea ſuſceperat, duxiſſe Harpalicen Boreæ filiam Zetis & Calais ſororem. lege Diod. in quinto multa dicentem de Boreadis & Cleopatra ſorore/Phineoq;. Veſtra. ſoror. Actęę. quę fuerat filia Orithyię Athenienſis. etſi Boccat. docet i Leontio Boreę filiam fuiſſe: ſed ex qua matre neſciri. Parenti. Boreæ. cuius filiam duxiſti. Miſeris feſtina. Miſeria curę & labor ſunt cauſa feſtinę ſenectutis. Si nõ ira. iamiam pœna liberaberis ſi Iuppiter placari poteſt, nec ira deum perennis eſt.

Teq; ait.o Iouis ira ignoſce.Iniuſti.quum tã ſęua lõgaq; pœna eum afficiebat qui parum deliquerat. Diſcrepat Val. ab Orpheo.nã vt etiam ſcripſit Apoll.(inquit Pius)Phineus a Zete & Calai tanq̃ innocens adiutus eſt.Orpheus vero non ſolũ non adiutũ/ſed vt ſummo dignum ſupplicio luminib⁹ captum/e regnoq; exactũ canit.Nec credite.diluit crimen quod obiſciebaẽ ab aliquibus. Fata loquax. non eſt loquar legendũ.eſtq; ſenſus.Nõ ideo ſum oculis priuatus,q̄ ſęuus ſceleratuſq; fuerim creditus.verũ q̄ miſericordia in gen⁹ humanum motus Iouis arcana retexerim,nec legas Iram parce ſenectę:ſed iam ſecũda litera ſubſtracta.Irę.ceſſauit cauſa indignationis & irę. Imagine.ſpecie ſeu genere ſupplicij qđ erat crudeliſſimum. Seruant. obſeruant mare & cęlũ an hac vel illac aduolarent Harpyię. Miſero.Phineo.Pallẽtia ora.quod famelicorum eſt auarorum.Fragrat.eſt verbũ mediũ. ne legas flagrat. Auerni.Plutonis:qui & Orchus diciẽ,& Typhon pater,vt diximᵘ, Harpyiarum: quę hominẽ cruciant/cibos cõtaminãt:nec auelli facile poſſunt. Halitus Auerni. Virg. Graue olentis Auerni.ergo nũc grauis ſignaẽ halitus & quaſi Mephitis. de qua Ser. in Sept. Aen. Vnũ. Phinea.Cocytia nubes. ſunt eñ raptoris inferni filiæ. Sola. in nũero plurali.vt apud Sen.in Oedip.Nunc Oedo-

*Sola.*

nio vel Oedonis pede Pulſauit ſola Panggi. vbi miſere falliẽ Bernard. credẽs adiectiuum eẽ.Emicat. Eminet. Genitor.Boreas. Lues. Harpyię.Ruinę. non minus acute & ingenio ſe legetur rapinæ:etſi omnes codices oſtẽdũt ruinę. quod vix placet. Aemonidæ.Theſſali Argonautę ſuſpicientes pugnã.Palantia.errantia per aera.Heſperiæ.Italię. Letalis.peſti-

*Plinij interit⁹.*

fer & exitialis.qđ teſtatur Plinij exitus:qui cũ ad noſcendã e Veſeuo monte caliginem ortã propius acceſſiſſet ſpiritu obſtructo interijt. Aeoas.Hyperbolico ſermoni nimium ſtudetur:aut me duce legatur Aeęas.Nã teſte Põp.

*Aea.*

Mel.circa Siciliam in freto ſiculo eſt Aea inſula quã Caliſpo inhabitaſſe fertur. Et Home.

*Aeęus.*

ait cultã a Circe:vnde nomen Aeęus.a.um. deduciẽ.& a poeta in.vij.Circe Aeęa nominatur.ego facilẽ puto lapſum fuiſſe. Induit.tegit. Turbine. nam & nomẽ Thyella vt dictũ eſt cooperatur. Ionij. Maris qđ reſpicit Italiã trans Hadriaticũ mare. Id Virg.exprimit.In-

*Strophades.*

ſulę Ionio i magno &c. Strophadas.quę dicebanẽ Plotę/a cõuerſione nũc appellatę Strophades.ϛροφη enim eſt cõuerſio.dicunt duas eſſe.Ptol.loquens in quarto de inſulis adiacẽtibus Peloponneſo noiat ϛροφαδαϛ.& ſubiungens ait.Prima eſt τϛοτη,ϛφαϛια,θυγαμουϛα,ϛκοτεραι nomẽ ciuitatis & iſulę,ϵπλα, ϛαλακιϛ,αιγιμ. Ponti.maris Ionij. cuius meta eſt locus iter Strophadas & Elidem verſus Pelopõneſum. Typhona.Recte igitur dictũ

*Typhon.*

puto Inſup hunc Typhonides non Hirphoides. Fuit & Typhon fluuius p Apamiẽſem agrum prope Antiochiam in mare Seleuciæ delatus,inqt Strab.in.xvj.qui etiã dictus eſt

*Orontes.*

Orontes/ab Orõte Perſa qui pontẽ fecit,alio ab Artaxerxis genero : qui dicebat principũ amicos Arithmeticorꝝ digitis ſimiles eſſe.Fa

Suſtulit hic geminas Phine⁹ ad ſidera palmas:
Teq; ait iniuſti quæ nunc premit ira tonantis
Ante precor noſtræ tandẽ iam parce ſenectæ:
Sit modus:& fore credo eqdẽ:nã nr̃a voluntas
Qz iuuenes ſine pace deũ:nec credite culpam
Sæuitiæ:ſcelerum ve mihi nũc crimina pendi.
Fata loquax mentẽq; Iouis:queq; abdita ſolus
Conſilia:& terris ſubito ventura parabat:
Prodiderã miſeras hoim genus:hinc mihi tãta
Peſtis:& effuſæ media inter dicta tenebræ.
Iam tandem ceſſere iræ:nec caſus ab alto:
Ipſe volens noſtris:ſed vos deus adpulit oris.
Sic ait:& fatis ita iam cedentibus omnes
Impulit:& duræ commouit imagine pœnæ.
Inſtituere thoros:mediiſq; tapetibus ipſum
Accipiunt:circũq; iacent:ſimul ęquora ſeruãt
Aſtra ſimul:veſciq; iubent ac mittere curas.
Cum ſubitus miſero tremor:& pallẽtia primę
Ora ſenis fugere manus:nec prodita peſtis
Ante:ſed in mediis dapibus videre volucres.
Fragrat acerbus odor:patriſq; expirat Auerni
Halitus:vnum oẽs inceſſere plãctibus:vnum
Infeſtare manus:inhiat Cocytia nubes
Luxurians:ipſoq; ferens faſtidia viſu.
Tum ſola colluuie:atq; illiſis ſtramina menſis
Fœda rigant:ſtridunt alę:prędaq; retenta
Sęuit vtrinq; fames:nec ſolũ horrenda Celęno
Phinea:ſed miſeras etiam prohibere ſorores.
Emicat hic ſubito:ſeſeq; Aquilonia proles
Cũ clamore leuat:genitor ſimul impulit alas:
Hoſte nouo turbata lues:lapſæq; ruinæ
Faucibus:& primum pauidę Phineia tecta
Peruolitant:mox alta petunt:ſtant littore fixi
Aemonidę:atq; ocłis palãtia mõſtra ſequũt.
Sic vbi prorupti tonuit cum forte Veſeui



Heſperiæ letalis apex:vixdũ ignea montem
Torſit hyems:iãq; Aeæas cinis induit vrbes.
Turbine ſic rabido populos atq; æquora lõge
Trans abeunt:nullaq; datur conſidere terra.
Iamq; & ad Ionii metas atq; intima tendunt
Saxa:vocat magni Strophadas nũc icola põti.
Hic feſſę letiq; metu propioris anhelę
Dũ trepidãt:humiliq; graues timidoq; volatu
Implorant clamore patrẽ Typhona nefando:
Extulit adſurgens noctẽ pater:imaq; ſummis
Miſcuit:& mediis vox exaudita tenebris.
Iam ſatis huc pepuliſſe deas.cur tenditis vltra
In famulas ſeuire Iouis?quas fulmina q̃q̃:
Aegidaq; ille gerat:magnas ſibi legit in iras.
Nunc quoq; Agenoreis idem decedere tectis
Imperat: agnoſcunt monitus:iuſſęq; recedũt.
Mox tñ & vobis ſimilis fuga:cũ pmet Argos
Letifer:Harpyię nunq̃ noua pabula querẽt:
Donec erunt diuum meritæ mortalibus irę.
Hęſit vterq; polo:dubiiſq; elanguit alis.
Mox abit:& ſocię victor petit agmina puppis.
Interea Minyę pulſa lue prima tonanti
Sacra nouãt:tũ vina thoris:epulaſq; reponũt.
Ipſe inter medios ceu dulcis imagine ſomni
Lętus ad oblitę Cereris ſuſpirat honores.
Agnoſcit Bacchi latices:agnoſcit & vndam:
Et noua non pauidæ miratur gaudia menſę.
Hunc vbi recliuem ſtratis:& pace fruentem
Aſpicit:ac longe ducentem obliuia pœnæ:
Talibus appellat:ſupplexq; ita fatur Iaſon.
Vota ſenex perfecta tibi.nunc me quoq; curis
Eripe:& ad noſtros animum cõuerte labores.
Ois adhuc ſors lęta quidẽ:nec numine vano:
(Siqua fides curæ ſuperũ)tãtũ ęquor adorti
Tẽdimus.ipſa mihi puppẽ Iouis optima ples

ciunt eñ modo Myriada/modo Monada/interdum Triada. Pater. Pluton. Vox.admoniti ab Iride fuerunt ne Iouis canes pſequerentur.qđ videtur poeta innuere dicens ſuperiora mixta imis. Nã licet Thaumãtis filiã prædicent,ſunt tamẽ qui Phœbi natam & Aerię deę Iunonis miniſtrę dicant:& a nubibus nutricis loco educatã,rem phyſicam reſpiciẽtes. inter quos eſt Pont.lib.Meteo.fabulam commentus nõ illepidam.Nec negat Thaumãtis filiam fuiſſe habitam,dicens. Thaumãtis natam aſpiciẽs.Noctem.qui pater erat tenebrarum caliginem induxit.Illud tamen dictũ eſt propter nubium denſitatẽ quę opacitatẽ afferũt. Deas. diuerſa illis ſunt noia vt diximus. Quas fulmina.Licet Iuppiter Aegide fulminibuſq; ſit munitus,Harpyias tamẽ grauiter infenſus deligit quibus genus humanũ cruciet.In iras.vnde dictę ſunt Dirę. Agenoreis. Phineos Agenoris filij.Similis fuga.vt euolarunt ad Ionium: ita & vos ad Aegeum mare:illę ad Strophadas, vos ad Cycladas. Te-

*Tene.*

ne ſiquidem inſula eſt vna ex Cycladib⁹: ad quã Zetes & Calais dicũtur euolaſſe:vbi etiã duo viſa ſunt ſepulchra/ quorũ alterũ dicunt ſpirante Borea moueri. Ptol. in tertio Cycladas enumerans affert αρδρομ,τηνομ,ϛκυρομ, ναξον,παρομ,και ϛιφνομ. Sene.i Mede.canit Zetem & Calaim ab Herc.ceſos. Strauit Alcides Aquilone natos. Letifer. Iuppiter. Virgil. in tertio Harpyiarum vaticinia nõ ſemp vera oſtendit:ad qđ nunc recurri poteſt,ſi qđ prętulimus non placet. Ipſe. Phineus. Agnoſcit. quum prius vinum pollutiſſimũ bibens eſſe ſaniem putaret. Non pauidæ.quia Harpyijs liberatę.Vota.ad votum tibi omnia ſucceſſerunt.Omnis adhuc.proſpera fuerũt nobis hacten⁹ omnia.Quoq;.ſimiliter. Nec numine vano.ad hãc ſumus accincti nauigationem deorum voluntate. Iouis proles.Pallas

*Palladis parentes.*

Iouis cerebro educta,integræ ætatis puella,lactis nõ indiga. Alij dicunt patrem fuiſſe Neptunum,quidã Pallanta,nõnulli Tritonidos paludis ſobolem aſſerunt. Saturnia.Iuno Saturni filia. Quantũq;.quanto propius ad laboris metam accedim⁹,eo maiori premimur anguſtia,qđ & Aeneam plurimum anxit, & proximũ Italiæ longius repulit. Sic & Iſraelitas terrę pmiſſę vicinitas vix firmauit:& nos paſcha celebraturos ſcrupuli plures offẽdũt.

*Ad Phaſim nauigare.*

Doctiſſ.Heraſ.in ſecũda Chil. ad Phaſim nauigare prouerbialiter dici aſſerit cum de extrema nauigationis meta agiẽ.ſimiles adfert ſententias,ad auroram:ad gangem/Hercu.columnas/& ad britannos vltimos. Nec ſat.ſ.faciunt.Nota.quibus opus eſſe noſcebat:& quæ plerunq; euerat.vt Phœbi numẽ cuius erat

*Laurus.*

comes.Laurum.qua coronabantur vaticinaturi. Claud. venturi laurum præſciam dixit. Non grauatum.in quo viridis erat ſenectus, honoris maieſtatiſq; plena. Deis. Iunone & Pallade.vt ſubiunxit. Expediam.explicabo & expedite dicam. Grates. fata tibi exponã, & loca reſerabo adeunda:& hę ſunt quas poſſum gratias referre. Alij habent gentes,tũcq; erit ſenſus,aperiam tibi gentes quas poſſum reddere notas.ſ.idq; totum a Virg.ſumptum

Inſtituit:ſocioſq; dedit Saturnia reges.
Fidere mẽs ſed noſtra neqt:quãtũq; ꝓpinquat
Phaſis:& ille opũ ſũm⁹ labor:hoc magis ãgũt
Proxia: nec vates ſat iã mihi Mopſus & Idmõ.
Ille deum nec ferre preces:nec dicere paſſus
Amplius:hic demum vittas:laurumq; capeſſit
Numina nota ciẽs:ſtupet Aeſonis iclyta ꝓles
Phinea:te nunq̃ pœnis nullaq; grauatum
Peſte Iouis:ſic largus honos:tãtum illa ſenectę
Maieſtas infuſa:vigor nouus auxerat artus.
Tum canit:O terras fama venture per omnes
Quem ſociis ducibuſq; deis:atq; arte benigna
Pallados ipſe vltro Pelias ad ſidera tollit:
Demens:dũ profugi nõ ſperat vellera Phryxi:
Fata locoſq; tibi:poſſum quas reddere grates
Expediam:rerumq; vias finemq; docebo.
Ipſe etiam:qui me prohibet ſua pandere terris
Sęcula:te propter fandi mihi Iuppiter author
Hinc iter ad ponti caput : errãteſq; per altum
Cyaneas.furor his medio concurrere ponto:
Necdum vllas videre rates:ſua cominus actę
Saxa petunt : cauteſq; ſuas:cum vincula mũdi
Ima labãt:tremere ecce ſolũ:tremere ipa repẽte
Tecta vides.illæ redeunt:illæ æquore certant.
Dii tibi progreſſo propius:dii forſitan ipſi
Auxilium mentemq; dabunt.aſt ipſe iuuare
Auſa quibus monitis poſſim tua:qppe ꝑ altũ
Tenditis:vnde ꝓcul vẽti:ꝓcul vnde volucres:
Et pater ipſe maris pauidas detorq̃t habenas.
Siqua breuis ſcopulis fiet mora:ſi ſemel orſis
Vlla quies:fuga tũc medio ꝓperanda recurſu.
Vix repetunt primę celeres confinia terrę:
Iamq; alio clamore ruunt:omniſq; tenetur
Pontus:& infeſtis anceps cum mõtibus errat.
Verũ animo redit illa meo ſors cognita diuũ.

eſt introducente vatem Helenum Aeneę vẽtura prædicantem. Sęcula.vates enim futura cognoſcũt,tempora,& ſęculorũ momẽta.vnde Luc.Venit omnis in vnam Cõgeriem miſerumq; premunt tot ſęcula pectus. Nec oĩa reuelaturus eſt Phineus.ſicuti apud Virg.Helenus.Prohibent nam cætera parcę Scire.Sacris tamen literis mandatum eſt hominũ non eſſe tempora & momenta noſſe.Furor.impetus. Monitis.a ſecũda declinat.eſt,cũ ante in quarta fuerit. Primę terrę.ab Aegeo in Euxinum nauigantibus Cyanearum altera quę ſiniſtram tenet partem videtur Thraciã repetere:quæ dextram,Põtum & Bithyniam. Alio clamore. ſonitu aut voce:ad Pidari fabulam reſpiciendo qui Cyaneas olim vixiſſe ait,inter ſe concurrere: mutuiſq; clamorib⁹ ſeſe impetere ſolitas:& eas fuiſſe extinctas vt primũ illac Argo tranſijt. Pontus.mare Euxinum. Tartareas. Harpyias Plutonis filias. Incidit.cum accuſatiuo. Item cũ datiuo apud Papi. Deus icidit vmbris. eſtq; verior lectio q̃ excidit.Modum.finem.Pap.Nec furijs poſt fata modum.Dirę.Harpyię:quę & furię.Quę exibis.Legunt alij exibit & vacuũq;. Lyci.regis Maryandinorũ : cuius fratrem Otrea dixim⁹ ab Amyco victum cæſtibus . Victor.aut aliqua ergo inſigni clade Bebrycas poſt Amyci mortem affecerat fratrem vlciſcens/aut victor.i.voti compos e vitæ medio tam feroci hoſte ſublato.Si quem.Interierunt Idmon & Tiphys. Prædicti. ſolent tela prouiſa vt aiũt minus lędere:ſic dolor prædictus minus afficit.Ne defice:& accinge. Sic Aeneas Virgilianus ſocios excitabat. Durate & voſmet reb⁹ ſeruate ſecundis. ipſe quoq; a Sibylla ſic monetur. Tu ne cede malis,ſed contra audẽtior ito. Acheron. in Italia eſt ex Acheruſia palude fluens quæ eſt inter Capuam & Auerſam. Nunc autẽ ait poeta poſt Boſphorum Thracium eſſe Acheruſiam & hinc fluẽtem Acheronta aquis peſtiferis. de hoc Pomp.Me. ita loquitur. Iuxta Heracleam ſpecus eſt Acheruſia ad manes vt aiũt peruius. atq; inde Cerberum exiſtimant fuiſſe extractũ.In Tenaro etiam Laconico Neptuni templum eſt:& ſpecus illi quem in Ponto Acheruſium dicimus facie & fabula ſimilis. Grauem. graueolentẽ. Miſeris.quos etiam(inquit Strab.i.xij.)ſeruitus opprimit:& aer caliginoſus/peſtiferq; inficit.Non vno.quia duo erãt perituri.Carambin.promontorium eſt Paphlagonię:quã dixere Pylemoniam. opponiturq; frõti arietis quã dicunt κριου μετωπον.Iris.fluuius eſt ex Phanarea fluens / in ponto exoritur/æqualis Thermodonti . de quo plura apud Strab. in xij.Ancon.Egnat.xviij.ca.rac.ait Anconas vocari cubitos.vnde & loca ipſa quę in mare excurrunt,ita vt cubiti formã pręſe ferre videantur,dici poſſunt Ancones . Sicq; apud Ouid. Meta.vlti.legendum eſt.Et ſpiſſi littoris Ancon.nõ Antium vt Raphael putauit. nec defenſorib⁹ caret etiam doctiſſimis.Ancon autem in agro Piceno inde nomẽ traxit. Nam vt inquit Strab.in.v.Ager Picenus in longum magis q̃ in latum excreſcit.Et nunc Ancon dicitur ſimiliter in mari euxino quaſi

Cyanearum interitus.

Acheron. Acheruſia.

Pylemonia. Iris.

Ancon.



(Fabor enim:nec ſpe dubios ſolabor inani)
Cum mihi Tartareas ſæuo clangore volucres
Protulit ira Iouis:vox hęc ſimul excidit aures.
Ne vanas impende preces:finemq; malorum
Expete Agenoride.pontum penetrauerit vlla
Cũ ratis:& rabidi ſteterint in gurgite mõtes:
Tũc ſperare modum pœnæ:veniamq; licebit.
Sic deus.aut vobis ergo fera ſaxa pateſcunt:
Aut mea iam ſęuæ redeunt ad pabula dirę.
Verũ iter medias dabitur ſic currere cautes:
Certe digna manus: vacuũq; exibis in æquor.
Proxima regna Lyci:remeat q victor ab oris
Bebryciis.toto non vllus littore ponti
Mitior.hic lecto comitum de robore ſiquem
Perculerit vicina lues:ne defice caſus
Prędicti memor:atq; animos accinge futuris.
Illic peſtiferas ſubter iuga concaua torquet
Alter aquas Acheron:vaſtoq; exundat hiatu
Fumeus:& ſęua ſequitur caligine campos.
Linq̃ graue fluuiũ:& miſeris ſua fctã colonis.
Sic quoq; nõ vno dabitur tranſcurrere luctu.
Quid tibi nubifera ſurgentem rupe Carãbin?
Quid memorẽ q̃s Iris aq̃s:aut torq̃at Ancon?
Proxia thermodõ hic iã ſecat arua(memẽto)
Inclyta Amazonidũ:magnoq; exorta gradiuo
Gens ibi.fœmineas nec tu nũc crede cateruas:

cubitus ſeu locus protenſus & percurrens in euxinum verſus ſeptẽtrionem,inquit Strab. in.xij.multa referens in.vij.nec pauciora i tertio. Dionyſ.quoq; id aperte oſtendit nõ pauca dicens de Carambi quę Aſiã reſpicit,& ad eam pertinet:& fronte arietis:de qua Strab.in vij.& Pli.c.xij.li.iiij. His authoribus collectis poteſt doctiſſimus quiſq; quid ſit Ancon interp̃tari. Et ne quid omittam⁹,quũ Peuce inſula ſit forma trigona,cuſpis quę exporrecta verſus fluuium eſt,dicitur etiam Ancon.Volat. quoq; ait ꝙ Acone (quã nunc vocamus Acona) eſt iſula parua iuxta Chalcedonẽ in Bithynia: vnde cotes optimę afferũtur:quas dicunt Aconas.Et Soli.ca.lj.de reb⁹ memorab.ait Heracleam oppidum eſſe Lyco oppoſitum vbi eſt Aconæ portus.Pius quoq; ca. liiij.lib.pri.ait iuxta Heracleã portũ eſſe Aconę veneno aconito dirũ. Negat tamẽ Egnat. recte ſcribi Acon cui⁹ prior breuis eſt,vt præcedens in aconito. Dicit Pli. capi.j.lib.vj.ꝙ abeſt a ponti ore miliarijs ferme ducẽtis portus Anconæ veneno aconito dirus. Audiatur autem Apoll. quem vere in hoc interpretatur:aut ſaltem imitatur Vale. πολεος δ᾽ επι πειρασιν αιγιαλοιο ακτη επι προβλητι ροαι αλυος ποταμοιο λειμον ερευγονται. μετα τον δ᾽ αγχιρροος ιρις μειοτερος λευκοισιν ελισσεται εις αλα διναις κειθεν δε προτερωσε μεγας και υπειροχος αγκων εξανεχει γαιης. επι δε στομα θερμωδοντος. Anconis quæ eſt in Italia meminit Strozius.Pars Aquilona ſolũ qua Dorica proſpicit Ancon Pars alia in Venetas turbine fertur aquas. Thermodon. Amazonũ fluui⁹ in Cappadocia nominatiſſimus regione quidẽ Aſiatica. Seruius i Thracia eſſe dixit. Tortell.vero ait integram dictionem eſſe quũ oo geminatur:& interdum ſynęreſim pati: vbi vnicũ eſt.qđ ſi verum eſſet ſecũdam neceſſario corripere mus quæ tamen ſcribitur per ω.vt Herod.in Callio. & multis alijs locis, qđ fideles oſtẽdũt codices,reliquit ſcriptũ. ο δε θερμωδων ποταμος ρεει μεταξυ ταμαργησ τε και γλισαντος &c. Et cum diſcerni quãtitas ex hoc nequeat:qđ ante dixerat liquido demonſtrat,dicens τη δ᾽ επι θερμωδοντι και ασωπω λεχεποιη. Cõtendant ſi volunt alij legendũ eſſe θερμοδοοντι : qđ facile admittit Serui⁹ etiã ſecũda correpta:quã ꝓtrahit Sil.Nec cœtu leuiore: vbi mille pagmia virgo Lunatis acies imitatur Martia peltis Perſtrepit & tellus & Amazonius Thermodon.Spondaicus eſt verſus.qui contra ſentiũt rumpere facilius eſt q̃ flectere. Amazonidum. Has celebrãt & hiſtorici & poetę,Strab.in.xj.Herod.in.iiij.Iuſti. in ſcdo.P.Oroſius in primo,Mela,& Dionyſ.apud quos plura q̃ hic referri queant explicantur. Gradiuo.quarum regina propter bellacitatem habita eſt Martis filia. Fœmineas.immo viriles.non miretur quiſpiam earum imperium longe lateq; protenſum:nec arguat eo tempore vel viros i fœmineã incidiſſe mollitiem,mulieres vero opera exercuiſſe virilia/vel fabulamenta ſomniaq; fuiſſe.Lacedęmonias mulieres aiunt ea fuiſſe vigoris præſtantia vt armatæ cum viris in certamen aduerſus Meſſenios fortiter dimicarint. Germanorũ vxores aciem ſępius inſtaurarunt.Bohemiaq; non paucas habuit fœminas principatum inẽũtes.Habuit & Pannonia Mariam diui Stephani prolem vltimã:quæ viuente adhuc patre dicta eſt regina. Sed dices arma non tractaſſe.Omitto Semiramidẽ/Zenobiam/& Arthemiſiam : & Ioanna virginitatis flore inſignis/reiq; bellicæ dexteritate mirabilis fuit:quę ad Carolum a ſuis deſtitutum diuinitus miſſa,more Amazonio equitans parua Gallorum manu raptim collecta Anglorũ vires ſępe contriuit: & ex Biturigum regulo potentiſſimũ Galliarum regem effecit:virgo ſane ſanctimonia cõſpicua/operibus maxima/vitæ puritate clara/ cibi potuſq; tenuitate cõmendabilis/ſpiritu prophetico adflata. Hanc Pius Lothoringenſem fuiſſe ſcripſit:qđ qui Franciæ/Lothoringiæ/& Barri terminos optime nouerũt natione francicã aſſeuerãtes cõſtãter negãt.Nec cõmendatiõe indignę ſunt Bellouacę mulieres:quę a Carolo Burgũdionũ duce longa obſidiõe fatigatę aut verius irritatę inter Francos animoſe mœnia

Acone.

Alys. Iris.

Ancon. Thermodon.

Thermodon.

Amazones.

Lacenę.

Ioanna.

Leſbia puella

defendentes obſeſſorē e ſcalis in foſſas vrbis p̄cipitarũt: vexillaq; ad ſuos ꝑtraxerũt. Nec ignauꝰ ſe geſſit puella Leſbia inqt Pius: quę ꝑ murorũ p̄te machinis Turcicis diſiecta ſtās virilibꝰ armis induta oppidanis partim deditionē/ partim fugā meditātibꝰ ſalutē peperit, ſe primā Turcis obijciens/ꝑ mœniũ fractura depugnās & reuocās ad opꝰ defeſſos. Enyo. dea belli: q̄ Bellona. Alia a Pallade. interdũ eadē eſt. Pater. Mars. Chalybũ. Hi ſũt iuxta Paphlagoniā in pōto crudeliſſimi. optimo abũdantes metallo. Virgil. Et Chalybes nudi ferrum. Fraterna. Signat bellum inter Aeetē & Perſen motum. Aequum. ſuppleatur eſt verbum. Credere. fidere. Virg. Nimium ne crede colori. Sępe acri. ſententia notatu digna. Præſtat em̃ ſępe vti prudētia q̄ fortitudine: quod enim hæc deſperat: illa ſupplet & ſuppeditat. Opem. ſignatur auxilium muliebre nec ſpernendum. Nefas. Sic Virgil. prohibent nam cætera Parcę Scire. Precor. alij legunt procul. quod illo minus cōuenit: ſeu referatur ad pręcedentia licet duriuſcule aut abſolute. vt apđ Sen. Sit precor dixiſſe tutum. Tyro paterna. quā vrbē Phœnicię clarā dicit̃ cōdidiſſe Agenor priſci Beli filiꝰ/pater Phineos. Soles. dies & lumen. Nec metuā. nō metuā poſthac Harpyiarum proluuiem. Sonitus. vltima eſt tracta. legunt alij audiri. Inſana. aſſidue & ſæue ſe mouētia. Illa viris. Euris admitterem ſi liceret dicere non eſſe ab Euris p̄cipitata ſaxa: qđ non recipio legens libentius viris q̄ euris. Eſt enim ſenſus: neq; illa videntur hominibꝰ eſſe ſaxa: ſed quædā pars cęli in mare pręcipitata. Aduerſos. nauigantibus oppoſitos. Deſcendere. Propter aquarũ refluxus. tolli ſiquidem videbat̃ quũ procul fluebant aquę: quibus redeuntibꝰ tolli, aqua & mōtes deprimi videbātur. legit Sabel. auerſos & diſcedere: q; montes pone relicti & auerſi ꝑgredientibꝰ Argon. diſcedētibus ſimiles cernebant̃. Sed cũ Cyaneas rupes intelligamꝰ: quę nauigātibus argonautis opponebāt̃ nō lego diſcedere nec auerſos. Per iuga ſumma. Virgi. in. vj. dixit. Inde alias aīas quę p̄ iuga lōga ſedebāt Deturbat: laxatq; foros: ſimul accipit alueo ingentē Aeneam. In quē locũ Seruius ait iuga dici q̄ gręci ζυγα nũcupāt, & nos trāſtra: vt foros tabulata: quę & cũ trāſtris eadē ponimus. Nomine quēq;. hoc adijcit ad egregiā operā: vt qđ ſequit̃ ab ignauia repellit. facit hoc pudor: illuđ comitas. Idē animos. Cũ ventũ eſt in Bebryciam terror nos apprehēdit cōſpecto gigāte Amyco, & antro cæſorũ capitibꝰ manibuſq; reſpſo: & tamē cōtra ſtetimus: iuuitq; deus audētes. Perculerat. turbauerat/moueratq;/non fregerat. Nā ſtātes fuere: quoꝝ pleriq; cōgreſſum nō detrectarũt. Auſis. cœptis audacibꝰ. Phaleri. quē diximꝰ Alconis filiũ fuiſſe. Flāmata. incenſa pudore iuuētꝰ. Sab. legit aliquādo p̄tulerit: & pōdere vētus reponēdas docēs quas codices oēs habēt dictiones. Vnda. fluxus maris. Remittũt: tā vehemēs erat rupiũ colliſio, q; lōgius illiſę vibrabant̃. Flāma. ex ſilicũ ſeu rupiũ colliſione. qualis emicat inter tenebras. Is horror e nubibꝰ/tonitruq; milites plurimũ terret pręſertim ſi fulmē decidit. Iul.

Chalybes.

Tyros.

Iuga.

Sed qualis: & quanta viris inſultet Enyo:
Diuaq; Gorgonei geſtatrix innuba monſtri,
Nec tibi nũc horrēda rapax ad littora puppē
Ventus agat: ludo volitans cũ turma ſuperbo
Puluereis exultat equis: vlulataq; tellus
Intremit: & pugnas mota pater incitat haſta,
Non ita ſit metuenda tibi ſæuiſſima q̄q̄
Gēs Chalybũ: duris patiēs cui cultus in aruis:
Et tonat afflicta ſemper domus ignea maſſa,
Inde omnē innumeri reges per littoris oram:
Hoſpitij quis nulla fides: ſed limine recto
Puppis: & æquali tranſcurrat carbaſus aura,
Sic demum rapidi venies ad Phaſidis amnē,
Caſtra ibi iam Scythię frnaq; ſurgit Erinnys
Ipſe truces illic Colchos: hoſtemq; iuuabis
Auxilijs. nec plura equidem diſcrimina cerno,
Fors etiam optatam dabitur contingere pellē,
Sed te non animis: nec ſolis viribus ęquum
Credere: ſępe acri potior prudentia dextra,
Quā tulerit deus arripe opē: iāq; vltima nobis
Promere fata nefas: ſileo procul. atq; ita facto
Fine dedit tacitis iterum reſponſa tenebris,
Tum ſubita reſides ſocios formidine Iaſon
Præcipitat: rumpitq; moras: tēpuſq; timendi,
Ipſe viros gradiens ad primi littoris vndam
Proſequitur Phineus. quænā tibi p̄mia dixit:
Quas decus o Borę poſſem p̄ſoluere grates:
Me Pangęa ſuper rurſus iuga: meq; paterna
Stare Tyro: dulceſq; iterum mihi ſurgere ſoles
Nunc reor. exactæ verum ne abiere volucres:
Nec metuā: tuteq; dapes: date tāgere vultus:
Definite amplexus: propiuſq; accedite dextrę,
Dixerat. abſcedunt terris: & littora condunt,
Omnibus extemplo ſęua ſub imagine rupes
Cyaneę: propiorq; labor: quādo adfore quaq;



Parte putent: ſtant ora metu: nec feſſa recedũt
Lumina diuerſas circũ ſeruantibus vndas,
Cum procul auditi ſonitus: inſanaq; ſaxa,
Saxa neq; illa viris: ſed præcipitata profundo
Siderei pars viſa poli: dumq; ocyus inſtant
Ferre fugā maria ante ratē: maria ipſa repente
Diſijcere: aduerſoſq; vidēt deſcēdere mōtes:
Omnibus & gelida rapti formidine remi,
Ipſe per arma volās: & p̄ iuga ſumma carinæ
Hortatur: ſupplexq; manus intendit Iaſon
Noīe quēq; p̄mēs. Vbi nũc promiſſa ſupbat̃
Ingenteſq; minæ: mecum quibus iſta ſecuti:
Idem animos certe viſo timor omnibus antro
Perculerat: ſtetimus tamē: & deꝰ adfuit auſis.
Qui iterũ idē aderit (credo) deꝰ. hęc vbi fatꝰ
Corripit abiecti remũq; locũq; Phaleri:
Et trahit. inſequitur flammata pudore iuuētꝰ.
Vnda laborantes præceps rotat: ac fuga pōti
Obuia miſcentur rupes: iāq; æquore toto
Cyaneæ iuga præcipites illiſa remittunt.
Bis fragor infeſtas cautes aduerſaq; ſaxis
Saxa dedit: flāma expreſſo bis fulſit in imbri,
Sic vbi multifidus ruptis e nubibus horror
Effugit: & tenebras nimboſq; itermicat ignis:
Terrificiq; ruunt tonitrus: eliſaq; noctem
Lux dirimit: pauor ora virũ: pauor occupat au
Haud ſecꝰ ipleuit pōtũ fragor. effluit iber (res
Spumeus: & magno puppē p̄cul æq̄re veſtit.
Aduertere dei: defixaq; numina ponto:
Quid ſcopulis p̄cluſa ratis: quid dura iuuētus
Expediat. pendet magnis fauor ortus ab auſis.
Prima coruſcāti ſignum dedit Aegide virgo
Fulmineā iaculata facē. vixdum ardua cautes
Ceſſerat: illa volans tenui p̄ concita ſaxa
Luce fugit: rediere viris animiq; manuſq;

Frōt. ait Atheniēſes i pauorē maximũ lapſos cũ i caſtra fulmē e cęlo ruiſſet: q̄ aiaduerſo Pericles Xātippi filꝰ militibꝰ in cōcionē vocatis ſuo fulmie & tonitru fulmē fieri ex nubiũ attritu oſtēdit: & colliſis ſilicibꝰ pauorē repſſit. Iũgit q̄q; qđ añ de Chabria duce optio p̄tulimꝰ, dicēte militibꝰ territis, tũ eſſe potiſſimũ cũ hoſtibꝰ pugna decertādũ cũ deorũ maximus Iuppiter auxiliũ adeſſe ꝓximũ fulmine teſtaret̃. Ora. Quia moueri cernebāt. Aures. Quia tātũ audiebāt fragorē. Veſtit. Tegit ſeu cigit. Dura. Fortis & ꝯſtās laboriſq; patiēs. Pēdet. Digni qdē erāt fauore q̄s tā ardua nō terruerāt. Atq; vtinā cōtigat grā itētatũ opꝰ adgreſſis, q̄ Cretēſi Pheaciq; habita eſt. Hom. η. ὀδυσ. inuēs audētē virũ in oibꝰ opibꝰ meliorē: etſi e lōgiq̄ ꝓdierit oia melꝰ exequuturũ ait. θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων ἔργοισι τελέθει, καὶ πόθεν ἄλλοθεν ἔλθοι. ſ; nos forſan ꝑcul hic. Virgo. Pallas. Iaculata. Vtit̃ v̄bo quo Virg. Iaculata e nubibꝰ ignē. Signũ. Dicunt alij Colũbā a Phineo Iaſoni datā, q̄ poſteriorē plumarũ p̄tē itercepta reliqt, idē Argo vēturũ oſtēdēs. Tenui. Quia vmbroſum faciebat locũ rupiũ vicinitas. Rediere. Sab. codicē nactꝰ eſt mendoſum vbi erat cecidere, & recte iubet reponi rediere: ſic in verbo fallit ſubdititio p̄ fallor: & adductis p̄ abductis. Abductis. Semotis. Dies. Lux. Occurrere. Offerri. Sed neq;. Nō poterat vector vela pandere nec remos agere. Sup adſunt. Impediētes ne libera eſſent vela. Scopuli. Nō ſinētes remos libere moueri. Detorq̄t. Deflectit. Hom. xij. Odyſſ. ait Circē multis Vlyſſem monuiſſe: inter q̄ illud fuit: vt vitatis ſirenibꝰ a petris altis & rupibꝰ quas dij imortales Planctas vocāt caueret. Illac nāq; nec aues trāſibāt ipune: nec timidę colũbę ambroſiā Ioui miniſtrātes. Ex illis em̃ aliqua ſemp intercipiebat̃: in cuiꝰ locũ aliā Iuppiter ſufficiebat. nemo trāſeũtiũ effugere poterat. Sola Argo illac p̄teruecta eſt ab Aeeta rediēs: quę petris magnis colliſa fuiſſet niſi Iuno ob amorē quo Iaſona: vti p̄mũ diximꝰ ꝓſeq̄bat̃ eam gubernaſſet. Quidā ſcribũt planctas. Sed Home. μ. ὀδυσ. πλαγκτὰς δή τοι τάς γε θεοὶ μάκαρες καλέουσι, inqt. Sũt autē in mari Siculo vt Cyaneę in Euxino. Qđ fingit Domit. de Colũba Argo viā aperiēte itet Cyaneas, Hom. ad Planctas refert. Sic & Pigargũ, Herodiũ ve ex eodē noiamꝰ. hanc auē dicũt qdā vnā eſſe ex Diomedeis: qđ lexicō grecũ oſtēdit. Home. κ. ιλ. cecinit. τοῖσι δὲ δεξιὸν ἧκεν ἐρωδιὸν ἐγγὺς ὁδοῖο Παλλὰς Ἀθηναίη. vñ etiā ſũptũ ē qđ añ ex Domit. adiũximꝰ. Fuit ſiqdē oblata auis herodios Diomedi & Vlyſſi dux itineris cũ relictis caſtris Troianoꝝ cōſilia exploraturi itēpeſtæ nocti ſe credidiſſent. Mixtis arenis. Sab. legit Mixtꝰ ahenis. forſan cũ hoc ſenſu: velut ignis vaſis ahenis mixtꝰ verſet aq̄s feruētes. Verior tñ ē hęc lectio & ātiqor, cuiꝰ ſēſus ē. Mari ima ſic fremebāt, piñ atq; ſi ignis fuiſſet ſuppoſitus. ad volutionē. n. aq̄ ſequuta fuiſſet arenę reuolutio. Nec obſtat ſeueriuſcula Frontonis pliũ apud Gel. rephēſio: q arenis calētibꝰ ſe vſum dicentē non verbo carere aſſeruit: licet morbo eductũ. Dixit. n. Virg. Furit æſtus arenis. Sũt

Fulminis terror.

Planctæ.

Pigargus.
Herodios.

h. v.

p̄terea oratori leges:quas p̄tergredit̃ poeta.licet ergo antiquę lectioni hęrere mixtis:ita ſcriptum habent codic.Bonon.Ima fremũt. Ne legas vna.fremebãt imę aquarũ partes.& per hoc innuit̃ qđ dixit Virg.Furit æſtus arenis. Angit̃.Mõtiũ vicinitate conſtringitur.Pergere.Sic lego cum codicibus antiquis. Monuit Sab.inſpiciendũ nũ recipiat̃ ſyncerius porrigere:ſed quũ ꝟbũ ſit textui male cohęrẽs:q claudũ facit,puto Sab.porgere reliquiſſe.Corymbis extremis.Inſonuerũt ſaxa argo nauis extremitates cõſtringẽtia.Nec coronas intelligo:licet dictũ ſit Viſa coronatę fulgens tutela carinę.nõ qdẽ propter corymbos textiles ſed flexã in puppi ſummitatẽ:aut verius propter coronas regũ qui nauigabãt. Solebant enim regũ naues cũ nauigantiũ armis in eminẽti loco coronã vehere:q̃ ideo dicebant̃ coronatæ. Propert.Ecce coronato pars altera vecta faſello Mulcet vbi Elyſias aura beata roſas:dixit de naue felices vehẽte dignos qui tã inſigni tãq; pulchre cõpto nauigio ferãt̃ : cũ p̄po ſuerat. Turbaq; diuerſa nauigat omnis aqua Vna Clytẽnæſtrę ſtuprũ vehit : atraq; Creſſæ Portat mẽtitę lignea mõſtra bouis:Ecce coronato &c. Nõ ergo putes cymbarũ extremitatẽ coronas inferre : ſed vt diximꝰ in primum ακροϛολια.i.fororũ extremitates , ſeu etiã ſũma & extrema nauis latera : nã & ſeqt̃ Latera vtraq; quippe Diſſiluiſſe putant.aut ακροκορυμβα melius: de quibus ante.Nefas. Quia res erat ſacra,ex locis ſacris collecta.Pars.Poſterior.ſ.Cætera. Anterior cum lateribus dicitur in cælum tranſlata teſte Hig. Cõclamant. Pręe timore.quod ſequẽtia ſignãt. Nec prius. Nec retro prius oculos flexerunt , laborem ve remiſerunt , q̃ ad Rhebæ flumina vẽtum eſt. Flumia Rhebæ. Perpauca notauit Sab. in quartũ Val. eruditior habendus ſi Rhebæ nõ meminiſſet: ꝑ qua dictione Phœbi repoſuit.& ne falſum impingere videar,Sab.verba ſubiſigã dicẽtis. Sic infra vbi eſt fallit , vide ne fallor eſſe debeat : vbi adductis melius ſit abductis:vbi mixtis mixtꝰ:vbi arenis ahenis:vbi vna,ima:& vbi Rhebę eſt ibi melius fortaſſe ſit phœbi:vbi ſi feſſi repoſuiſſet Boccat.ſi codex non eſt mẽdoſus fautorẽ habuiſſet,ſi Rheſi Pliniũ.Eſt eñ Rhebas inqt Boccat.noie Feſſus, Boſphori faucibꝰ ꝓximꝰ in qt Volat.Cuiꝰ ita meminit Dionyſ.His ꝓxima eſt Bithynia lęta qdẽ regio , atq; omni referta vbertate:quã Rhebas fluuiꝰ amœniſſimus gratiſſimis ꝓfundit aquis,donec in pontum conciderit:quibus nec vllus eſt in cęteris terris amnis iucũdior:neq; qui magis ad delectationẽ voluptatẽq; cõſpicit̃.Priſc.quoq; in Perih.Bithyniq; viri pinguiſſima rura colentes:Qua Rhebas pulcher gratiſſima flumina voluit . Hermol. ex Arriano & Euſtath. ait poſſe dici Rhebas.ãtis.& Rheba.æ.nobis auxilio eſt Apol.in.ij. dicens.φυλατε βιθυνωμ αυτη κτεατισατο γαιη ες επι ρηβαιου προχοασ.vbi interpres.τησ μεμ παφλαγομιασ μεχρι του βιλλαιου ποταμου κατεϛρεφατο πασαμ:& q̃ multa ſequunt̃. Itẽ Apol. iterum meminit.εισ οκεμ αυτε ρηβαμ ωκυροημ ποταμομ ακτημ τε μελαιμαμ γμαμ.+αυτεσ

Nauium corona.

Rhebas.

Vt videre viam:Sequor o quicunq; deorum
Aeſonides vel fallit ait:præcepſq; fragores
Per medios ruit:& fuſo ſe condidit antro.
Cœperat intendens abductis montibꝰ vnda
Ferre ratem:pelagoq; dies occurrere aperto.
Sed neq; permiſſis iã fundere rector habenis
Vela:nec eniti remis pote:cum ſuper adſunt
Cyaneę:premit vmbra ratẽ : ſcopuliq; ferũtur
Cõminus.hic Iuno/pręcepſq; ex æthere Pallas
Inſiliunt pariter:ſcopulos hinc nata coercet:
Hinc cõiunx Iouis:vt valido q robore tauros
Sub iuga:& inuito detorquet in ilia cornu.
Inde velut mixtis Vulcanius ardor arenis
Verſet aquas:ſic ima fremũt:fluctuq; coacto
Angit̃:& clauſum ſcopulos ſuꝑeffluit ęquor.
Contra omnes validis tenui diſcrimine remis
Molibus. conatib9 ſeu difficultatẽ reſpicias, ſeu meditamentorũ altitudinẽ ac magnitudinem. Almum iubar. Sic Virg. diem almũ vocat. Naſcere pręq; diem veniẽs age lucifer almũ. ab alendo. eſtq; iubar neutr. g. Ennius in Maſcu. protulit. Interea fulgit albus iubar hyperionis curſum. Veterũ. ne legas verũ dictionẽ trũcã/& mutilã. Veterũ, q nõ fuerũt ea quã ſum9 audacia. Preces & dicta ſupbus. ſi nr̃as pces ſpuerit. In ſupbos q pces negligũt efferunt̃ m̃ti poetę. Sen. i Herc. Fur. Sequit̃ ſupbos vltor a tergo de9. ſ. Nemeſis. Oui. quoq; multis i locis quãtũ pepererint exitiũ pces cõtẽptę apte oſtẽdit. Hom. ix. Ilia. ppulchre Preces fingit Iouis famulas comites alterius famulę Ates, quã dicũt offenſã/nocumẽtũ ſeu detrimẽtum: cuius ante meminimus. Strabę quidẽ ſunt, claudę, rugoſę: cũ robuſta ſit Ate veloxq; & integra, comites pcurrẽs, mũdum vniuerſum peragrans, genus humanũ lędẽs Cui malo occurrẽtes Preces pro cultorib9 Iouem adeũt: quas admittit/reueretur/exaudit. Sin ſpretæ fuerint, magna imminet pnicies. Hęc & plura Hom. docẽs deos exorabiles eſſe quos lęſim9 ſi hoſtię, ſacrificia, votaq; & libamina offerãtur. In arctis. in tãta rerũ anguſtia nõ debemus pudore vinci. Nouem. nouenarius numerus vtpote pfectiſſimus a m̃tis celebrat̃, a numero eñ impari ad imparẽ procedit: & impariter impar i impares partit̃ triadas. Virg. Nouies ſtyx iterfuſa coercet. Vnde per ora nouẽ vaſto cũ murmure mõtis It mare pręruptũ. Ouid. Se putat oblit9 regiſq; ducisq; meiq; Nonus i officio. Auſo. Ter bibe: vel toties ternos: ſic myſtica lex eſt. Plura refert Cęl. in. xij. Illud nõ ptermittẽdũ adiũgẽs nouẽ muſas dici Heliconidas: nõ ab Helicone mõte: ſed qa organũ qđdã muſicũ dr̃ Helicon: i quo nouẽ ſunt chordę: quaꝝ tres ſunt epitati/tres Hemiolij/& tres Diplaſi. Nõ eſt tñ ſpnẽda illoꝝ opinio/q aiũt Heliconẽ vñ Heliconiades ſunt muſę appellatę, Atticę regiõis mõtẽ Phocidi vicinũ: nõ qdẽ alterũ ex Parnaſi cacuminib9 vt falſo oſtẽdit Serui9. & qui illũ ſequit̃ Tortell. teſtis eſt Beroald. Circęi cãpi. Apol. vocat κιρκαιον πεδιον a Circe. Luce reducta. orto iã ſole. Sẽſerat vt. nõ eſt legẽdũ &. ſenſuſq; eſt: poſtq̃ Medea varijs territa ſomnijs ſenſit noctẽ prętериjſſe. Primi. primũ oriẽtis. Luſtrãtia flumina. Sõnijs cõtaminata Med. fuerat. Serui9 in. viij. Aeneid. ait noctẽ ſolo polluere ſomno. Vñ Virg. inqt. Nox Aeneã ſomnuſq; reliquit. Surgit: & ætherei ſpectans oriẽtia ſolis Lumina rite cauis vndã de flumine palmis Suſtulit. & Perſ. Sat. ij. Et noctem flumine purgas. i. ſomnia nocturna. Et Flac. nr̃ Virgi. imitãs verbis vtit̃ ſacrificalib9 dicẽs. Et horrẽdas luſtrãtia flumĩa noctes. Intelligunt̃ eñ terrifica Medeę ſomnia a deis inſpirata q̃ futura erãt neceſſario portẽdẽtia. & dicũt̃ θεοπνευστα quaſi diuinit9 inſpirata. Tũ aqua op9 erat. Nec ſolũ ſomnia nocturna fluminib9 ablui & expiari contingebat: verũetiã q̃cũq; erant cęde/cadauerũq; cõtactu polluta, qđ Macrob. ſ. c. li. iij. fatur. multis explicat. & nos a pctõ ſolui poſtulãtes ãpliuſq; ab iniquitate lauari man9 abluim9: & iniquus Solymorũ prępoſit9 Põtius man9 lauit: cui9 mẽtẽ impurã & cõtaminatã põt9 ab ipietate nõ expurgaſſet. tetigit & hoc Sen. in Hercu. Ignouit tamen ſibi nam furoris fonte Cyniphio ſcelus ſub axe Libyco terſit: & dextram abluit. Sed hic loqmur de luſtrãda nocte. Nos ſane ſupplices a deo petere ſolem9 vt procul ſomnia recedant/ & phãtaſmata nocturna, ne corpus perferat qđ animus non ſentit: inquit Beatus Auguſt. Tales noctes lachrymę luſtrãt & flumina viua. Horrẽdas. ſomnia terrifica. Nãq; exprimit ſomniũ quo noctem dixit pollutã ideo luſtratione indigentẽ. Nullę curę. quę ad ſomniandũ impellere potuiſſent. Viſa. ſignat fugã & cõnubium. Caſtis. qui ſacri erant Dianę virgini quæ dicitur Hecate. Patris. Aeetę. dum vellet patrẽ amplecti, non potuit ppter longum interſtitium. Inter. nam Theſſalia & Colchis ponto diuiditur. aut etiam nauigantem ſignat. Stupefacta. attonita q procul a patria inter ignotos/& in mari. Legit Sab. ſtipata. Frater & amne ſequi nantes. ſunt qui legunt Fraternam mortem ante ſequi: intelligẽtes mortẽ Abſyrti ſeu Aegialei quẽ Medea i loco qui dictus eſt τομοσ, manib9 diſcerpſit. Sed illud eſt a poetę progreſſu alienum. legit Sab. aliquãdo Frater & a mẽto nantes. quod vt ingratum recte damnat: nũcq; legit vt impreſſum etiã habet codex Bonon. Senſus autem erit. Abſyrtus videbatur ſequi nantes: eos intelligẽdo qui Argo. ſequẽtes fluctibus obruti ſunt vt Styrũ regem & alios. Aut referas ad Argo. nauigãtes. id ſi nõ placet admittatur fraternam mortẽ ante ſequi &c. viderat Med. Colchos ſequi Argon. ante cędem fratris: mox tto attonitos ſcelere ſtetiſſe, curſũq; repreſſiſſe. Nam Aegialei mẽbra remorati dicũtur collegiſſe. iſq; ſenſus facilis eſſet, licet vt dixi a Val. videatur remot9, ſi deinde repetet̃ viderat Med. pueros intẽta nece trementes & ſe trementẽ &c. quod eſt duriſſimũ: ideo priora placent. Amne. Iſtrum intelligit: ad cuius oſtium Colchi Argon. conſecuti ſunt, vt videbim9 in vlt. Pueros. Dindymũ & Alcmenum. nam Theſſalus in tẽpore aufugit. quod tamẽ poeta nõ cecinit morte pręuẽtus. Fletu. q vel cędẽ cõmiſerat: vel verius q ab Iaſone deſerta in gratiam redire non poterat. Minis. ſomnijs portendentibus ſcelus tam indignum, minas, & repudium. Fluuios. quorum fluento ablueretur ne illotis vt aiunt manibus ſacram Hecates ædem ingrederetur. Sicula vrbe. Adranium vrbem ſignare poſſumus: iuxta quã factus eſt Proſerpinę raptus. Id totum ſatis apertum illi qui ſecundũ Claud. de raptu Proſerpi. euoluerit. Proſerpina. huius prima indifferens eſt. Sene. Vidiſti Siculæ regna Proſerpinæ. Priuſq̃. pallor plurimũ de forma tollit. Auerno. Plutone. qui Auernus & Orchus dicitur. Hanc facit comparationem Papin. in Achill. commendans Deidamiam a pulchritudine. Quales ſiculę ſub rupibus Aethnę Naiades Aethnęas inter Diana feroxq; Pallas. Erunt forſan qui Ennam non Adranium intelligent per vrbem Siculam. de qua & Aethna multa Parrha. a ſtudioſis non prætermittenda. Diodo. ſane in quinto ait Medeam ad templum Solis quod erat in littore ſitum cõfugiſſe quo tempore Argonautę a Taurica in Pontum noctu delati ad templum peruenere. ibi Medeam iuxta littus ambulãtem quum inueniſſent ab ea de hoſpitum cęde edocti virginis humanitatem collaudarũt, & quæ ſequũtur. Immittis. Omnes codices immittis habent: vide an gratius ſit immitti aut immitis dicas pro inquieto poſitum quum Medeæ animus non eſſet in tranquillitate. Parentes. Aeeten & Hecaten/ſeu Hypſeam vt alij dicunt. Fluminis. Phaſidis. Nutricem. Heniochen. in hoc ſeruatur honeſtas. Rarenter enim videbis virginem ſine duce, vt hic ſine nutrice. Apud Papin. non eſt Antigone ſine ſene: nec ſine nutricibus ſunt Adraſti filiæ: quod ante relatum eſt. Flammea. rutila. Imbellis. vt diximus pacifere. Ac Iuno. ſenſus cum ordine erit. Iuno robur perfudit pulcherrimum: cui plurima erat de Iaſonis ſalute cura: & magni ſedebant labores. eſtq; ſedere modus vltimus pro primo. Nec præteritum tempus completum importat: quod metri ratio oſtendit. Perfudit luce. Virgilianũ eſt. Nanq; ipſa decoram Cæſariem nato genitrix lumenq; iuuentæ Purpureum & lętos oculis adflarat honores. Talaum. fratrem Leodoci. Ampyciden. Mopſum filium Ampyci. quem diximus vaticinij peritiſſimum. vnde Mopſo certior adagium eſt. Tyndaridas, Caſtora & Pollucem. Comãtes. ex quorũ fronte plurimus manabat fulgor. & fit adluſio ad aſtra.

Helicon.

Noctis cõtaminatio.

Tomos

Auernus.

Talaus.

Sic tum diuerſis hinc atq; hic molibus anceps
Pectora dux crebro gemitu q̃tit: optat & almũ
Iam iubar: & certi tandem diſcriminis horas,
Tunc defixa ſolo: cœtuq; intenta ſilenti
Verſus ad ora virũ: q͂d primũ ingẽtibus auſis
Optauiſtis ait: veterũq; quod horruit ætas:
Adſumus en tantũq; fretis enauimus orbem;
Nec pelagi nos mille viæ: nec fama fefellit
Soligenam Aeetẽ media regnare ſub Arcto.
Ergo vbi lux altum ſpargit mare: tecta petẽda
Vrbis: & ignoti mens experienda tyranni.
Annuet ipſe reor (neq; inexorabile certe
Quod petimus) ſin vero pces & dicta ſupb9
Reſpuerit: iam nunc animos firmate repulſæ:
Quaq; via eſt patriis referamus vellera terris.
Stet pcul: & rebus ſemp pudor abſit i arctis.
Dixerat: & Scythicã qui ſe comitent̃ ad vrbẽ
Sorte petit: numeroq; nouẽ ducunt̃ ab omni.
Inde viam qua Circęi plaga proxima campi
Corripiunt: regeq; petunt iam luce reducta.
Forte deum variis per noctẽ territa monſtris
Senſerat vt pulſas tandem Medea tenebras
Rapta thoris primi iubar ad placabile Phœbi
Ibat: & horrendas luſtrantia flumina noctes,
Nanq; ſoporatos tantis in ſedibus artus
Dum premit alta quies: nulleq; i virgine curæ
Viſa pauens caſtis Hecates excedere lucis.
Dumq; pii petit ora patris: ſtetit arduus inter
Pontus: & ingenti circũ ſtupefacta pfundo.
Frater & amne ſeq nantes: mox ſtare pauẽtes
Viderat intenta pueros nece: ſeq; trementem
Spargere cęde manus: & lumina rũpere fletu.
His turbata minis fluuios: ripamq; petebat
Phaſidis ęquali Dryadum comitante caterua,
Florea per verni qualis iuga duxit Himetti:



Aut ſicula ſub rupe choros: hic greſſib9 hęrẽs
Pallados: hinc claręʒ Proſerpina iuncta Dianæ
Altior: ac nulla comitum certante priuſq̃
Palluit: & viſo pulſus decor omnis Auerno.
Talis & immitis geminę cum lumine tęde
Colchis erat: nondum miſeros exoſa parẽtes.
Vt procul extremi gelidis a fluminis vndis
Prima viros tacito vidit procedere paſſu:
Subſtitit: & mœſto nutricẽ affata timore eſt.
Quę man9 hęc certo ceu me petat agmie: nr̃o
Aduenit haud armis haud vnq̃ cognita cultu.
Quęre fugã precor: & tutos circũſpice ſaltus.
Audit virginei cuſtos grandęua pudoris
Enioche: cultus primi cui creditus æui.
Tum trepidã dictis firmãs hortat̃ alumnam.
Nõ tibi ab hoſte minę: nec vis ait vlla ppinq̃t:
Nec metus: externo iam flãmea murice cerno
Tegmina: iam vittas frõdemq; imbellis oliuæ,
Grai9 adeſt: graio ſic cũcta ſimillima Phryxo.
Sic ait: ac Iuno pulchrum longiſſima quando
Robur cura ducis magniq; ſedere labores:
Mole noua & roſeę perfudit luce iuuentę.
Iã Talaum: iãq; Ampyciden: aſtroq; comãtes

Ipſe. Iaſon. Sirius. in ore canis eſt ſtella. Et
quũ nox. põtẽ ſignari cometes: de quo Luc.
in primo. Cæloq; volãtes Obliquas p inane
faces:crinẽq; timendi Syderis & terris mutan
tem regna Cometẽ. videatur Pli.ca.xxv.li.ii.
Cometarum ſpecies. loquẽs de Cometis/Lampadib⁹/Hippeis/Po
gonijs/Acontijs/Xiphijs / Pyretib⁹/ Ceratijs/
& Typhonib⁹.aut totum referas ad Sirium.
Auro.aureo colore.quẽ Pli.dicit Chryſeum.
Sęuo.regnorũ euerſionẽ aliquãdo & rerũ pu=
blicarum calamitatẽ portendẽte:ſi ad Come=
tẽ referas.Hebet Arcas.Bootæ lumẽ fit debi
le/obtuſumq; & languidũ.ne legas habet, vt
recte monet Sab.Virg.ſane dixit lugubre ru=
bere qđ nunc Val.hebere.Non ſecus ac liqui=
da ſiquãdo nocte cometæ Sãguinei lugubre
rubẽt:aut ſyrius ardor Ille ſitim morboſq; fe
rens mortalibus ęgris Naſcit̃:& lęuo cõtriſtat
lumine cælũ.Iuppiter.quũ poſſem per cęlum
æthereũ & lucidũ Iouẽ ſignare,cuius ſplẽdor
facis illius crinitæ/cometæve/ ſi mauis dicere
Iuppiter ſtella aut Sirij fulgori cederent:malo tamẽ ſtellã in
nuere.quod nec Cal.omiſit. Gliſcere. ardere.
alias creſcere.Mirata.eſt.ſ. Hæret in vna.ma=
net fixus in vnius aſpectu.Sentit.cognoſcit
dominã eſſe gregis.Si dea.imitatio eſt Virg.
in.i.O quã te memorẽ virgo : nãq; haud tibi
vultus Mortalis:nec vox hoĩem ſonat:o dea
certe.An Phœbi ſoror:an nympharũ ſãgui=
nis vna? Sis felix.Teq; renodatam.ex Virg.
quoq; ſumptũ.Felix prole parens.Laus pa=
rentũ a filia:eſtq; rhetorica progreſſio.Virgil.
quoq; illud eſt.Q ui tãti talem genuere paren
tes. Q ui tulerit. qui te ſuſtulerit: connubioq;
iunxerit.Q uum tamen poeta in ſexto dictu=
rus ſit Medeam monſtrum horrendum futu
rum/ & Anauſim Heniochum beatiorẽ Me=
deæ repulſa . Sed fer opem. Virgil. Sis felix
noſtrumq; leues quæcunq; laborem. Hoſpi=
ta.ergo violari non merita.Pubes.cui parcen
dum eſt.Proceres.quibus non iniuria ſed ho
Veſtri an pro tui. nor impẽdendus eſt.Duc precor ad veſtri.ad
vnam loquens plurale comprehendit dicens
veſtri tyrãni.vt apud Virg.Et paucis comitã
te Cupano,Cuius holorinę ſurgũt de vertice
pẽnę.Crimẽ amor veſtrũ/formęq; inſigne pa
ternę.vbi Seruı⁹ ait poſſe exponi p tuum. vt
Vos o Calliope p̃cor.exponi etiã poteſt refe=
rendo ad Cygnũ & Phaetonta:vt etiã nũc ad
Medeã & famulas:vt ſit ſenſus:duc me ad il
lũ q tuus pater & rex eſt harũ puellarũ.Fandi
tẽpus.difficillimũ oĩm eſt i tẽpore aliquẽ adi=
re & colloqui poſſe. Stetit. Iaſon.ſẽſus eſt Ia
ſon opperiẽs trepidãtis reſpõſum cõſtitit. Il=
la vero cunctata parũper &c.Q uẽ petis.quia
relatiuũ pręcedit facile is modus loquẽdi ad=
mittitur. vbi vero antecedẽs pręit p antipto=
ſim excuſare ſolẽt aliqui.vt apud Virg.Vrbẽ
quã ſtatuo vr̃a eſt.& Terẽtiũ . Enunchũ quẽ
dediſti nobis q̃s turbas fecit? Alijs tñ placet
hanc interrogatiue legere/ illã vero locutionẽ
diſtinguere: ita vt accuſatiu⁹ verbo p̃cedẽtis
verſus adſuatur . qđ min⁹ placet.excuſent &
illã Plauti. Pici diuitijs q aureos mõtes colũt
ego ſol⁹ ſupo. Parci⁹ itaq; A lexãder flagellã
dus.Iuxta.ſ.ſunt.Hac duce.puella.nec legat̃
cũ codice Bonõ.huc. Hoſtis. Perſes. Tutos,

Tyndaridas.ipſe egregio ſupereminet ore:
Non ſecus Autũno q̃ cũ magis aſperat ignes
Sirius:& ſæuo cum nox accenditur auro
Luciferas crinita faces:hebet Arcas:& ingens
Iuppiter.aſt illum tanto non gliſcere cælo
Vellet ager:vellent calidis iam fontib⁹ amnes.
Regina attonito q̃q̃ pauor ore ſilentem
Exanimet:mirata tamen:paulumq; reductis
Paſſibus inſolito ſtupuit duce.nec minus inter
Ille tot ignoti ſocias gregis hæret in vna
Defixus:ſentitq; ducem dominãq; caterue.
Si dea ſi magni dec⁹ huc ades(inq̃t)olympi:
Has ego credo faces hęc virginis arma Dianę
Teq; renodatam pharetris ac pace fruentem:
Ad ſua Caucaſeę producũt flumina nymphę.
Si domus in terris atq; hinc tibi gẽtis origo:
Felix prole parens:olimq; beatior ille
Qui tulerit:longis & te ſibi iunxerit annis.
Perfer opem regina viris.nos hoſpita pubes
Aduehimur Graiũ ꝓceres tua tecta petentes.
Duc precor ad veſtri(quicũq; eſt)ora tyrãni.
Aut tu prima doce fandi tẽpuſq; modumq;.
Nam mihi ſollicito deus:ignaroq; locorum
Te dedit:in te animos atq; oĩa noſtra repono.
Dixit,& opperiẽs trepidam ſtetit.illa parũper
Virgineo cunctata metu ſic orſa viciſſim.
Quẽ petis Aeeten genitor meus:ipſaq; iuxta
Mœnia:ſi veros poſſis diſcernere calles.
Hac adeo duce ferte gradus:ingentia nanq;
Caſtra alios aditus atq; impius obſidet hoſtis.
Dixerat hęc:patriũq; viã detorquet ad amnẽ:
Sacraq; terrificę ſupplex mouet irrita noctis.
Ille autẽ inceptum famula duce ꝓtinus vrget
Aere ſeptus iter:patitur nec regia cerni
Iuno virum:prior Aeetæ ne nuncius adſit.



Iamq; inerat populo:mediaq; incognitus vrbi
Cũ comes orſa loqui.Phœbi genitoris ad aras
Ventũ ait:huc adytis iam ſe de more paternis
Rex feret:hic ꝓceres audit:populoſq; ꝓcantes
Adloquiis facilis pręſens pater admouet æqs.
Dixerat:aſt illi propere monſtrata capeſſunt
Limina:non aliter q̃ ſi radiantis adirent
Ora dei:veraſq; æterni luminis arces.
Tale iubar per tecta micat:ſtat ferreus Atlas:
Oceani genibuſq; tumens infringitur vnda.
At medii per terga ſenis rapit ipſe nitentes
Altus equos:curuoq; diem ſubtexit olympo.
Pone rota breuiore ſoror:denſeq; ſequuntur
Pliades:& madidis rorantes crinibus ignes.
Nec minus hic varia letatus imagine templi
Ad geminas fert ora fores:cunabula gentis
Colchidos hic:ortuſq; tuens:vt pria Seſoſtris
Intulerit rex bella Gethis:vt clade ſuorum

a Perſe hoſtibuſq; non obſeſſos. Irrita. quia
non ꝓfutura.vt Irrita ventoſę rapiebant ver
ba procellę. Aere ſeptus.hoc eſt Virg. At Vę
nus obſcuro gradienteis aere ſepſit , Et mul=
to nebulæ circum dea fudit amictu . Patitur.
Non ſinit Iuno Argon.videri.Virg.Cernere
ne quis eos:neu quis cõtingere poſſit, Moliri
ve morã & veniendi exquirere cauſas. Virgi.
ait Aenean veneris vſum cõſilio:quãdo Car
thaginẽ venit : a q̃ cũ Achate nubecula tect⁹
eſt.Hom.Odyſ.vij.ait Mineruã virgini puel
lę ſimilẽ hydriæ geſtatricem Vlyſſi obuiã ve=
niſſe vrbem Phęacũ volẽti ingredi/ monuiſ=
ſeq; cum illum prius nube opetuiſſet,ne quis
Phęacũ Vlyſſem contẽneret,& quis eſſet per=
contaretur.quos Val. modo imitat̃ . Comes.
Medeę famula. Phœbi gẽitoris. Solis q erat
pater Aeetę.απολλωνοσ etiã γενητοροσ me
minit Macrob. ca.vj.li.iij.aitq; a Catone vo=
cari Genitiuũ. Adytis. penetralib⁹ Solis.Hic Genitiuus Apollo.
proceres audit.q̃uis tyrãnus eſſet immanita=
tis mirandę & ſęuitię pręſertim in hoſpites/ꝓ
ceres tamẽ & populũ precantẽ audiebat adlo
quijs adituq; facilis obſeruans ęquitatis erga
ſuos. Radiantis. Solis. Stat ferreus. erat illic
Atlantis ſtatua ferrea: aut ferreum dicas for=
tem conſtantẽq;:qui tanto ponderi nõ cedat.
Atlas. Erat autẽ Atlas ceruice cælũ ſuſtinens vt fa=
bula ſatis cognitũ eſt: cui⁹ pedes ęquoris flu=
ctibus iterluebãtur:& Sol ipſe equos & currũ
p terga agitabat. Soror. Diana.quę luna. Ro
ta breuiore. Lunę circulus Solis longe minor
Hyades. eſt.ex Virgil.ſunt iſta.Ignes. ſigna pluuia vt
Hyades quæ ſunt A tlantis filiæ.Hyades Iu=
nius Pompo.in.xj. Col.ait Atlanta genuiſſe
xv.filias A tlantidas/quæ figuratę fuerunt in
Electra. cælo a Lycurgo,& collocatæ in effigiem tauri. Iungit inſuper illam quæ ex Hyadibus nupſit Syſipho,non vi=
deri:Electramq; poſt Troiæ euerſionem ſparſis capillis in Cometen fuiſſe verſam . Ideo regnorum deſolatio=
nem portẽdere. Imagine lętatus. Sic Virgi. Atq; animum pictura paſcit inani.Cunabula.principia.vt apud Vir
Seſoſtris. gil.Gentis cunabula noſtrę Centũ vrbes habitant magnas.ergo Aegyptus Aegyptijq; illic depicti.Nam Col=
chi vt ait Herod.ſunt Aegyptiorum colonia. Seſoſtris.Rex Aegypti bellicis rebus/tum erga deos munificen=
tia/tum operibus in Aegypto conſtructis cęteros omnes anteijt.Primum in Arabiam a patre miſſus eam ſub=
egit prius ſeruitio inſuetam. Inde maximã Libyæ partẽ occupauit : & patre defuncto ab Athyrtia filia diuina=
tionis perita admonit⁹ ad monarchiã animũ adplicuit:cuius pedeſtres copiæ fuerũt. DC. hominũ milia.equitũ
vero milia quatuor &.xx.curruũ bello aptorũ.viij.Mil.&.xx.exercitui p̃erãt viri bello exercitati:& a pueris virtu
ti dediti:erãtq; numero amplius ſeptingẽti,fraterna oẽs in regẽ & mutua beniuolẽtia.Cõuerſus itaq; ad Aethio
piã quę meridiẽ reſpicit,tributũ pendere quotannis ipuiit. primuſq; oĩm nauib⁹ lõgis vſus mare rubrũ tranſijt:
parteſq; maritimas ad Indos vſq; ſubiecit. Aſiam vicit. Et quod nunc maxime cõfert Diod.in.ij.ſubiungens
ait. Scytharumq; gentem ad Tanaim vſq; ad fluuium/qui Europam ab Aſia diuidit pertrãſijt.Ibi multis Ae=
Colchi circũciduntur. gyptijs iuxta Męotim paludem relictis Colchorum genti originem prębuit. Hanc nationem ab Aegyptijs ma
naſſe argumento eſſe dicunt,ꝙ apud eos pueri Aegyptiorum ritu circuncidantur,priſcum morem quem & Iu
dęi ſequuntur colonia ſeruãte.Inde tranſcendens in Europam Thraciamq; expeditionis finem illic poſuit. Re=
uerſus a fratre inſidijs petitus vix flammas euaſit : tandem quum tris &.xxx. regnaſſet annos oculis caliganti=
Pheron. bus ex voto vitã finiuit:cui ſucceſſit Pheron,ſiſiter dict⁹ Seſoſtris,ſolus paternę cęcitatis hęres.qui admonitus
vt in faciem mulieris frontem conuerteret quæ viro fida fuiſſet,ab vxore incipiens nullam præter hortolani cõ=
iugem reperit incorruptam.qua in vxorem ſumpta reliquas omnes dignis ignibus tradidit.locum illum Aegy
Gleba ſacra. ptij vocarunt Sacram glebam.De ſuperiore multa Herod. in Euterpe,& Diodo.in ſecundo,Strab.in.xvj.tra=
dunt.cuius meminit Luc.in decimo.Venit ad occaſum : mundiq; extrema Seſoſtris: Et Pharijs currus regum
ceruicibus egit . Lucani dictum extremum recte exponi poteſt duce Diodo.loquente de Seſoſtri & regibus vi
ctis. Si quando aut ad templum aut per vrbem accederet,quatuor ex eis loco equorum currui iunctis oſtende=
bat quum cæteros reges duceſq; bello præclaros ſuperaſſet , nullos ſibi neq; virtute/neq; rebus geſtis eſſe com=
parandos.Filij meminit Auſo.Et qui regnauit ſine nomine mox Seſooſtris.Herodo. codex ſemper habet σε=
Seſoſtris ſtatua. σωσρισ Diodo.σεσωσισ, quum ω diuiſerit in οο Auſo. Dicunt ſtatuam eſſe Seſoſtris aut Mẽnonis ad Syrin=
gas ſedentis quam mutilauit Cambiſes.ea ſingulis diebus oriente ſole reſonabat: quem ſonitum diceres neruo
Citharæ diſrupto ſimilem. Clade.Herodotus ait in Euterpe Seſoſtrim ad Phaſim conſediſſe:dubitatq; an rex
diuiſo exercitu copiarum partem ad eam regionem incolendam reliquerit : an milites aliqui tam longam pere=
grinationem pertæſi circa Phaſim ſubſtiterint . Nam Colchi (quod iam dictum eſt) videntur eſſe Aegyptij,

Territꝰ:hos Thebas patriũq; reducat ad ãnẽ:
Phaſidis hos imponat agris:Colchoſq; vocari
Imperet.Arſinoen illi tepidęq; requirunt
Otia lęta Phari:pinguẽq; ſine imbribus amnẽ.
Et iam Sarmaticis permutant carbaſa bracis.
Barbarus in patriis ſectatur montibus Aeam
Phaſis amore furẽs:pauidas iacit illa pharetras
Virgineo turbata metu:diſcurſibus & iam
Deficit:ac volucri victam deus alligat vnda.
Flebant populeę iuuenem Phaethõta ſorores:
Ater & Eridani trepidum globus ibat i amnẽ.
At iuga vix Tethys:ſparſumq; recolligit axẽ:
Et formidantem patrios Pyroenta dolores.
Aurea quinetiam pręſaga mulciber arte
Vellera:venturoſq; olim cęlarat Achiuos.
Texitur Argoa pinus Pagaſęa ſecuri.
Iamq; eadẽ remos eadem dea flectit habenas.
Ipſa ſubit:nudaq; vocat dux agmina dextra.
Exoritur Notus : & torto ratis vna profundo
Cernitur.Odryſio gaudebãt carmine phocę.
Apparent trepidi iam Phaſidis oſtia Colchi:
Clamantemq; procul linquẽs regina parẽtem.
Vrbs erat hic contra gemino circũflua põto:
Ludus vbi extabat:tędæq; in nocte iugales:
Regaliq; thoro lætus gener:ille priorem
Deſerit.vltrices ſpectant a culmine dirę.
Deficit in thalamis:turbataq; pellice coniunx
Pallam:& gemmiferæ donum exitiale coronæ
Adparat:ante omnes ſecũ dequeſta labores:
Munere quo patrias pellex ornatur ad aras.
Infelix etiam rutilis correpta venenis
Implicat igne domꝰ.hæc tũ miracula Colchis
Struxerat ignipotens nõdum noſcẽtibus illa:
Quis labor aligeris:aut q̃ ſecet anguibꝰ auras
Cęde madens.odere tamen:viſuſq; reflectunt.

Thebas.ſ. Aegyptias cẽtum portis inclytas.
dicunt εκατομπυλουσ.vnde Pont.tertio de
aſtris. Hinc ad cẽtiforem Nili ſubit oſtia The
ben.fuerunt & alię vt dicetur in.vj.lib.Patriũ
Nili defoſſio.
amnẽ. Nilum Aegyptiũ,in quem Seſoſtris
ex mari rubro nauigabilẽ alueum conatus eſt
producere, inquit Pli.c.xxix.li.vj.qđ inde tẽ
tauit Darius Perſarum rex: poſtremo Ptole-
męus: qui foſſam eduxit latitudine centũ pe-
dũ,altitudie.xxx.lõgitudine paſſuũ.xxxvij.
milliũ & quingentorũ.Pli.ait omiſſam fuiſſe
foſſionem,ne Nilus qui ſolus potum Aegy-
ptijs prebet,immixto mari corrũperetur. Alij
dicunt foſſores opus reliquiſſe inchoatũ terri
tos Aegypti humilitate:quã tribꝰ cubitis ma
re rubrum excedit. Hos imponat.aliquos ex
Colchos.
militibus: ꝙ nõ Aegyptiacũ nomẽ ſed Col-
chicum retinere voluit. Colchoſq;.nõ ꝙ pri-
mus Colchis nomẽ impoſuerit:qui a Colcho
Phaſidis filio nomẽ antiquũ habebãt : ſed q
remanebãt indigenarũ nomine vocari volue
rit.vt Troiani in Italiã profecti nomẽ indige
Arſinoe.
narum retinuere. Arſinoen. Deſpaut.ait Ar-
ſinoen mulieris nomẽ apud Val. Flaccum in
v.li.eſſe. Ego vero expono ꝓ vrbe:etſi a mu
liere nomen ſortita/in Arſinoitica pręfectura
Crocodylus.
vbi crocodylus domeſticus quẽ Suchum vo
cant,alitur atq; adoratur. Nutritur autẽ pane,
carne,& vino a pegrinis oblatis:cuius hoſpes
eſt inter alios celebratiſſimus . Hæc Strab. in
xvij. Arſinoe quoq; & Berenice vrbes a fœ-
minis inquit nomẽ ſumpſerũt. Meminit Pli.
c.v.li.v. Illi.Codex Bono.oſtẽdit Nili:quod
nõ placet. Senſus eſt.Illi Aegyptij Arſinoen
repetunt: & tepidã Pharum.ſi trepidi.ad lau-
dem Colchorum dicitur. Diod.in.ij. non ali-
bi q̃ in Thracia Seſoſtris exercitum ſubijſſe
periculum oſtendit:vbi expeditionis finẽ ſta
tuit. Tũcq; idem ſpolijs deuictarũ gentiũ plu
Pharos.
rimis ditatus in patriã redijt.Phari. inſula Ae
gypti eſt oblonga bicipitẽ portũ faciens.Pin
guem amnẽ.fœcũdantem totã Aegyptũ Ni
Aegypti ferti litas.
lũ. Eſt ſane Aegyptꝰ ab antiqs orbis horreũ
vocata teſte Cęl. quo dei animi gr̃a & ſalutis
cõfugere ſoliti ſunt . ipſum lege.xx.c.li.xvj.
Nilus(inquit Diod. in prĩo)leniter fluẽs(prę-
terq̃ quũ fertur inter cataractas)quũ multam
variãq; terram ſecum ferat/quibuſdã in locis
humilibus paulũ ſtagnãs regionẽ facit fructi
feram fertilẽq;/vtilitate cõmodiſq; cęteros or
bis fluuios excellit. rigat tum cultas regiones
tum incultas quanto tẽpore velint agricolæ.
aquã enim leniter fluentẽ facile paruis aggeri
bus arcent:inducũtq; pro cõmodo terrę. Tã-
tam vero fertilitatẽ infert:& agricolandi faci-
litatem,vt quũ ſeuerint aut oues introducãt
in cãpos ad cõculcanda iacta ſemina.aut ara-
tro leni terram ſubducant: neq; niſi quatuor
aut quinq; menſibus exactis ad meſſem re-
deũtes , breui tẽpore vberrimos fructꝰ abſq;
vlla impenſa aut dãno reportẽt.vineæ quoq;
eodẽ modo rigatę vino abundãt. Terraq; in-
culta relicta pecori ad paſtum adeo exuberat
hęrbis vt oues bis anno pariant:biſq; ꝓbeant
lanam. De Nili autẽ incremẽto idẽ Diod. in
prĩo multa proſequiť.Et Lucret.in.vj.in quẽ
Ioan.Bapt.de Nili incremẽto & cauſis & ori-



gine non pauca affert,teſtes varios citans. Sine imbribus.Inquit Herod.in Euterpe loquẽs de Aegypto.Ea pla
ga quæ ſine imbribus & ſine glacie perpetuo eſt. Sarmaticis braccis.Braccati ſunt Sarmatę totum corpus,inqt
Braccati Sarmatę.
Pomp.Mel.& niſi etiã qua vident ora veſtiti. Error ſane patẽtiſſimus eſt in Pomp.Me.vbi legitur. Sarte auri &
argenti maximarũ peſtiũ ignari vice,rerum cõmercia exercẽt:atq; ob ſęua hyemis admodum aſſiduæ demerſis
in humũ ſedibus ſpecus aut ſub foſſa habitãt totũ braccati corpus &c.Eſt enim legendũ Sarmatę: vt iſte locus
Braccę.
ſatis liquido demonſtrat.huius erroris comes eſt Calep. Sunt autẽ braccę genus veſtis intonſę.qua regionis fri
gidioris incolę ad frigus propellendum vtuntur.vnde braccata Sarmatia,& Gallia Narbonenſis,inquit Gagui
nus in primo.Et inter Belgas Luc.ait Vangiones eſſe braccatos.Et qui te laxis imitantur Sarmata braccis Van
Rhenones.
giones Bathauiq; truces. Sulpit.vocat eas veſtes braccas ſi ſint breues/ſi lõgę Rhenones.Beroald.ampliſſimas
interpretatur veſtes braccas.diuus Hieronymus pro fœminalibus vſus eſt.& No.Marc.vocat ſubligamina ex
Cic.Strab. in quarto ait Gallos Sagis veſtiri/& prolixis vti braccis. Volat.ait eſſe femoralia/& aliquos inueniri
Carbaſa.
qui aſſererent aliud eſſe genus veſtis,ſed nulla auctoritate.Carbaſa. veſtes ex lino tenuiſſimo:qđ Aegyptiacum
Colchicũ linũ
maxime cõmendatur.vt meminit Herod.in Euter.linum Colchicum quoq; qđ dicitur a Gręcis Sardonicũ.Per
mutant . illi Aegyptij carbaſeas veſtes in braccas mutant Sarmaticas. & tunc dicendum eſſet barbarũ Phaſim
qui Colchicus erat fluuius.verior tamẽ textus mihi videtur,ſi legatur Barbarus Aegyptius permutat carbaſa.
&c.Nec id tantum ex poetę perſona contingit:verũetiam ꝙ a ſe omneis alias ſentit natio quęlibet barbaras.Et
q̃uis mixtum eſſet genus in pleriſq;,ijdẽ mores,poteſt non incõmode Aegyptius dici Barbarus.Oſtendit He-
rod.Colchos fuiſſe Aegyptiorũ ſimiles/qui linum eodem ratione operentur: & quorũ vita linguaq; ſit cõſenta-
Aea.
nea. Aeam. Fuit nomẽ puellę quæ Phaſidis amplexus exhorrens deorum miſeratione in inſulã verſa eſt. Pha-
Phaſis.
ſis.nomen fluuij & vrbis,inquit Ptol.& nunc dei. Pharetras.venatrix erat,cui mos geſtare pharetram. Alligat.
quia inſula eſt quã pręterfluit Phaſis.vnde diceť in.vj.Illinc iuratos i ſe trahit Aea Batarnas.De Aea Calypſus
Aeas.
ſede diximꝰ. Aeas autem fluuius eſt verſus Apolloniã ex Lachino fluens. Victam.aut labore feſſam/aut victã
dixit virginitate expugnata.Populeę.in populos verſę.ſecũdum alios in alnos. Flebant. Laus picturę quę rem
Electri origo.
tam exacte exprimit.Ouid. ait lachrymarũ loco gũmi effluere.qđ electrũ dicitur. Dicũt Celtę Apollinẽ Aeſcula
pij cędem lugẽtem pro lachrymis electrum fudiſſe.alij dicunt id cõtigiſſe cũ exilium indigne ferret. Sorores.Lã
petia/Phaetuſa/& Iapetia:quę poſt luctum diuturnũ in arbores verſę ſunt. Hũc lugendi ritum pręducãt aliqui in
Sorores Phaetontis.
mulieres tranſijſſe circũpadanas,quę Phaetontis caſum miſerantes atris veſtibus diutiſſime fuerunt vſę. Phae-
tonta.qui filius Solis erat.hic recte pingitur quia Aeetę frater. Ater globus.recte explaudit Sabel.acer aliquãdo
inuẽtum. Et nos ante in tertio legendũ monemus Magis vt mugitor anhelat Veſuius,attonitas ater cum ſuſci-
tat vrbes. Si ẽm in vtroq; loco fumorũ globos quos facit dẽſitas atros perpẽdis nihil dubitabis. Trepidũ.id eſt
propter caſum Phaetontis igniti.aut legas tepidũ.qđ Ouid.lectioni non obnititur. Amnem. Eridanum/ſeu Pa
Pyrois.
dum. Iuga.quę Solis equi excuſſerant. Pyroenta.vt Simois flectitur.vnus eſt ex quatuor equis Phœbi. Sunt
Aeous.
enim Pyrois Aeous Aethon Phlegon.ſecũdum alios Aethon & Panthus,citantes Mart.Quid cupidum Tita
Aethon.
na teneſ/iam Xanthus & Aethon Frena volũt.Eſtq; vlt.in recto producta.nam ſcribitur πυροεισ. Apoll. οιοσ
Phehon.
Χ ουρανοθεν πυροεισ αναπαλλαται ασηρ. Sumiturq; pro maris ſtella.teſtis Cenſorinus.ca.xiij.li. de die natali.
Xauthus.
Columel.in.xj.Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe Purpureo radiat vultu:nec Sirius ardor. Sic micat:
aut rutilus Pyrois/aut ore coruſco Heſperus.etſi interpres Columel.dicit. Pyrous lapis precioſus a colore igni-
to dictus. Patrios.quibus affici ſolent patres ſuper natorum cęde aut calamitate. Formidantem.qui cauſa necis
Mulciber.
extiterat.Mulciber.Vulcanus qui omnia mulcet.eſtq; verbum ſimplex teſte Macrob.ſatur.vj.Pręſaga.vt deus
Olim.
quæ futura erant noſcebat. Olim.quum præſens/futurũ/exactumq; tempus importet:nunc ex his duo habere
poteſt:quũ venturos & cęlarat reſpiciat. Cęlarat.inſculpſerat. Pinus.nauis Argo Pagaſęum naualibus cõſtru-
cta. Dea. Pallas ſeu etiam Iuno.minus tamẽ placet. Nuda. Inermi. Ipſa ſubit.quum dictum ſit in ſecũdo. Sæpe
Gloria.
ipſa manu dignata carinã.Vocat.ad gloriam/famã/decuſq; tantum. hoc videtur dictum in primo licet introdu
cta fuerit gloria:quæ ſola animos mẽteſq; perurit. quã viridem & nunq̃ ſeneſcentem vidit Iaſon Phaſidis in ri
pa ſtãtem:iuueneſq; vocãtem. Torto.ſinuoſo & incuruo.aut cum Sab. legas toto. Odryſio. Orpheos.threicij.
Trepidi.trepidantis conſpecta naue & Argon.armatis. Alij legũt trepidis: vt innuatur quod dictũ eſt. Triſtior
at nunq̃ tãtove pauẽtibus vlla Nox Minyis egeſta metu. Quem metum deus potuit vt cętera pręſagire. Regi
Corinthus.
na. Medea relinquens Aeetam & Hipſeam. Vrbs erat. Corinthus Creontis vrbs regia. Gemino. Ionio & Aegęo
Ludus.propter nuptias.aut ſignãtur ludi Iſthmij. Tędę.in nuptijs ꝓferri ſolitę. Iugales.connubiales. Ille. Iaſon
Repudium.
Creontis gener repudiat Medeam. Dirę.furię. Vltrices.reſpicit maxime ad Tiſiphonẽ: quę grauiter vlciſcitur re
pudia vbi cauſę non interueniunt honeſtę. De ritu diuortij multa affert Cæl. in.xvj.& in ſequenti cap.li. xvj.ait
Diſſarreatio.
diſſarreationẽ vocari nuptiarum diſſolutionem.vt contractum coniugij a farreo libo adhiberi ſolito confarrea-
Confarreatio
tionem.& nunc quoq; peractis ſacris ſponſo & ſponſę panis aqua(vt dicunt)benedicta inſperſus & vinum of-
fertur.cui ſimile celebrantes antiqui myſterium vocarunt confarreationem. Lętus gener. Iaſon ꝙ nouam du-
ceret ſponſam adprime lætus. Dicunt eos qui ad nuptias deuolant maxime lętari:quarum primus dies initium
Dies dulces coniugibus.
malorum eſt.horum lętitia rarenter ſero cõmutatur faſtidio.Hipponactes dicere ſolebat,duos duntaxat dies de
vxore viro eſſe dulciſſimos:nuptiarum vnum/mortis alterum. Qꝫ miſer autem eſt qui tali ligatur vinculo oſtẽ
dit Cęl.duplici epigram. Si quis ducta ſemel vxore alteras etiam attentet nuptias,Naufragus enauigat bis pro-
fundum difficile. Alterum eſt. Felix primũ quidẽ/qui nil cuiq; debet.Mox qui vxoris eſt expers. Tertio qui ſi-
ne liberis eſt. Qꝫ ſi furens duxerit quis vxorem/gratiam habet ſi humarit ſtatim nuptam poſtq̃ dotem accepit
vberem.Hęc noſcens ſapiens eſto: fruſtraq; Epicurum ſinito vbi vacuum quęrere : & quæ Monades. Non ta-
men imprudentem dixero / miſerumq; qui perſuaſus ſecus fecerit. Turbata. quæ mentis turbatio/ægritudoq;
animi ſit in muliere quæ reiecta pellicem domi manere conſpicit,oſtendit Sen.in vlt.trag. O q̃ cruentus fœmi-
nas ſtimulat dolor,Quũ patuit vna pellici & nuptę domus. Scylla & Charybdis Sicula contorquens freta Mi-
nus eſt timenda.nulla non melior fera eſt.& quę plurima ſequũtur mulierem Zelotypia laborantem exprimen-
Pellex.
tia. Pellice. Creuſa.quę & Glauca dicitur,Creontis filia. deducũt aliqui a pellẽdo,ꝙ itroducta vxorẽ expellit.alij
pellicio ꝙ blandiens adlicit/decipitq; maritum/& in fraudem inducit. id enim ſignat Pellicere inquit Nonius. &

Palla.

pellicator qui pellicit in fraudē eodē teſt. Placet Gell.originem dare gręcam. Pallam.hæc late Sene.in Med.proſequitur. Eſt palla nobis munus ætherey domus, Decuſq; regni pignus Aeetæ datum A ſole:gēmis eſt/& auro textili monile fulgēs:Quodq; gemmarum nitor diſtinguit aurum:quo ſolent cingi comæ. Et Apul.primo de Aſino aureo. Et vt illa Medea vnius diecule a Creonte impetratis inducijs totam domū eius/filiamq; cum ipſo ſene flammis coronalibus deuſſerat. Ante dequeſta.prius enim vt docet Sene.q̃ pellicem cum Creonte vlciſceretur,precibus tentauit Iaſoni reconciliari,beneficia in Iaſona & Argo.collata/ſumptoſq; labores repetens. Ornetur.coronam mittit:qua noue nupte caput cingatur. Infelix.pellex.quæ igne coronali adrepta regiam ſecum

Domus.

traxit. Domus.frequētior eſt in os accuſatiuus.nunc in us,& ſupra Vt viſum eſt. Ignipotens.vt Virg.fingit Dędalum fabrum ingenioſum poſuiſſe immania templa Phœbi: ſic Val. Vulcanum. Aut ideo finxit q; Seſoſtri & omnibus Aegyptijs quorum pars vt dictum eſt hic conſedit,eſſet gratiſſimus/qui prædixerat Seſoſtrim toti orbi imperaturum:cuiq; vt liberatori ignibus fraternis erept⁹ vota ipſe perſoluit. Quæ etiam ſingularia ſunt

Vulcani Cyclopūq; opa.

ædificia,a Vulcano/cyclopibuſq; cōſtructa dicūtur.vt de Martis habitaculo loquitur Pap.in.vij. Talem diuina mulciber arte Ediderat. Et Homerus de ſuperorum domibus.quod huius libri finis oſtēdet. Prȩeſt inſuper Cyclopibus:quorum opera imprimis cōmendantur.Hom.vij.Odyſ. Alcinoi regiam deſcribens inquit inter cætera quæ ſumma erant arte fabricata,fuiſſe canes argenteos / aureoſq;: quos Vulcanus ad domus cuſtodiam immortales/nulliq; ſenio obnoxios excuderat. Nondum noſcentibus.non cognoſcebant Colchi quæ futura Vulcanus prouiderat:& in foribus ſculpſerat. Secet.Medȩa:quȩ cæſis filijs ſerpentum auxilio per auras vehebatur. Odere. Colchi rem non capientes a tanto abhorrebant ſcelere / tantaq; impietate,etſi erant præ alijs immites. Idem error. Argonautȩ quid ſibi vellēt ea nō intelligebant. Cum ſe ſole. Adeſt Aeeta præpediens ne omnia diſtincte circunſpiciantur. Sic apud Virg. Quin protinus omnia Perlegerent oculis niam præmiſſus Achates Adforet.ita legūt Cale.in verbo ſcribo,Pet.Crinit.& Macrob.in quinto cōtra Seruium. Edit ſe.exit. Dignus auo.Sole.nō dixit patre/qui omnes immanitate ſuperauit. Meliora.dign⁹ qui nō cȩderetur ab Argonautis. quod tamē poeta non abſoluit.aut eorum opinionem latenter affert qui a Medȩa membratim laceratum autumāt Abſyrtum. Tum gener.prius legebatur Cytorus Phyontis & Argus. Aeolidȩ.quod carmē obſcurum , nitorem recepit

Phrontis.

Ioan.Bapt. procurāte. Fuit & Phrontis Menelai nauita filius Onetoris,cæſus a Phœbo inquit Homerus tertio odyſ.qui curabat rem nauticam.dicitur enim φρουτισ cura. Habe-

Ordo prodeuntium.

tur autem hic prodeuntium ordo. Erat enim primus Aeetes/iuxta quem erat Abſyrtus regis filius:inde Styrus Alban⁹ gener: qui tūc primū venerat:citiuſq; veniſſet niſi bello implicitus Cytorio fuiſſet. Poſt Styrum Aeetȩ nepotes,Phryxi filij & Calciopes.inde alij pceres. Is autē honor Styro impenſus eſt quia gener erat. vt apud Romanos in ſententiarū rogationibus : quem conſulibus viſum erat honoris gratia extra ordinem illi præferebāt. Sic C.Cæſar Pompe. Mag.cæteris præferebat. Ioan.Bapt.in ſenſu textus eliciendo alijs forſan q̃ mihi videbitur pſpicacior . ait eñ Senſus eſt poetȩ Styrum Albanię regem futurū vt citius aduentat : Sed bella Cytoria.i. populorum ita cognominatorum: qui accolunt Cytorum fluuium, detinuerāt inuitum. Cum quo Styro venerunt Phrontis Argus Melas & Cytiſorus . niſi quis diceret veniſſe ex penetralib⁹. Poteſt etiam dici Styrum generum prodiſſe tertiū:inde Aeolidas:qui cognito Perſȩ aduentu/& patriæ diſcrimine bella diſtulerant Cytoria.vt ante. Et Troię differat arma. Cytoria.docuimus Cytorum mon-

Cytorus.

tem eſſe Paphlagoniæ/vrbēq; eodem nomine,Sinopenſium emporiū. Volat.ait quoſdā legere Cydorū.forſan menda eſt. Ioā. Bapt. ait eſſe fluuium. Idē ſentit Pius papa,ductus vt reor auctoritate Strabonis in.xij. qui buxum Cytori celebrat. qđ inde ſequiť. littoris

Quin idem Minyas operum defixerat error:
Cum ſe Sole ſatus patriis penetralibus edit.
Filius hunc iuxta primis Abſyrtus in annis:
Dignus auo:quēq; inſontē meliora manerent.
Tū gener Albanis Styrus qui aduēnerat oris.
Diſtulerāt ſed bella Cytoria Phrōtis & Argus
Aeolidę:fraterq; Melas:quos aduena Phryxus
Progenuit:pariterq; leui Cytiſorus in haſta.
Poſt alii:quos præcipuo Titania tellus
Legit honore patris:motiq; ad prelia regis.
Admonet hic ſocios:nebulamq; erūpit Iaſon
Sideris ora ferens.noua lux effuſa Cytęis.
Conueniūt:rogitātq; viros: rogitātq; qd auſi:
Quidve ferant.Poſtq; primis inhiantia dictis
Agmina:ſuppreſſumq; videt iā murmur Iaſon
Talia miranti propius tulit orſa tyranno.
Rex Hyperionide:quē per freta tāta petūdū
Cœlicolę:& prima dignum ſtatuere carina:
Siquādo hic aliquā noſtro ſatus orbe ſolebat
Theſſaliā ſi quos Phryxus mēorare Pelaſgos:
Hic tibi tot caſus horrenda tot auia menſi
Cernimur:ipſe egomet ꝓprio de ſāguie Phryxi
Nāq; idē Cretheus ābobus & Aeolus author
Cū Ioue Neptūoq;: & cū Salmonide nympha.
Me neq; nunc enſes aræq; egere paternæ:



Nec tua Theſſalicis q̃q̃ inclyta nomina terris
Spōte ſequor.cui nō iuſſo tot adire voluptas
Monſtra maris?cui Cyaneos itrare fragores?
Sceptra tui toto Pelia ſub nomine Phœbi
Maxia ab hoſte tenēs:totq; illachrymātia diuos
Oppida:tot vigili pulcherrima flumia cornu:
Ille meum imperiis vrget caput:ille labores
Dat varios:ſuus vt magnū rex ſpgit ab Argis
Alcíden Stheleno ipſe ſatus:tamē aſpera regū
Perpetimur iuga.nec melior parere recuſo.
Hic ſibi me auratæ pecudis quiſcūq; periclis
Exuuias perferre iubet.tibi gratia noſtri
Sit precor hæc:meritiq; locus: q; iuſſa recepi:
Teq; alium q̃q̃ Pelias ſperatq; cupitq;:
Promiſi:& meliora tuæ mihi fœdera dextræ.
Si petere hoc ſæui ſtatuiſſem ſanguine belli:
Oſſa dabat:pinduſq; rates:quodq; ante ſecuti
Inde nec audacē Bacchum nec Perſea reges:

vero tractus ſupra centum ſtadia longus vicum habet eiuſdem nominis : ſed videantur quȩ ſequunť/quȩq; ꝓcedūt. Codices Bonon. Cytotus habet . quos iuuare videť Strab. in loco citato dicens Cytorum vrbem a Cyto-

Cytorus.

ro Phryxi filio conditā.quod & Volater.repetit. Sed tunc dicēdum eſſet Phryxi & Calciopes liberos fuiſſe quinq;:quum Apollo. tantum quatuor nominatit. Senſus tamen non minus eſſet apertus. Aeolidȩ. Aeoli pronepotes : qui Athamanta genuit Phryxi patrem. Cytiſorus . Codex Bonon. habet Cotiorus.

Cytiſorus.

Deſpaute.legit Crotiorus.nos cum Apollo. Cytiſorus,& Herodo. in Poly. dicente. Hoc quum Achȩi expiationē loci faciētes ex oraculo Athamātē Aeoli eſſent immolaturi,Cytiſorus iſte e terra Colchide veniens eum liberauit.græcus codex habet:οι κυτιασωρου του φρυξου παιδοσ αγομοι.& paulopoſt.απικομεμοσ ουτοσ ο κυτιασωροσ εξ γαιησ τισ κολχιδοσ. Forſan fit quod in dictiōe Moſinus

Cytiſſorus.

& Moſinœcus. Ptol.codex habet κυτεωροσ pro κυτωροσ. Titania. Solis:cuius filius erať Aeetes.Hic.tunc. Socios. Argonautas. Nebulam. Virgil.eſt. Vix ea fatus erat quum circunfuſa repente Scindit ſe nubes & in æthera fudit apertum . Sideris. Virgil. Claraq; in luce refulſit Os humeroſq; deo ſimis . Cytęis. Colchis.a Cyta vrbe. Diodo. Sybarim regiā nominat vrbem Colchorū. Conueniunt. Cytęi. Suppreſſum. Virgil.dixit. Conticuere omnes. Hyperionide. Solis fili. Petundum.eam

Petundum.

formam pleraq; tertię & quartę coniuga.verba recipiunt. Noſtro orbe. Graio. Cretheus. ad ea recurre quȩ dicta ſunt in primum. Cum

Aeoli.

Ioue. etſi multi ſunt Aeoli , poetæ ad vnum omnia referunt.vt ſæpe dictum eſt. Fuit autem Iuppiter ex Aceſta Hippotȩ Troiani filia pater Aeoli:quem diximus fuiſſe Deucalionis.aut dicatur Iuppi

Hellen.

ter author qui fuit πατηρ ελλημοσ:vnde natus eſt Aeolus. Ait nanq; Apollo. enarrator q; μελαμπουσ fuit υιοσ αμιθαομοσ του κρηθεοσ του αιολου του ελλημοσ του Διοσ και Δοριπωησ. Neptuno.qui in Enipeum

Tyro.

verſus Tyto compreſſit : Peliamq; & Neleum genuit . Salmonidȩ nympha. Tyro filia S[illegible]oneos. Ex qua & Cretheo natus eſt Aeſon Iaſonis pater. Me neq;. Non huc confugio aras paternas fugiens vt Phryxus. Cui non iuſſo.ſenſus. Cui poſſet eſſe voluptati iſta profectio,tamq; difficilis nauigatio niſi iuſſus interueniret. Facit interdum neceſſitas vt quæ maxime debent diſplicere voluptati ſint. Legi poteſt voluntas cum ſenſu patenti. Iuſſo.id mouere nos poteſt vt apud Sene.in Med. legamus Parcite iuſſo.vbi aliqui iuſto legitant. Monſtra. inter quæ illud fuit quod ab Hercul. in Sigeo littore trucidatum eſt. Tui.patris. Sub nomine. verior eſt textus ſub lumine,id eſt ſub dio/ſeu ſub ſole propius multa poſſidens. Diuos. quot ſumus dij geniti. Stheleno ſatus.

Euryſtheus. Sthelenus.

Euryſtheus filius Stheleni.diximus Sthenelum fuiſſe Actoris filium.fuit & Sthenelus pater Cygni in Cygnū auem mutati. Ouidius. Affuit huic monſtro proles Stheneleia Cygnus:Qui tibi materno quis a ſanguine iunctus Mente tamen Phaeton propior fuit. Tamen aſpera.alij habent tantum. Parere.obedire Pelię iuſſis vt Hercules Euryſthei. Melior. Id plerūq; contingit : q; timidi audacibus / indocti doctioribus / iuſtiq; malis pareant.

V literę abſumptio.

Quiſcunq; . quibuſcunq; . Periclis . excluditur vocalis vt in ſeclum gubernaclum & auunclus apud Strabonis interpretem in.xv. Mox patris ipſe ſui catum interfecit auunclum.& apud Lucretiū. Inter ſe quædam poſſunt coplata teneri . quod mouit Quintianum vt in Cleopoli dixerit . Auriq; metalla Phœnix : conuexas teglas Cinyra ipſe:terebram Dędalus. & Lucret. Quæ memorare queam inter ſe ſinglariter apta.etſi video ſcri-

Defenſus a calumnia Quintianus.

ptum gubernaculum apud Virgi.& tegulas apud Quintia.quod ſi admitteretur iam neceſſe eſſe dicere carmen procœlium:quum ſyllaba ſuperabundat.ſicq; carmen ſcanſione caret.quod apud Virgil. Seruius docet inuentum,ſi antiquis codicibus fides habetur. Sic enim in fine primi legit . Eueniunt nec te comitem hinc aſportare Creuſam. In quem locum Seruius ait. Scanſione caret.multi demūt hinc/multi as. Adiungit idem fide ſeruata poſſe fieri conuerſionem, legendo ſcilicet hinc comitem. quod & Quintia. antiquitatis plerunq; obſeruans in Theonabaſi imitari non dubitauit. Quot teſtes diuini operis protomartyr agyrtes. Q; iuſſa.qui facile paret dignus eſt cū quo mitiſſime agatur/vt cum ſuperbis imperioſe. Alium.nam te ſperat in me vſurum immanitate. Meliora.q̃ ſperat & cupit. Si petere. ſi voluiſſem vellus repetere armis,poteram in Colchos Theſſaliam armare. Quodq; ante.quod reges res Bacchi Perſeoſq; geſtas demirati & ſecuti ſunt.huc me nō tulit impulitve: ſed fides ſola.dictumq; videtur propter Seſoſtrim : qui Bacchum Perſeaq; potuit imitari : quorum fama maximā orbis partem peruaſerat. Non id igitur prȩſumpſi quod aliquot reges ante me fecerunt maiorum gloria aut vi-

rorum fortiũ facinoribus excitati. Nepotes. Calciopes & Phryxi liberi. Nec tamen. Phrygiam Bebryciãq; adijmus nec ſpernẽdi: quũ hic Pollucis virtus i Amycum, illic Herculis gloria & fortitudo ceſo mõſtro enituerit. Seu fraude. Si quis (vt Amycus) nos fraude tentauit circũuenire/ aut honore aliquo (vt Phineus) affecit: dignũ ſuſcepit premiũ. Nã Phineus Harpyiarum colluuie liberat⁹ eſt. Amycus vero ceſus. Et caute Cyzicenorũ cladem ſubticet, ſe ſuoſq; cõmẽdaturus. Nos genus. cognouerunt nos dijs genitos. Dabat. dicebat.
Inuideris. Inuideris. vltima breuis eſt: licet i preterito verior ſit ſenſus q̃ futuro: de quo non ambigitur. Crede dari. crede vellera Phryxo reſtitui cum dabis ſanguini. Victũ. domitũ nauigio. Vecta. Chlamydẽ & frena.
Purpura tyria. Tenarei. purpura Tyria/ Tenareaq; in primis laudaẽ. Hoc patriũ. enſem ſignat. Hec texta. itelligit Chlamydẽ. His. frenis. Lapithes. vt Scythes/ Aeetes/ & Getes: que etiam exeunt in a. Quem te. ſenſus eſt. Cõpertum habeat Pelias quem regem/ nõ immitem vt ſperat/ non barbarũ/ nec moribus efferatũ, ſed comẽ humanũq; Caucaſus habeat. Inter hoies impios ab omniq; humanitate alienos nominãtur Caucaſij. Sene. in Thyeſt. Quis inhoſpitalis Caucaſi rupem aſperam Heniochus habitans. Virgi. in quarto. Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus. Sortitus. Sab. inquit. Vide ne parum emendate ſub nomine Phœbi legatur, pro eo quod debuit eſſe ſub lumine: & quẽ te horrifero pro q̃ te & ſortitus pro tutus. Sab. hæc. cum quo lego ſub lumine: ſed i alijs quẽ non imitabor. Et vix crediderim tãtum virũ hic textum reliquiſſe maculatũ. Quãtum miteſcat. optima peroratio eſt: que ſub vnũ aſpectum oia conijcit. Cõmendat eñ Iaſon Aeetã a iuſtitia: cuius partes ſunt fides, obſeruantia, pietas, religio, gratia, & charitas. Illum eñ ſperat iuſtum quẽ mitem predicat. Laudat a tẽperãtia: cuius partes ſunt modeſtia clemẽtia & continẽtia. Illum ſane clemẽtia vſurum
Orationis artificium. credit, in cuius regno miteſcunt omnia. Eſtq; oratio in genere deliberatiuo: qđ conſtituitur conſilio: & primo regem attẽtum reddit dociſq; Colchos: quorũ regẽ laudat a dignitate genere & meritis. Regem appellat Solis filiũ: & qui primã conſpiciat carinã dignũ & meritũ. Laudat ſe & ſuos a genere & nobilitate. Et quũ ante regem quẽ fama ferebat immanem orandũ eſſet deq; iuſtitia loquẽdum, inſinuatione vtitur. Scit enim ſe regis aures vix demulſurũ quũ vellus ſit petitur⁹: in quo regis ſalus regniq; honor eſt ſi cõſeruetur. Se itaq; affinitate iunctũ oſtendit pedetentim ad rem accedẽs. Inde apta vtens interrogatione quæ dici poteſt ερωτησις, ad hoc ſe vi adactũ oſtẽdit: paſſimq; flores rhetoricos fundẽs quo ad eius fieri poteſt perſuadet, modo αντικλημα afferẽs mõ, amplificationẽ: rẽq; aperiẽs in cõceſſiõe verſaẽ, iũcta purgatiõe, quã neceſſitas cogit. Cauſamq; facti refert i Peliã: et ſi quid criminis eſt i illũ reflectit. Locus tamẽ habeẽ a miſericordia: qui ſub deprecatione formaẽ: quũ ſit dignus & cui gratia habeaẽ, qui ſuperioribus paruerit non motus odio nois Col-

Sed mea nuda fides: ſanctiq; potentia iuſti
Huc tulit: ac medii ſociatrix gratia Phryxi:
Iamq; tibi noſtra geniti de ſtirpe nepotes.
Nec tñ aut Phrygios reges: aut arua furentis
Bebrycię ſpernendus adi: ſeu fraude petiuit:
Seu qs honore meos ſua reddita dona: deuq;
Nos gen⁹: atq; ratẽ magnę ſenſere Mineruę.
Vix tandem longis quæſitam Colchida votis
Contigimus: qualẽq; dabat te fama videmus.
Tu modo ne claros Minyis inuideris actus.
Non aliena peto: terriſue indebita noſtris:
Si quis & in pcibus vero locus: atq; ea Phryxo
Crede dari: Phryxũ ad prios ea ferre penates
Munera, tu cõtra victum mihi vecta p æquor
Accipe Tenarei chlamydẽ de ſanguine aheni:
Frænaq; & accinctũ gẽmis fulgẽtibus enſem.
Hoc patriũ decus: hæc materni texta laboris.
His Lapithes adſuerat eques. da iũgere dona:
Da ſcythicas ſociare domos, ſciat effera regis
Ira mei: quem te horrifero ſortitus in axe
Caucaſus: atq; tuis quantum miteſcat arenis.
Talibus orantem vultu grauis ille minaci
Iandudum fremit: & furiis igneſcit opertis.
Ceu tumet atq; imo ſb gurgite cõcipit auſtros
Vnda ſilens: trahit ex alto ſic barbarus iras:
Et nunc auſa viri: nunc heu ſua prodita Graiis
Regna fremit, quin & facili ſibi mẽte receptũ
Iã Phryxũ dolet: & Scythiæ periiſſe timores.
Nũc q̃ſſat caput: & iuuenis ſpes ridet inaneis.
Quid veſan⁹ agat: q: vellera poſcat ab angue.
Vrit & antiquę memorem vox pręſcia ſortis:
Cur ſimul aut Perſen illinc ſibi mouerit: aut hic
Theſſalicam fortuna ratem: num debitus iſta
Finis agat: ſæuęq; petant iam vellera Parcę.
Interea quoniam belli pugnęq; propinquę

Cura prior: fingit placidis fera pectora dictis:
Reddit & hęc. cupere haud alio vos tpe tectis
Aduenĩſſe meis: quo me grauis obſidet hoſtis.
Frater enim (ſceptri ſic omnib⁹ vna cupido)
Excidiũ parat: & caſtris me ingentibus vrget.
Quare age cognatas primũ defendite ſedes:
Nec decus oblati dimiſeris aduena belli.
Nãq; virũ trahit ipſe chalybs. tũ vellera victor
Tũ meritis nec ſola dabo. contra inſcius aſtus
Ergo nec hic noſtris deerat labor arduus actis
Excipit æſonides: & ceu nihil æquore paſſis
Additus iſte dies: veniat ſuper hæc quoq; fato
Bella meo. non hunc parua mihi cæde doloré:
Quaſq; dedit luet ille moras. tũ Caſtora mittit:
Qui ferat Aeæi ſociis reſponſa tyranni.
Acribus aſt illos curis mora ſęua trahebat.
Ac ſimul vt medio viderunt Caſtora campo:
Crebrior incuſſit mentẽ pauor. O Iouis alma
Progenies fare an patriam ſpes vlla videndi:
Fare (omnes) ille in mediis ſic orſus achiuis.
Nec ferus Aeetes (vt fama) nec aurea nobis
Terga negat: bello interea ſed preſſus iniquo
Auxilium petit. armatos dux protinus omnes
Accelerare iubet: longo nam tuta receſſu
Puppis: & appoſita fluuius defenditur vrbe.
Haud mora pſiliũt: qs nec Rhiphęa iuuẽtus
Quos nec Iber: aut tuta ſuis Aurora pharetris

chici: ſed officio fungens, qđ arduũ eſt laudabile & honorũ ſperans, validis quoq; rationibus ſuã confirmat innocentiã. Qđ autẽ dicit Val. Hoc patrium decus, επανοδος eſt ſeu regreſſio vel reditus, inqt Quintil. vt apđ Vir. Epanodos.
Diuellimur inde Iphitus & Pelias mecũ: quorum Iphitus euo Iam grauior/ Pelias & vulnere tardus Vlyſſi. Igneſcit. ardet, ab ignibus: vt vireſcit prima longa a virib⁹. Habetur tamen ignio. is. & ignitus & igneo. Furijs, ira tacita. Prodita patefacta. Scythiæ timores. propter immanẽ Scytharum crudelitatẽ vt diximus. Non enim hoſpitibus parcebatur. Hermol. in xij. ca. li. iiij. Pli. vbi ſcribitur Arciſſali tractari ait. Arciſſalitę populi, meli⁹ forſan Arcilachi Arcilache.
tę a Diana dicti: quã Ammianus Arcilachen ſiue Orſilochen a barbaris q circa Tauricam ſunt vocari tradit. Cui deę immolabãt (inqt) adpulſos: & capita parietibus phani prefigebant. Val. Flacc. Taurorũq; locos delubraq; ſęua dianę. Pomp. ait. Immanẽ famẽ habent ſolere pro victimis aduenas cędere. Idẽ Hermol. ait Tractaros dici nũc Tartaros: ſed hoc ad rẽ nõ facit. Scythia ſane Aſiam totã olim perterruit armis. Et vt teſtis eſt Herodo. vſq; adeo territus eſt Darius Scytharũ muneribus, vt numeroſo exercitu ſtipatus aufugerit maxima ipedimentorũ parte relicta. Textus maxime dixit timores Scythicos ppter Dianæ aram & inhoſpitalitatẽ. Spes. in plurali vt ſæ Spes.
pe inuenies. Simul. eodẽ tẽpore. non eñ ſola hominẽ pulſat ęrũna. Plerũq; ſociam calamitas aliam trahit. Et vt inquit Sene. finis alterius mali gradus eſt futuri. Vidim⁹ noſtra tẽpeſtate Leones, vrſos, aquilas, Leopardos, canes, Draconeſq; lilijs florẽtibus diuinũ/ longum, fragrãtiſſimũq; odorẽ inuidere: & bene munitum circundare hortulum: ſimulq; excidium fruſtra moliri. Debitus. vtrum finis regni inſtaret. Parcę. dictę a partu inquit Varro. Parcę.
Non paucos inuenias qui ſub Seruio cõſtantiſſime militant, deducentes a parcẽdo κατα αντιφρασιν. Multa Gelli⁹ de parcis. Celiuſq; cap. xxxviij. li. xj. Interea. Doloſum eſt & captioſum Aeetę reſpõſum: quo beneuolentiã in primis ſimulat int⁹ iram decoquẽs/ veraq; falſis miſcens. eſt eñ expugnatis hoſtium caſtris & vrbe obſidione liberata qđ pollicetur negaturus. Hoſtis. Sab. ait. Vide ne parũ emẽdate legaẽ hoſtis pro hoſpes. lego hoſtis. Vna cupido. omnes infando ducũtur regnandi proluuio: pugnaq; eſt (inquit Pap.) de paupere regno. Cognatas. conſanguineorũ. Chalybs.
ferrũ homines ad arma mouet. Victor. poſtq̃ vicero votiq; cõpos fuero vellus offeram. Meritis. vobis Argon. Ergo nec. oportebat ne ſocios his bellis implicari quos poſt tot labores decuit quieſcere: Non hũc. Perſes hũc laborẽ morãq; non modica luet ſtrage. Quaſq; dedit. qui morarũ auctor eſt. Luet. ſunt qui legunt leuet. Aeęi. Colchici. Acribus aſt illos. ingẽtibus torquebantur curis Argo. propter nimiam Iaſonis & ſociorum moram. Omnes. ſ. dixerunt. eſt ne vlla ſpes reditus. Vt fama. atqui dictum eſt: qualẽq; dabat te fama videmus. ergo nũc intelligit Aeeten impiũ & crudelem nõ eſſe: quẽ tamen fama ferum predicabat: & paulo ante Iaſon artificioſe dixit, videmus te talem qualẽ fama predicat reſpiciens ad opes grauitatẽq;. Nec negat. plus dicit q̃ offert aut cõcedit. vt Munera nec ſperno. Appoſita. propiqua. Rhiphęa. q rhiphęos mõtes Scythię icolũt. dicũtur Rhiphæa ventorũ ſpiramine. Virgil. Gens effrena virum Rhiphęo tundiẽ Euro. Iber. vlt. longa eſt. at in compoſito corripitur Celtiber. Producũtur ſane vlt. quæ ſiunt in ηρ. vt αηρ αιθηρ. apud Claud. tamẽ videmus legentes quos Lucidus vmbroſo miſcebitur aer auerno. quibus refragatur Parrh. Codrus etiam Vrceus in ſecũda Syra forſan maculato Claud. codice deceptus dicere nõ erubuit. Aer odoratũ donat res humida guſtũ. Latini tripiunt mater & pater. Aurora. populum ſignat oriẽtalem, qui Perſę auxilio erat Indoſq; Parthos & Perſas. De Indorum ſagittis in tertio locuti ſat ſumus. notę ſunt etiam Parthorum ſagittæ quibus fugientes armat. Chorus.
Rhiphęa. Iber.

ſtellarum multitudo. Nox aurea. pulchra, ſtelliſq; rutilis colluſtrata. Temere. inconſulte. Nec talia. non minus timebat argonautis ſuſceptis, q̃ fratre & hoſtib⁹ in vrbẽ admiſſis. Lęto vultu. ne quid deeſſet qđ conuiuiũ ſuis numeris abſoluere deberet. Cratere magno. inter omnes cõſtat Scythas eſſe vinolentos. vnde Scythiſſare apud Herodo. pro immodice bibere & inebriari ponitur. quorum pocula dicũt Scyphos quaſi Scythos, inquit Cęl. xiiij. li. Herod. idem ait hoſtiũ homicidas in Scythia ex cranijs ingentes ſibi crateras facere: quibus bibũt. ait pręterea hoſtiũ capita externus corio bubulo tegi, int⁹ inaurari: ſubiũgẽs ſemel quotannis ſingulos regionũ principes vinũ crateribus miſcere: de quo omnes Scythę bibunt hoſtiũ homicidę: nemo guſtat qui nihil pręclari operis ediderit: ſed ſine honore ſeorſum ſedens ignominioſus habet: qui vero plures cędes fecerunt duobus pariter quos habent calicibus potant. Natos Iouis. Caſtora Pollucẽq;. Aeacidũ. Telamonis & Peleos. Alumnos Calidonis. Tydea & Meleagrum. Relictum. in Myſia. Defletoſq; duces. Idmona & Tiphyn. Terræ. vt in littore Cyziceno. Maris. inter Cyaneas cautes. Concita. a concior. ſecũda eſt longa. i. conuocata & adgregata. Expetit. exquirit. Aſper. ſ. auro & ſignis qui virum nobilẽ decet. probãt hoc baltheus Pallãtis, Aiaciſq; Telamonij. nec ille Amazonicus eſt prętermittẽdus a gręcia tãtopere expetit⁹. Armiger. aderat famulus promptum habens arcum. Quẽ rogitas Carmeius. ſ. vocatur. cuius mores exprimunt. Pharetrę. ſemp pharetrã gerit. Herod. ait pleroſq; Scythas hoſtib⁹ pellẽ detrahere, qua pharetrarũ opercula tegunt. Choaſſem. filius erat amnis vt vult poeta. Choaſpes aũt amnis eſt: ſed Perſię ex Vxia fluens. Potantem. is mos erat Maſſagetarum. Pap. in Achil. Lactea Maſſagetę veluti quũ pocula fuſcant Sanguine. addit Herodo. Scytharũ morem eſſe ſanguinem potare quem primũ in pręlio ceperint. Lege Pomp. Mel. Pli. ait Sarmatas longinqua itinera acturos pridie q̃ proficiſcãtur inedia equos afficere ſolitos exiguũ tãtum potum impartiẽtes. Atq; ita per centena milia & quiquaginta cõtinuo curſu eũtibus inſidere. Bellatoris. Virg. Poſt bellator equus. Plin. ait equos pugnam pręſagire, certũ eſt pro dominis ſępiſſime certãtes occubuiſſe. Immiſſis. laxis. Ouid. dixit Hic lacer imiſſos terruit Hector equos. legũt quidã aliter. Habenis. Herod. & Pomp. Mel. aiũt Scythas pellem ab hoſtiũ corporib⁹ vellere: quã mollitam tanq̃ mantile poſſident: & ea habenis equi ſuſpenſa gloriãtur. hoc ideo ſubiũgo quia dixit imiſſis: qđ Herod. Põponioq; poſſet congruere. Flexilis. habebat iſte Aron flauos crines retortos ſeu tortiles. qui mos etiam ab Alemãnis quibuſdã obſeruatur. cuius equites ſimiliter comã habebãt flexilem. Spolijs. pelle. vt Hercules in ſpolijs leonis. Odruſſa. nomen forſan tractũ ab Odryſſa flumine Amazonũ vicos interluente. Mero. quia Scytha. Vide. vltima breuis. vt citat etiam Quintilianus poeta nobilis: cuius diligentiã turbauit chalcographorum incuria. Male ſcri

Scythiſſare. Scyphi.

Baltheus militaris.

Choaſſes.

Scytharum mores.

Bellator equus.

Vide.

Suſtineat: ſtetit explicito prius agmine pubes:
Expertiq; ſimul ſi tela artuſq; ſequantur.
Nec quiſq̃ freta: nec patrias iá reſpicit vrbes:
Sed magis ad præſens itur decus. icita criſtas
Aura quatit: variis floret via diſcolor armis.
Qualis ab oceano nitidũ chorus ęthera verſat:
Qualibus adſurgens nox aurea cingit aſtris.
Illos Sole ſatus tacita mœſtiſſimus ira
Miratur temere adſumptos: nec talia mallet
Robora: q̃ medios hoſtem ſubiiſſe penates.
Interea lęto patitur conuiuia cultu:
Et iuxta Aeſonidem magno cratere laceſſit:
Nunc ſibi mõſtrãtem natos Iouis: oraq; iuxta
Aeacidum: nũc ingentis Calydonis alumnos:
Audit & Alciden infando errore relictum:
Defletoſq; duces: terræq; mariſq; labores.
Ipſe autem tantis concita furoribus arma
Expetit Aeſonides: & amicos ordine reges.
Quis procul ille virũ nobis quẽ baltheus aſper
Subligat: & ſtricto ſtat ꝓxim⁹ armiger arcu:
Ceu pugnã paret: & poſitas cõfundere mẽſas:
Contra flammigeri proles Perſeia ſolis.
Quẽ rogitas Carmeius ait. mos cõmin⁹ arma
Semp habere viro: ſemp meminiſſe pharetrę.
Quid Latagũ? qd ſi amnigenã mirere Choaſſẽ
Bellatoris equi potantem cerne cruores.
Nec tamẽ immiſſis hic ſegnior ibit habenis.
Illũ ait Aeſonides pariter refer: horrida ſignis
Cui chlamys: & miſta ſpirat coma flexilis aura.
Reſpicit Aeetes: atq; hunc q̃q; nomine reddit.
Diues Aron: croceos ſic illius omnis odores
Iactat eques: victis ſic eſt coma culta manipliſ.
Campeſus hic ſpoliis in tygridis: ille ꝓfundo
Incumbens Odruſſa mero. vide lata comantẽ
Pectora: & ingenti turbantem pocula barba.



Hic & Iaxarten dictis ſtupet hoſpes acerbis
Immodicũ linguaq; grauem: cui nulla minãti
Non ſuperum: non præſentis reuerentia belli.
Contra autẽ Aeetes: nõ fruſtra magna ſupbo
Dicta volant ait: & vocẽ paria arma ſequunt.
Nec requies quin marte diem noctẽq; fatiget.
Atq; vbi Rhiphæa ſtupuerũt flumina bruma
Iam pauidi cũ prole Gethæ: iam peruigil illum
Medus: & oppoſitis expectat Iberia clauſtris.
Hos autẽ quecũq; manus ſua ſigna ſequatur:
Si memore: prius humẽtẽ lux ſoluerit vmbrã.
Cras acies atq; illa ducum: cras regna videbis
Diſſona: ſaxiferæ ſurgat q̃bus imber habenę:
Quæ iaculo gẽs apta legi: quæ picta pharetris
Venerit: ingẽtes animo iam proſpice campos:
Atq; hanc alipedi pulſantem cornua curru
Euryalen quibus exultet mauortia turmis:
Et quantum elata valeat peltata ſecuri:
Chara mihi: & veras inter non vltima natas.
Fatur: & occiduo libat cratera parenti.
Quiſq; ſuis tum vota deis & pocula fundit:
Dent acies: dent belligeros ſuperare labores.
Ecce aũt Gethicis veniẽs Gradiuus ab antris:
Ingentemq; trahens arctoa p æquora nubem.
Aſpicit Aeæa Minyas ſtupefactus in vrbe:
Ambitumq; ſenem: promiſſaq; vellera puppi
Theſſalicæ: citus ad ſummi ſtellantia patris
Tecta ruit: queſtuq; Iouem teſtatur acerbo.

bitur enim Intro vide lata comantẽ. quum ſit mero legendum. Comantem pectora. habentem pect⁹ piloſum. in quo voluit Odriſſę fortitudinem cõmendare, cum hoc quod ſubiungit lata, vt de Meleagro dictũ eſt. Aut pectora dixit illum comantem, q barbam haberet in pectus demiſſam. Nam ſequitur. Et ingẽti &c. Iaxarten. nomen principis eſt tractũ a fluuio labẽte in Hyrcanum mare. Sunt & populi Iaxartæ in Sogdianis, inquit Hermol. qui apud Plin. legit Iaxartę. non Iaxarę. qđ prius legebatur. xvj. cap. li. vj. inquit idem. Dicitur etiam Iaxtes. Claud. Annue ſic nobis Scythicus famuletur Iaxtes. Ptol. in. vj. Iaxartas & Iaſtas populos Scythiæ diſtictos & Iaxarten Iaxartũq; (ſi verus eſt codex) fluuiũ. vnde apud Claud. legi poteſt Iaſtes pro populo aut etiam flu. Sed hic ne legas Laxartẽ. Immodicum dictis. Pap. dixit immodicum iræ Tydea. Linguaq; grauem. moleſtum. procacem ſignat & locutuleium impendioq; loquaciorem. Nonnunq̃ etiam dicimus virum lingua grauem grauiter ſapienterq; loquentẽ & facundum: cuius oppoſitum erit lingua leuẽ & in verba prouectum haberi. de quo Gel. Superum. Sic a Papi. in Theb. Capaneus. & Virgil. Mezentius introducũtur. Paria arma. magnus erat & ſermone & armis: non his ſane ſimilis qui verbo tenus audaces iactantiæ dictorumq; prodigalitatem factorũ parſimonia reprimunt & temperãt, audaciores ſine armis q̃ armati. Nec requies. noctu & die bellis operam impendens. Noctemq; fatigat Marte. non eorum more, quos Numanus Virgil. ſic inceſſit. At nõ in Venerem ſegnes nocturnaq; bella. Stupuerunt. obriguerunt/glaciẽq; contraxerunt. Talis ſane ſtupor in fluuio dicitur fluxus langor. qui ſi eſt in animo, dicitur hallucinatio. Et Gelli⁹ vocat elucũ. quaſi alucum ab αλυειν a in e verſa. quo ſignatur inquit Feſtus languidus & hallucinator. Stupuerunt. non ſolum fluuij Scythię congelantur: ſed etiam mare Scythicum. quod negat Macrob. aduerſus Herod. Inſurgens. licet videatur ſuperficies maris congelata, id nõ accidit ex aqua maris integra. aqua vero dulcis ſupernatãs cogitur. Iam pauidi. Getharum. Medorum Iberũq; regiones populatur. Lux ſoluerit. Virgil. dixit. Ante diem clauſo componet veſper Olympo. Vmbram humẽtem. noctem humidam. Diſſona. linguarũ diuerſitate vtentia. Habenæ. ſic legit Sab. videturq; poeta funditores ſignare, qui fundas circum agunt, & habenarum altera laxa iaculantur lapides. Iaculo leui. Sen. in Hercul. fur. Iam tamen auſi telũ Scythici Leue corithi miſſum certa librare manu. Picta pharetris. Gelonis mos erat & Agathyrſis ſe pingere. quod Virgil. non prętermiſit. At nunc ſignantur Pharetrę depictæ. Euryalen. Nomen Amazonis eſt. Nec ſolę Amazones pugnaturę equis inſederunt. Myſę quidem equitarunt aduerſus græcos quibus pręfuit Hiera Telephi vxor (quam Nireus interfecit) mulier ſane omniũ quas vnq̃ Protheſilaus vidit maxima & pulcherrima. De Sarmaticis autem dicetur. Alipedi. celeri. Peltata. Pelta Amazonum clypeus. Exultet. Virgilius. Exultat Amazon. Occiduo parẽti. Soli ad occaſum tendenti: quum orientales populi orientem adorent. ſuis deis. nam non idem erat omnibus eorundem numinum cultus. Alij enim Iouem, quidam Herculem, Nonnulli Artemidem Dianam venerabantur. Dent acies. preces ſunt diſcumbentium ad ſuperos. Arctoa. Scythica quæ ſunt ſub arcto. Ambitum. ſecunda longa. ſtipatum, cinctum. Ouidius. Iuſſit & ambitę circundare littora terræ. Subſtantiuum ſecundam corripit. Puppi. Argonautis. Patris. Iouis dixit. quum ſit ſecundum Ouidium ſolus Iunonis.

Iaxartes.

Iaxtes.

Iaſtæ.

Grauis lignai

Hallucinatio.

Euryale.
Hiera.

Ambitus.

Studiiſ. bellicis. aut dixit propter numina Iaſoni plus ęquo fauentia. In ſolos hominũ. id ex Home. & Virgi. qui nõ minꝰ acerbã iter ſuperos q̃ hoĩes certationẽ conſcripſerũt, vt ante dictũ. Te iuuant. qui pacẽ populis, ſuperis concordiã, nullãq; aut iuſtam de terris curã relinquere deberes. Nõ abigis. nõ exigis a cęlo: nec diuinitate priuas, quę Phœbo lõge nocẽtior eſt. Temerarij ſane poſtulatio & violẽti: q diuinã ſapientiã, & cęlorũ virtutẽ ſuo claſſico e ſuperis ſedibꝰ tentat exturbare. Rabidã. inſanã. aut rapidã: quæ rapiẽs oĩa nec a Iouis rapido fulmine manus cõtinuit. Nõ queror. pulchre dictũ quũ de hoc conquerit̃ maxime qđ cõqueſtiõe indignũ aſſerit. Sperantẽ. Iaſona. Eſt autẽ iſta Martis Palladiſq; cõqueſtio illi ſimilis: quã facit Virgi. inter Iunonẽ & Venerẽ. Sic cętera. palã. ſ. Inſidijs quid nũc. clandeſtine. Nõ opꝰ. præuẽtio eſt. Potuiſſet enĩ Pallas dicere Argo. auxilio Perſę nõ Acetę veniſſe. Tantę. dicit virtutẽ nõ numerũ. Tuus Aeſonides. Inuidioſe dictũ. & pathos eſt. vt Quid meus Aeneas ĩ te cõmittere tãtũ? Quid troes potuere. Imus. nunc p̃ſentis tẽporis geminatio eſt in primo mõ: & Martis ꝑcipitationẽ arguit. Decernimꝰ. vt apud Virg. Inter ſe coiiſſe viros & decernere ferro. Legãt alij ſi velit cernere. qđ putant ſumptũ ab Ennio. Vitã cernamus vtriq;. Tu ſola. ne temerarius iudicet̃ Iunonẽ nõ excludẽs. Tacitis. vt tacita ſilẽtia lunę dicimus. Quãtus deus. ſ. eſt. aut ſum de ſe ipſo loquẽs. Adſtiteris. vltima lõga eſt nunc vt apđ Hora. Quę dederis aĩo. Oui. Dederis in carmina vires. Scribit̃ etiã aſtiteris. vñ Ennius ſcripſit. Subulo finitimas ꝓpter aſtabat aquas. vt citat Hermol. in Plin. & Varro tertio de ling. lat. etſi apđ Feſtũ Põp. legit̃ in aliquibus codicibꝰ Subulo quõdã marinas abſtrahat plagas. Crinitꝰ legit Subulo quondã marinas ꝓpter aſtabat aquas. Alij legũt Quõdã Subulo finitimas &c. Calepinꝰ legit vicinas. Adſtiteris trabes. ſteteris ad nauẽ. Quæ rudis. videtur id tangere poeta: qđ refert Herod. in Melp. de Martis ſimulachro qđ eſt cõpoſitũ apđ Scythas ex rudi ruſticaq; materia, & ſarmentis iuncto Acynace. Quæ rudis. ſum. vt de hortorũ deo dicit̃ rudi & ligneo in opuſculo ab eo edito qui ſi vnda Parthenius eſt, ſalcta mẽ Gnidius. Colimur. licet nõ ĩ eo ſim honore & ꝓcio apđ Scythas quo Pallas Athenis, Iuppiter in Creta, Iuno apud Samios, Venꝰ apđ Cyprios, ĩ Dælo Phœbꝰ, Eleuſi Ceres, ĩ Phrygia Cybelle. &c. Sola vmbra. Legatur Herod. Eſt amor. notanda eſt ſentẽtia. Cuiq; ſuum cordi eſt & curæ. Donaria certant. Certatim tibi offeruntur dona, vt recte Laurentius Valla explicat: ſed ꝙ Seruium nimiſq̃ anxie ſuopte more prouocat & mordet, non ab omnibus probatur. Nam & dona & donorum receptacula ſunt. Honor. ſacrificium, cultus & hoſtia Iunoni & Palladi. Mycenis. vbi colitur Iuno vt Argis. Cecropis arces. Athenas Palladi ſacras. Cecrops Athenienſium rex connubij inſtitutor: ideo dictus Diphyes. qui omniũ primus Iouem appellauit: ſimulachra reperit: aras ſtatuit, victimaſq; immolauit. Lachrymis. Ad q̃s nõ ad arma mu-

Decernere.

Aſto.

Martis idolũ.

Donaria.

Cecrops.

Quę ſtudiis rex magne quies? Iam mutua vidi
Exitia: in ſolos hominum molimur honores.
Teq; ea cuncta iuuant: rabidã qui Pallada cęlo
Non abigis: neq; fœmineis ius obiicis auſis.
Non queror extructa ꝙ vexerit ipſa carina
Vellera ſacra meis ſperantem auertere lucis:
Quæq; palam tutata viros: ſic cætera pergat
Si valet: inſidiis quid nunc fallacibus ambit
Noſtra vt Phryxęo ſpolientur tẽpla metallo?
Non opus auxilio Colchis: nec fœdere veſtro:
Et Perſen ſimul: & Minyas depoſcimus hoſtes?
Quin age quid tantę coeunt in prælia gentes?
Quid tuus Aeſonides? imus nos ꝓtinus imus
In nemꝰ auriferũ: & ſũptis decernimꝰ armis:
Vel tu ſola polo tacitis inopina tenebris
Labere. quantus ibi deus experiere: nec illas
Adſtiteris impune trabes: an martia templa
Intemerãda minus? tãtus mihi luctꝰ & angor:
Quæ rudis: & ſola colimur ſi gẽtibus vmbra.
Eſt amor & rerum cunctis tutela ſuarum.
Et tibi magne pater terris donaria certant.
Eſt honor his etiã ſuus. aſt ego chara Mycenis
Culmina: virgineas præ der ſi Cecropis arces:
Iam coniunx: iã te gemitu lachrymiſq; tenebit
Nata querẽs. metuant ergo: nec talia poſſint.
Non tulit hęc animis: quin longa ſilẽtia Pallas
Rumperet irridẽs ſtrepitũq; minaſq; Gradiui.
Nõ tibi Aloidę: qbꝰ hęc fera murmura iactes:
Nõ Lapithę: ſed Pallas ait. neq; ego Aegide di
Nec vocer vlteriꝰ ꝓles Iouis: excidat iſte Cgna
Ni tibi corde tumor: lituos miſer armaq; ſaxo
Oderis: & primis adimam tua nomina bellis.
Quin ſimili matrẽ demẽs grauitate ſequutus.
Digna quidẽ: mõſtrũ ſuperis quę tale creauit.
Qđ tñ aggreſſę ſcelus? aut quo crimine ſontes
Si iuuenem: qui iuſſa ſui tam dira tyranni
Impauidus: maria & nõdũ qui nota ſubibat:
Iuuimus: & magnis aliquã ſpẽ mouimꝰ auſis:
An nullas præferre preces: nec fœdera reges
Vlla ſequi: cæca ſed cuncta impellere pugna
Debuimꝰ? ſic Thraces agũt: ſic turbidus iſte
Siqua petit. cuperẽ hæc etiã nũ bella remitti:
Nec ſocias armare manus. da vellera rector:
Et medio nos cerne mari. ꝙ ſin ea Mauors
Abneget: & ſolus noſtris ſudoribus obſtat:
Ibimus indecores: fruſtraq; tot æquora vectę.
Fas aliquẽ neq̃at? ſic fœmina cœperat ardẽs.
Hic iterum alternis Mauors inſurgere dictis.
Excipit hinc contra pater: & ſic voce coercet.
Quid veſane fremis? cũ vos iã pœnitet acti:
Peccatumq; ſatis: tunc ad mea iura venitis.
Quolibet iſta modo: quacũq; impellite pugna
Quę cœpiſtis: habent quoniã ſua fata furores.
Te tamen hoc cõiũx: & te mea nata monebo.
Sit Perſen pepuliſſe ſatis: nec vana retentet
Spes Minyas: finemve velint imponere bello.
Illum etenim talis rerum manet exitus ergo.
Victa retro nunc caſtra dabit: bellũq; remittet
Territus aduentu ducis: & virtute Pelaſgi.
Mox vbi Theſſalicis referẽt hos flamina terris
Tũc aderit: victorq; domos & ſceptra tenebit

lieres ſolẽt cõfugere. Lõga ſilẽtia. Virg. Quid me alta ſilẽtia cogis rũpere. Aloidę. Indignata Pallas eos Marti obiicit a qbꝰ ipſe vel ſui victi ſunt. Lapithę. Qui Cẽtauros Martis nepotes vinolẽtos in nuptijs Pirithoi & Hippodamię opp̃ſſerũt. Aloidæ. Othũ & Ephialtẽ ſignat: q aduerſus Martẽ dimicãtes vinctũ cathenis in carcerẽ truſerũt, a Mercurio inde Iunonis ꝓcibꝰ: vt ſcribũt, liberatũ. Huius fabulę meminit Claud. Cũ gemini fratres genuit q̃s aſper Aloeus Martẽ ſubdiderint vinclis. hos dicit Ouid. Neptuno genitos. Tu viſus Enipeus Gignis Aloidas. Hom. ε. ιλ. ait Martem belloꝝ arbitrũ ab fortiſſimis Aloei filijs arctis vinculis in ollã æreã: ſeu mauis carcerẽ æreũ (nã id ſignat κεραμοσ) retruſum ꝓpediẽ forte periturũ (nã tredecim mẽſes forti corpe & aĩo exhauſto viribuſq; attritis illic durauit) niſi eũ Mercurꝰ monitu ꝓcibuſq; Eeribœę nouercæ motꝰ eduxiſſet. Hom. ſane nõ Oethũ ſ; Othũ ſcribit pria lõga. ait enĩ. τλημεν αρησ, οτε μιν ωτοσ κρατεροσ τ' εφιαλτησ παιδεσ αλωηοσ δησαν κρατερω ενι δεσμω χαλκεω δεν κεραμω δε δετο τρισ και δεκα μηνασ και νυκεν ενθα πολοιτο αρησ ατοσ πολεμοιο ειμη μητρυιη περικαλλησ ηεριβοιη ερμεα εξηγγειλεν. οδ' εξεκλεψεν αρηα ηδη τειρομενον. lege Cæl. 33. cap. lib. 9. exponentẽ qđ ſit Ceramꝰ. Nec is fuit ſolus ex deis quẽ mortales vel vicerunt: vel vulneratũt. Pluto apud Pylon ab Herc. in humero ꝑcuſſus: vt meminit Senec. in Herc. furent. & Home. ε. ιλ. Iuno trigona ſagitta in dextra papilla ab Herc. vulnerata. & Pallas ab Ornito, vt viſum eſt in his q̃ notauimꝰ in tertiũ. Volat. ait Bienũ vrbẽ eẽ in Creta, vbi vim paſſus eſt Mars ab Otho & Ephialte Neptuni filijs. a qbus tãdẽ ſacris honoratus eſt: q̃ a qbuſdã dicunt̃ Hecatõphonia. Hic illud a Cęlio ſumptũ eſt de auaris pecunias in carcerẽ & terrę viſcera cõiicientibus: quas inde vice numinis colunt, amant, venerantur: vt eos non inſuaui vocabulo vocet Aloidas, ſeu mauis cũ eodẽ Aloadas. Home. in. xi. Odyſſ. ait Iphimediã Aloei vxorẽ fuiſſe: quæ ex Neptuno Othũ & Ephialtẽ ſuſtulit: hi dijs bellũ minati q̃ ſibi cælũ facerẽt puũ Oſſan olympo ſupꝑpoſuere, a Phœbo Iouis & Latonę filio iterẽpti. ideo Virg. dixiſſe credimꝰ. fudit Aloidas poſtq̃ moderator Olympi. in opuſc. de obitu Mec. vbi legũt aliq Fudit & Aeolidas, alij cõtra metri rõnẽ. Fudit & Aloidas. Apol. i. i. ait. τοια φατισ και τουσ πριν επιπλυειν μακαρεσσιν αλωιαδασ. ſed ea rõne dicent̃ Aloidę qua Herc. Amphitryoniades cũ Neptunꝰ pater fuerit. Hom. λ. οδυσ. την δε μετ' ιφιμεδειαν αλωηοσ παρακοιτιν εισιδον, η δη φασκε ποσειδαωνι μιγηναι: & q̃ ſequũt̃ multa. Hegeſinꝰ aſſerit Othũ & Ephialtẽ primos Heliconẽ muſarũ mõtẽ appellaſſe: ad cuiꝰ radices Aſcren Theocriti natiuitate inſignẽ cõdiderũt: q vt auctor eſt Pindarꝰ cũ agerent̃ Pythia miſerũ habuere exitũ. ſe etenĩ in Dianã ipſe gerebãt: q̃ in ceruã mutata illis apparuit: & inter fratres de induſtria miſit. eã cũ telis peterent, mutuis ceciderũt. Fuit etiã Aloeus Solis filius pater Epopei q Marathonẽ genuit patrẽ Corinthi, ſecũdũ alios Ioue geniti. Lituos. Tubas: teſte Gel. & ſumit̃ interdũ ꝓ virga augurali breui & incurua qua pte anguſtior eſt. Arma. Quibus ſoles oblectari. Matrẽ. Iunonẽ. Monſtrũ. Hom. in. iij. Odyſſ. Inter oẽs cęlites mihi Mars eſt maxime inuiſus: quẽ nihil iuuat niſi rixę, niſi pugnę, niſi bella, vere reddẽs ingeniũ Iunonis ferox, vaſtũ, cõtumax, & malignũ. Martẽ ſane Iuno Florę cõſilio ſine Ioue cõcepit: quẽ etiam coxę alligatũ diu fouit: vt Iuppiter Bacchũ. Qđ tñ ag. ſcelus. qđ crimẽ admiſimꝰ: ſi Iaſona iuuimus q impauidus &c. q̃ Iouẽ oĩa magis mouẽt: & Martẽ adducũt in inuidiã, Iaſonaq; in amorem & gratiã. Magnis auſis. In qbꝰ ſat fuerat voluiſſe. An nullas. Mãcinel. fœdiſſime labit̃ dicẽs an naturaliter corripi qđ Val. ꝓducit: eiꝰ verba ſunt. In vel an atq; viden ſic creſcẽs ꝑ gtm: Vt nomẽ ꝓducit Hymẽ, ſiren ẽq; ſẽp. An vllas p̃ferre ꝓces: Balbꝰ tñ inqt. etſi in meo codice vallas pperã notat̃: nec recte ex. vj. citat̃ auctoritas. ſenſus aũt erit: quẽ Manc. nõ intellexit. Nõ debuimꝰ Aeetã ꝓcari & fœdera q̃rere: ſed cũcta mouere ad arma more Thracũ q nihil cõſulto, oĩa iprouide & imprudẽter agũt? Mouimꝰ. Si ſpem dedimus rei bñ gerẽdę Iaſoni ſine diuino au-

Aloidę.

Ceramus.

Dij a mortalibus victi.

In auaros.

Iphimedia.

Locus Virgilij.

Aloiadæ.

Aſcre.

Aloeus.

Lituus.

Mors cur mõſtrum.

Mancinelli error.

xilio nauigationē adgreſſus forſan in deſperationē incidiſſet. Regis. Aeetę. ne legas reges. Iſte. Mars. ꝓ cōtēptū. Socias. Argo. q iā Colchorū facti ſunt ſocij. Da vellera. Sine Argo. aureo potiri vellere vt decet. & iam reditū parari ſpectabis. Sudoribus. Laboribus. Solus. Vt Marti reſpōdeat qui dixit: Vel tu ſola polo &c. Veſane. A ve particula minuēte. Peccatū. ſ. eſt. Quolibet modo. Subdititia eſt & adulterina dictio domo ꝓ modo: & accipite ꝓ exitus. Talis exitꝰ. Finis. Illū. Perſen. Hos. Argo. Aderit. adueniet, reuertetur Perſes: vbi Argon. diſceſſum habuerit exploratum: qđ poeta non explicuit.

Donec & Aeeten inopis poſt longa ſenectæ
Exilia (heu magnis quātum licet impia fatis)
Nata iuuet: Graiuſq; nepos i regna reponat.
Hic labor amborū: hæc ſūt diſcrimina fratrū.
Vadite: & aduerſis (vt qs volet) irruat armis.
Dixerat: inſtaurat menſas: pacemq; reducit:
Et iam ſideream noctem dimittit olympo.
Tūc adſuetꝰ adeſt Phlegræas reddere pugnas
Muſarum chorus: & citharę pulſator Apollo.
Fertq; graue Phrygiꝰ circū cratera miniſter.
Surgitur in ſomnos: ſeq; ad ſua limina flectūt.

Medeæ impietas & ſcelera.

Aeeten. Vt. longa eſt. Donec. In exilio viuet Aeetes donec ex Theſſalia rediēs Medea regnū patri reſtituat. Nata iuuet. Ne legaſ iubet cū cod. Bonon. Quātū licet impia. Quātūuis, quātūcūq; impia, q̄ patrē, patriā, cōſanguineoſq; ꝑdiderit: ad furtū incognitis viā fecerit: lacerarit fratrē: in patrē ſenio fractū filias innocētes armarit: pellicē cū patre & regia cōſumpſerit ignibꝰ: filios occiderit, venenumq; miſcuerit priuigni poculo. Graiuſq; nepos. Intelligiſ Medus: quē vt quidā dicunt, Iaſon ex Med. genuit: tradiditq; Chironi nutriendū. Alij iter quos Trogus aiūt Medū ex Aegeo natū & Medea. Et is Iaſ. & Med. profugos in Colchida ſequutus eſt. Reponat. Qđ Medo poeta concedit: alij Iaſoni attribuūt: qui Perſen pepulit: Aeetē regno reſtituit: & poſt Hercu. & Bacchū oēs pene oriētis populos ſubegit. Sydereā. Syderibꝰ ornatā. Phlegręas reddere pugnas. dictiões falſę textū reddidere claudicātē: ſēſūq; fecere obſcurū. legiſ ſane in aliqbꝰ codicibꝰ Phlegias q reddere: tūc verſu ſuis nūeris abſoluto verꝰ exulat ſēſus, vetuſq; fabula. Alij codices habēt Phlegręas q. tū textu claudicāte ſatis cōgruus emergit ſenſus. Erūt forſan q Phlegias nō improbabūt: quū populi fuerit: vt diximꝰ, inſulani teſte Seruio, in ſuperos admodū impij: ſed aduerſus quos ſuperos pugnaſſe nō legimus. Neptunū ſcimꝰ illos fluctibꝰ immerſiſſe ꝑcuſſa vt dictū eſt in. iij. tridēte inſula, indignos tamē de quibꝰ muſarū chorus & Apollo inter cātus meminiſſe dicanſ. Non ambigo quin ab audaculo fuerit dictio inuerſa territo (vt conijciendum eſt) ꝓpter diphthongon quā corripi videbat, qui adiuncto. verū ſi (vt decet) exigiſ, & ꝟſus & ſēſus p ſe ſatis aptꝰ ē. audiaſ Pōt. ij. de Aſt. priuſ q̄ qđ diu multūq; pēſitauimꝰ ab idoctis explaudaſ. His vbi biſſenis circū redeūtibꝰ ānis Inſtituitq; dapes pr̄: & carcheſia libat. Titanū pugnę memor hi certamia voce Ingeminā: plauſu reſonant caua tecta ſonoro. Miranſ ſuperi vates: & carmina totis Auribus arripiunt. Eſtq; id ſumptū ex prīo Ilia. quū dicitur. Exactū eſt ad ſolis occaſum cōuiuium Apolline pulſante citharam auro gēmiſq; diſtinctam: & muſis ſuauiſſima voce ꝑ vices modulantibus. & ſequitur. Poſtq̄ vero cibo oēs, potu, cātuq; ſatiati ſunt, ſub ipſum crepuſculum ſuas ſe domos recipiunt petendi ſomni gratia. habēt eñ proprias ſinguli dij domos: q̄s eis optimꝰ opifex Vulcanꝰ architectatꝰ eſt. & id Virg. in fine. i. ęne. imitatꝰ eſt. & Pap. in Achil. Dicūt ergo Phegręas pugnas Val. & Pōta. Titanias. Phrygiꝰ. Ganymedes pocillator deoꝝ. Auſ. in monoſyl. Stat Iouis ad cyathū genuit quē Dardanꝰ Tros. Surgitur. Impſonale eſt. Ad ſua limia. Domos. q̄s diximꝰ ex Home. a Vulcano fabricatas. Flectunt. Diuertunt. Finis.

Phlegię.

Phlegræa pugna.

Domꝰ deorū.

Ganymedes.

Argu. VI.

In. VI. Val. Flac. Lib. Aeg. Maſerij Argu.
Mars furijs agitur. Minyarum fœdera Perſes
Queritat. Auxiliū Scythicis ꝓfertur ab oris.
Aeſoniden Pallas ſequitur: fratrēq; Medōtis
Cādenti deturbat equo ſemotus Amyclis
Caſtor. Styre fugis: nec cęſū credis Anauſim
Saucius. in Minyas cōpellit Iaziga Mauors
Geſandrū. Canthus rapiſ. ꝓ corpore pugna
Exoritur. curru Euryale indignata receptum
Vindicat. inq; tui falces Ariaſmene currus
Laberis. ignotis Iuno implet Colchida curis.
Miratur virgo pugnas. cadit enſe Colaxes
Aeſonio. damnat diuorū oracula Perſes.





## C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON LIBER SEXTVS.

At vigil his furiis ardet
Gradiuus: & acri
Corde tumet: nec quas
acies q̄ caſtra ſequatur
Inuenit: ire placet tādē:
præſenſq; videri:
Sternere ſi Minyas: magnoq; rependere luctu
Regis pacta queat: Graiāq; abſumere puppē.
Impulit hinc currus mōſtrū irreuocabile belli
Concutiens: Scythiæq; ſuper tentoria ſiſtit.
Protinus e caſtris fugit ſopor: excita tela.
Turbati coiere duces: hos inſuper ingens
Fama mouet: rate q̄ ſacra vulgabat Achiuos
Aduenīſſe ſui repetentes vellera Phryxi:
Quos malꝰ hoſpitio: iūctaq; ad fœdera dextra
Luſerit Aeetes: atq; in ſua traxerit arma.
Ergo conſiliis dum nox vacat alta mouendis
Legatos placet ire duces: mandataq; Perſes
Edocet: affari Minyas: fraudemq; tyranni
Vt moneant: quinā hinc aíos auerterit error.
Se primū Aemoniis hortatū ea vellera terris
Reddere: & exuuias pecudis dimittere ſacræ.
Hinc odium & tanti veniſſe exordia belli.
Quin potius dextrāq; ſuā: ſuaq; arma ſequātur
Aut remeent. neq; enim Aeetę ꝓmiſſa fidéq;
Eſſe loco: abſtineant alienæ ſanguine pugnæ.
Non illos ideo tantos veniſſe labores
Per maris ignoti. qđ opus cōcurrere nec quos
Oderis? Hęc medio Perſes dū tēpore mādat:
Aureus effulſit campis rubor: armaq; & acres
Spōte ſua ſtrepuere tubę: Mars ſæuus ab altis

Eiuſdem Aegidij Maſerij in Sextum Val. Flacci Argonauticō Cōmētarij.

At vigil. Dormiebāt ſupi: at Mars vigilabat. Nec ſine myſterio vigilem dixerim Martē: cui reqes, cui ſomnus eſt odio: cui grata ſunt arma, ſtrepitus bellorum, & tubæ. Nec omittendum eſt q̄ mos fuerit Ro. imperatoribus priuſq̄ ad bella proficiſcerentur Martis ſacraria ſubire, mouere ancylia, ſimulachriq; haſtā concutere: deumq; ita alloqui: Mars vigila. teſtis eſt Seruius. Præſens. Placet Marti videri præſens. Monſtrum irreuocabile. Signū, qđ monſtrat. vt hoc qđ ſignat Virgil. Vt belli ſignum Laurēti Turnꝰ ab arce Extulit. Varia ſunt (igt Seruius) belli ſigna: vt claſſicorum ſonitꝰ, haſtę iaculatio in agrū hoſtilem a fœcialibꝰ: aut ab imperatorea columna quæ erat prope circum: cuius meminit. Ouid. Proſpicit a tergo ſummꝰ leuis aera circū eſt vbi non paruę parua columna notæ. Hic ſolet haſta manu belli ꝓnuncia mitti, In regem & gentes quū placet arma capi. illud Gell. xvj. lib. oſtēdit. eſt etiam veli explicatio: vt ſignatur a Virg. citato. Scythiæ. Cuius vires & potentiā Perſes in Aeetā coegerat. Rate q̄ ſacra. Senſus eſt. Fama mouet hos, quæ vulgabat Achiuos rate ſacra aduectos. qui ſecus legunt falluntur. ſ. rateq; ſacra & ratemq;: nam vtrūq; notatum vidi. Malus. Perfidus. Ad fœdera. Quis mos fuerit in fœderis percuſſione ſeruatus explicant T. Liuius in primo: & pleriq; alij. Dubitat Philel. in prima epiſt. ij. vol. quum per Iouem lapidem iuratur, an lapis ille ſit, qui in porcæ caput iaculari ſolebat: an alter. Multaq; affert ex Polybio: quæ Cæl. in vndecimo repetit: nec pauciora Bapt. Pius in adnotat. prioribus tradit: legens tamen Iouem lapideum: quum Cice. ad Treba. dixerit. Quomodo autē tibi placuerit Iouem lapidem iurare: quum ſcias Iouem eſſe iratum nemini poſſe. Leges apud Gellium & Pium lapidem cum Cicerone: quē citat Philelphus: apud quem tamen male chalcographorum incuria legitur q̄ Carthaginienſes iurati ſunt primos deos cum dicendum ſit patrios. Forte primos admittent qui anxie omnia luſtrantes Iunonem a Carth. cultam inter deos primos, magnoſq; ſeu mauis ſelectos collocāt. primum ſane ſcriptum fuit prios, quod ſcrupulū iniecit. Traxerit. Pellexerit. Legatos. Fœciales dicunt. Plutarchus in problema. ait ſacerdotum fœcialium qui faciendis, percutiendis ve fœderibus præſtāt, maximum eſſe patrem Patratum. Eſſe loco. Qui moneant Argon. ſuper Aeetæ perfidia. Non illos. Qui ſimiliter moneant nō illos ideo veniſſe per tantos labores maris ignoti: vt cum alienis congrederentur. Qui tanti legunt: referant neceſſe eſt ad maris. Medio tempore. Quia dictū eſt. Datus & ſocijs vtrinq; cremandis Ille dies, alterq; dies. & ſignat inducias: vt diximus, pacemq; ſequeſtram. ex Virgil. Aureus rubor. Ortus eſt ſol auricomus. Conclamat. Sic Caicus ſpeculator apud Virgi. Primus ab aduerſa cōclamat

Mars vigil.

Belli ſigna.

Fœderū mos

Iuppiter lapis

Fœciales.

mole Caicus Ferte citi ferrũ, date tela, ſcãdite muros Hoſtis adeſt. vbi quidam legũt & ſcãdite: alij aſcendite, Sulpit. reclamante. Id ſi quidem apud gręcos non minus tritum eſt q̃ latinos. q̃d ſi inſuaue aſperumq; foret, nõ crederẽ Apol. in principio Argo. auctoritatem eſſe validam: quã tamen tanti facio vt facile aſſeuerem Virg. ex fonte græco nec id reſpuiſſe. ait autem Apol. μνησόμαι. οἱ πουτοιο κατα ςομα, και δια πετρας κυανεας. ſed de hoc alias.

Martis vox.

Q uãta autem fuerit vox Martis a poetis cantata, ſatis exploratum habetur eruditis quum tamen non iniucunda ſint, Caroli Aretini carmina libet referre nec omnia. Tu quantũ exclamant hominũ bis milia quinq;: Q uũ repetũt acri bella nephãda manu: Tã magna terras compleſti atq; ęthera voce: Vt tremerẽt Danai, Dardanijq; ſimul. Dicitur & Xãthus medijs exterritus vndis. Concuſſa eſt Ide: territus eſt Simois: & quę ſequuntur. Ea vox ꝓdijt ex ore gradiui cum Aeneam protecturus Diomedis haſtam ſenſit grauiſſimã. Nõ igitur mirum ſi Val. dixerit. Voxq; dei pariter pugnas audita per omnes Stentoris vox etiam prouerbij loco celebratur: cui⁹ vocem Home. dixit ferream vt Cerberi. ςεντορι εισαμενη μεγαλητορι χαλκεοφωνῳ ος τοσον αυδησασχοσον αλλοι πεντηκοντα. Hęc Hom. ε. ιλ. nõ aũt σ. qnto idẽ nõ. 18. vt i. 2. Chil. Prouerb. doctiſſ. Heraſ. chalcographorũ icuria legit: i fine cui⁹ libri de voce Martis a Diomede vulnerati dr̃ ο δ' εβραχε χαλκεος αρης. οσσον τ' εννεα χιλοι επιαχον η δεκα χιλοι ανερες εν πολεμῳ εριδα συναγοντες αρηος τοὺς δ' αρα υποτρομος ειλεν αχαιους τε τρωας τε δεισαντας τοσον εβραχ' αρης ατος πολεμοιο. vñ Caroli Aret. carmina q̃ citauimus ſũpta ſunt. Hom. etiã ait vocem Neptuni tantã fuiſſe quanta nouem vel decẽ miliũ prelia ineuntium. ξ. ιλια. Herod. quoq; in Melp. cuiuſdam Aegyptij vocaliſſimi meminit. Fuit & Carneades vocis ſonaciſſimę. vnde vocarũt illum μεγαλοφωνοτατον, inquit Cel. addens ꝙ vocis tenuiſſimę Antipater Stoic⁹ cognominat⁹ fuerit καλαμοβοας ꝙ pſithyriſſans & voce admodum tenui inſuſurrans pro voce vteref calamo ſeu ſcriptis. Rhiphæo. Scythico. Orbe alio. Scythia ſane longe lateq; ꝓtenſa orbis videtur. teſtes ſunt Herodot. in Melp. & Strab. in ſeptimo. Eſtq; inquit Ptol. in. vj. duplex, interior & exterior. Illa intra Imaũ montem habet ab occaſu Sarmatiam Aſiaticam, a Septẽtrione terram incognitam ab ortu ſolis montem Imaum vergentem ad Arctos, a Meridie & oriente Sacas, Sogdianos, & Margianos. Hæc vero ab occaſu Scythiam habet interiorem & Sacas, a Septentrione terram incognitam, ab Oriente Seras. a Meridie partem Indię. Q uis. Q uibus. Equis. Equis abundat Scythia aſinis carens propter immenſum frigus & illis animalibus intolerabile. Sunt etiam in Scythia populi equorum carnibus victitantes, quos Ptole. vocat ιπποφαγους. Viriſq;. Herodo. in Polyh. Scythicum exercitum aduerſus Cymmerios paratum: qui Medicam regionem inuaſit: & omnia pœnæ ſuperiora Aſiæ ſubegit & tenuit, vt numeroſum affert. Item Darianum contra Scythas: Atridæ contra Ilium: Myſorum Teucrorũq; aduerſus Thracas & Europeos. verum Xerxis copię longe maiores extiterunt. Diodo. in tertio ait Ninum armaſſe contra Bactrianos ter decies centena peditum milia, equitum milia ducenta, Curruum centum milia. alij numerum augent. Darius, cuius iam meminimus, fertur habuiſſe octingenta militum milia. Semiramis ex Bactris peditum terdecies centena milia, equitum milia quingenta, curruum Mille. nauium. ij. milia. Omitto ꝙ Romani cenſu habito ciuium ſociorumq; qui erant in Italia decies centena ferme milia hominum deſcripſere. & ꝙ ex Syracuſana ſolum gente peditum. cxx. mil. equitum xij. mil. Dionyſius confecit. Paulo pauciores milites Gag. refert armatos prodijſſe Parrhiſijs. Erant inquit centum quattuor millia armatorum. & hi omnes exercitus præ Xerxis copijs perpauci: qui de regno. dcc. mil. de auxilijs. ccc. mil. in armis habuit: Roſtratas naues mille ducẽtas: Onerariarum tria milia. Nec numero. Cum Scythicus exercitus fuerit tunc plurimus. Diodo. ait in. iij. Scythas a primordio paruam poſſediſſe patriam iuxta Araxem fluuiũ. qui pauci numero & propter ignobilitatem contempti diu illic conſederunt. Inde nactis re-

Scythia duplex.

Equi nõ Aſini in Scythia.

Exercitus maximi.

otus auctoritate mponij melle cor ...ere proxima ba ...lidũ regio eſt. ſed uantitas ſyllabe re... ...ugnat ma alani nõ ſu... proximi biſaltis

...pallage. i. nymphe ...ming hoc eſt anci... tis vt hero... otus ſcribit ...c autem ...ympha echi... ...a vocabat... ...tore pomponio mella

Hoſtis io cõclamat eqs: agite: ite: propiquat,
Hac ſimĩ hic Colchos: hic fũdit i ęq̃ra Perſen.
Tunc & quæq; ſuis commiſit prælia terris:
Voxq; dei pariter pugnas audita per omnis.
Hic age Rhiphæo quos videris orbe furores
Muſa mone: quanto Scythiã molimine Perſes
Concierit: quis frętus equis per bella viriſq;.
Verũ ego nec nũero memorẽ: nec noie cũctos
Mille vel ora mouẽs: neq; eñ plaga gẽtib⁹ vlla
Ditior: æterno q̃q̃ Mæotia pubes
Marte cadat: pingui nunq̃ tamẽ vbere deſit:
Q̃d gemias arctos: magnũq; q̃d ipleat anguẽ.
Ergo duces: ſolaſq; deæ mihi promite gẽtes.
Miſerat ardẽtes (mox ipſe ſecutus) Alanos:
Heniochoſq; truces iã pridẽ iſenſus Anauſis:
Pacta ꝙ Albano coniunx Medea tyranno:
Neſcius heu quãti thalamos aſcendere mõſtri
Arſerit: atq; vrbes maneat q terror Achæas.
Gratior ipſe deis: orbaq; beatior aula.
Proxima Biſaltæ regio ductorq; Colaxes:
Sãguis & ipe deũ: Scythicis quẽ Iuppiter oris
Progenuit viridem Miracen Tibiſenaq; iuxta
Oſtia ſemifero (dignũ ſi credere) captus
Corpe: nec nymphę gemios exhorruit ãgues.



gem bellicum vſq; ad Caucaſum, Oceanum, & Mæotida paludem & Tanaim flu. regnũ protendiſſe. Mille vel ora. Sic & Homerus in ſecundo Iliad. Muſas Iouis filias cæleſte domicilium colẽtes inuocat. Vos deæ eſtis, adfuiſtis, meminiſtis omnia. plebem viritim recenſere non poſſem etiam ſi decem ora cum totidem linguis mihi eſſent, vox indefatigabilis, & ferrea præcordia. Virg. dixit. Nõ mihi ſi linguæ centum ſint oraq; cẽtum: cum Home. β. ιλιαδου. ουδ' ει μοι δεκα μεν γλωσσαι, δεκα δε ςοματ' ειεν, φωνη δ' αρρηκτος χαλκεον δ' εμοι ητορ ενειη. Ditior gentibus. Recte ſubiunxit Val. gentibus: nam in parte maxima Scythię lacte melleq; viuitur: ab auro argentoq; abhorretur: vt qui de Scythia loquuntur oſtendunt. Paſcuntur armẽta: ferinis pellibus frigora pellunt vindicatur grauiter furtum: priſca hominum vita reuocatur: nemini iniuria infertur: quæ interdum illata acriter propulſatur, & vindicatur crudeliter. teſtatur hoc Cyrus cum copijs ad internicionem deletus: fugatus turpiter Dareus: Zoptro dux Alexãdri cęſus cum exercitu: Veſoris rex Aegypti fortiter repulſus. Gæographi aiunt Scythiam infinitis gentibus refertam: quarum res ſunt incognitę. Poſt Rhyphæos autem mõtes dicunt regionem ditis admodum ſoli, tamen inhabitabilem propter Gryphos ſæuum & pertinax ferarum genus: quibus auri e terra egeſti mirus ardor eſt. Illi regioni viſus eſt Pluto præfuiſſe: cuius meminit Diodo. in tertio dicẽs Plutonem & Napim inter paſtores Scythię regis fuiſſe ſumma virtute: qui magnis rebus geſtis regno inter ſe diuiſo Plutones & Napas vocarunt. Volat. codex habet Plaitonem & Napum. Pli. Napoas gentes circa Mæotim locat cap. vij. li. vj. at in. xviij. cap. Napeos nominat. Aeterno marte. Aſſiduo bello. Inde Scytharum parens & deus Mars recte fingitur. Cadat. Cędatur, aliquando ab exteris, & interdum a ſuis inteſtino enim bello plerunq; implicãtur. Q uin Herod. ſcribit. Cimmerię regionis quã dixerunt deinde Scythiam, populos adeo triſte præliũ inter ſe commiſiſſe: vt nobilibus ad vnum cęſis plebi ſe tuendi poteſtas non ſuperfuerit. Deſit. Virg. Lac mihi nõ æſtate nouum: nec frigore deſit. Arctos geminas. Vrſam maiorem & minorem. Anguem. Q ui vtranq; vrſam amplectitur: & veterem ſignat Scythiam & nouam. Solas gentes. Dicite ducum & populorum nomina: nam ſingulos nominare viros nemo poteſt. Alanos. Sarmatia duplex eſt, Aſiatica & Europea, & dicitur cõmuni voce Scythia ſecundum aliquos. Alani autem in Europea ſunt Scythia: vt ex Iordane grauiſſimo auctore Pius aſſerit. Ptol. in Aſiatica collocat vltra montes Hyperboreos ad ſeptẽtrionẽ maxime vergentes, a quibus & Gothis Cathalanos, quaſi Gothalanos Hiſpaniæ populos dicũt nomẽ, originẽ, moreſq; ſumpſiſſe. Duplex itaq; Alania videtur. Gag. ait noſtratibus Frãcis Frãcum nomen impoſitum remiſſo propter hos Alanos debellatos tributo: quod exacto tempore pactitio guſtata ſemel libertate pendere noluerunt Franci (vt loquimur) manere in primis cupientes Franca origine, corde franco, nec minus franca virtute domi & foris ad hoc tempus in libertate perſeuerantes. quorum rex Francus neminem in terris ſuperiorem cognoſcit. Sũt qui in parte Daciæ locant. de his Hermo. Alani & Toſtobocci in parte Dacię ponuntur a Capitol. Ptol. ponit Caſtoboccos poſt Iazigas & Dacas. ſuntq; gentes vagę. in Aſia tamen ponuntur interdum vt Iaziges ad Mæotin. & Dacis finitimi, inde Meteneſtæ, id eſt Migratores dicti. Heniochos. Heniochia regio Scythiæ: quã Caſtoris Polluciſq; aurigæ Amphyt⁹ & Telchius habitarunt: a quibus nomen ſumpſit. Nam ηνιοχος dicitur tenẽs habenas. quod ſi verum eſt: fit prolepſis. Strab. in. xj. ait Phthiotas Achæos Achaiam Aſiaticam habitaſſe: Laconas vero ex Iaſonis exercitu Heniochiam: quorũ duces fuerunt Rhecas & Amphiſtratus Caſtoris. & Poll. aurigę: vnde Heniochi (vt par eſt) ex his ſunt nominati. Home. ι. ιλια. Aurigas vocat Heniochos. εκ δ' εοι ηνιοχος πληγη φρενας αστραφος ειχεν. Truces. Immites diximus præ alijs gentibus. Sene. Q uis inhoſpitalis Caucaſi rupem aſperam Heniochus habitans. Pli. horum meminit dicens. iiij. cap. lib. vj. poſt Pyſitem fluuium eſſe Heniochorum gentem & Samnorum. & cap. ſequent. dicit ab Amphyto & Telchio aurigis Caſt. & Poll. ortam Heniochorum gentem ferã. Priſcia. Poſt hos Heniochi genuit quos græcia tellus, Et Zigi iuxta viuũt regione ſub vna. Anauſis. Riualis erat Stiri Albani. Infenſus. Q̃ graue ſit odium inter riuales docet Ouid. carmen in Ibim. Albano. Albanię regi. Albanos ferunt (inquit Pli.) ab Iaſone ortos. Neſcius. Ignorans quas & q̃ exitiales nuptias expetiuerit: & q̃d monſtrum Medea ſit futura. Q ui terror. Ignorans quo terrore afficeref Corinthus prima vrbs Achaię regia Creontis & cæteræ vrbes Achaicæ conſpecto regis & filię miſerrimo exitu, quos ignes Med. cum regia erant abſumpturi. Gratior. Nihil ſubaudiendũ: nam ſenſus eſt. Miſerat Heniochos Anauſis infenſus Aetæ propter negatam ſibi ſponſam neſcius &c. gratior ſane ſuperis: quibus fuiſſet viſus minime acceptus ſi tãto hęrere monſtro permiſiſſent. Orba aula. Q uæ cum liberorum plena eſt ſolet eſſe iucundior. quin & beatus ille habetur, quorum filij tanq̃ nouellę oliuę in circuitu menſæ ſunt: & in veteri lege propudioſus erat: qui ſine liberis vxorem haberet. Biſaltæ. Inter Heniochos ſunt quibus origo græca eſt inquit Pli. nam ſunt & Biſaltæ inter Strimonem flu. & Edonicum ſinum. Hermol. in Pli. ponit Biſaltas in Macedonia dictos a fluuio Biſalte, aut Biſalto Terrę & Solis filio. Gel. docet in Biſaltia lepores eſſe duplici iecore. Ptol. in Propõtide ponit Biſaltiam: aut vt ſcribitur βισαλτιαν. Item in Macedonia. Pli. cap. x. lib. iiij. ait libera gens Biſaltæ. Colaxes. Is fingitur Iouis & mulieris Scythicæ filius: quę ancipiti erat forma humana & ſerpentina. Poeta ſane id videtur tangere: q̃d Herodo. in principio Melp. paulum immutat, dicens Targitaum Ioue & Boryſthenis fluuij filia natum Nitoxain Arpaxain & nouiſſimum genuiſſe Colaxain: quorũ minim⁹ natu rex factus eſt fratribus auro ſacro ardẽti ſubmotis. Codex græcus habet λειποξαιν αρποξαιν και κολαξαιν: forſan pro μειτοξαιν: & quem vocat Herodo. Colaxain, appellare poſſemus Colaxem. Idem præterea Herodotus. Scytharum originem referens ait. Q uum Geryone extincto Hercules per Scythiam iter faceret: in Hylæa regione puellã habuit obuiam formę ancipitis cum qua conuentione facta concumbens boues ſubtractas redhibere meruit. Ex his autem nati ſunt Gelonus Agathyrſus, & arcus Herculei tenſor Scythes, qui nomen regioni indidit. Diod. quoq; in tertio ita inquit. Fabulantur Scythæ natam apud eos ex terra virginem vmbilico tenus hominis forma, reliqua viperę, eam genuiſſe puerum, cuius nomen fuerit Scytha: hunc cum omnium qui ante eum fuerant clariſſimus euaſiſſet indidiſſe populis Scytharum nomen. Hæc ſi quis diligenter animaduerterit, facile cognoſcet ex vtraq; fabula detractum quidpiã. Miracen. Lacus eſt Scythiæ. Legũt aliqui Maracen. Tibiſena. A Tibiſi vel Tibiſe nomẽ deductũ videf. Eſt aũt Tibiſis Scythiæ fluui⁹. auctor Calep. hui⁹ meminit. Herod. in Melp. Alij ingẽtes ad Aqlonẽ vẽtũ Atlas auras & Tibiſis. Sũt q legũt ſæuaq;. Si credere dignũ. Nã fabula ẽ. Cæterũ mirata eſt oli Aqtãica Gallia

Ora centum.

Scytharũ mores.

Gryphi

Pluto & Napis.

Sarmatiã duplex.

Alani.

Cathalani.

Franci.

Daciæ.

Heniochi.

Anauſis.

Corinthus.

Biſaltæ.

Colaxes.

Targitaus.

Virgo ſemiuipera.

Miracæ.

Maracæ.

Tibiſis.

Meluſina.

Meluſinam: de qua ſapientes perpauca tradunt, multa & mira circulatores. eius ſobolem ad hanc diem durare compertiſſimum. iudicia dei dubio procul ſunt abyſſus multa. Exhorruit. Expauit: ſeu fuerit Iuppiter vt vult Valer. aut Hercu. vt vult Herodo. nam idem eſt Iuppiter qui Herc. & Sol, inquit Macrob.

Cūcta phalanx inſigne Iouis: cælataq; geſtat
Tegmina: diſperſos trifidis ardoribus ignes.
Nec primus radios miles Romane coruſci
Fulminis: & rutilas ſcutis diffuderis alas.
Inſuper auratos collegerat ipſe dracones
Matris Oræ ſpecimē: linguiſq; aduerſus vterq;
Congruit: & tereti ſerpēs dat vulnera gemmę.
Tertius vnanimis veniens cū milib9 Anchus
Cimmerias oſtentat opes: cui candidus olim
Crinis ineſt: natale decus: dat longior ætas
Iam ſpatium triplici percurrens tēpora nodo.
Demittit ſacro geminas a vertice vittas.
Datin Achemenię grauior de vulnere pugnæ
Miſit in arma Darabs: acies quē Martia circū
Gangaridū: potaq; Gerus quos efferat vnda:
Quiq; lacū cinxere Bycen. non defuit Anxur:
Non Radalo cū fratre Sidō: Aceſinaq; læuo
Omine fatidicę Phryx9 mouet agmina cerue.
Ipſa comes ſetis fulgens & cornibus aureis
Ante aciem celſi vehitur geſtamine conti:
Mœſta necis ſæuæ luco reditura Dianæ.

Fulmen Scytharum.

Inſigne Iouis. Qui ſub Colaxe militabant fulmen alatum gerebant. Trifidis ardoribus. Triſulcum fulmen ſignat. Nec primus. Ante q̄ Romani fulmen geſſiſſent, peculiare Scytharū erat iſigne fulmen: fuit quoq; Romanorum. vnde Iulius ait q. x. legionis aquilæ Gnæi Pompeij filio quæ fulmina tenebant viſæ ſunt dimittere: & in ſublime auolare. ipſe adoleſcens victus & fugiens occiſus. Veget. quoq; in ſecūdo de re Milit. ait primum

Signa Romana.

ſignum totius legionis Ro. Aquilam eē quā gerit Aquilifer: & dracones per ſingulas cohortes ferri a Draconarijs, & Modeſtus refert Aquilam eſſe precipuum ſemp Romani exercitus, & totius legionis inſigne. Inſuper. Habebat Colaxes præter fulmē alatum angues auratos, propter matrem quā dixim9 formę

Ora.

fuiſſe ancipitis. Matris Oræ ſpecimen. Virg. Solis aui ſpecimen. vnicum habēs codicem putaui primum (ingenue fateor) mēdum eē: & quærenti qđ ex textu eſſet, Manticorę ſpecimen ſatis gratum & aptum videbatur. cum tamen codices oēs Orę ſpecimen oſtenderint Manticoræ oblitus ſum: quæ eſt de genere ſerpentum voce & ſecūdum alios facie humana. Lego itaq; Orę. cuius prima breuis eſt pro nympha: veluti quum p̄ vxore Romuli ponitur Herſilia: quæ inter deos relata dicta eſt Ora. Ouid. Et priſcum pariter cum corpore nomē Mutat: Orāq; vocat: quæ nunc dea iuncta Quirino. Ab hac autem Ora erūt qui

Oretæ.

forſitan ſuſpicabūtur deductos Oretas: quorum Dionyſ. ita meminit. Qui Sauromatis propiora loca tenent ſunt Sindi, Heniochi, Zigij, & Oretæ. Oretarum quoq; meminit Priſcia. in Perih. dicens. Hi Tanain habitant fluuium p̄pe Sauromatarum. Cui ſunt vicini Sindi quoq; Cimmerijq;. Poſt hos Cercetij: iuxta quos Axen9 altis Fluctuat æquoribus: necnō Oretæq; feroces. in quo retinetur natura: nam prima corripitur. Hermol. ait Oretas dici a Dionyſ. Toretas, & Oreſtas. gētem q; eſſe Moloſſicam, κερκετιοι τορεται τε και αλκηεντες αχαιοι. Sed videant lectionis grecæ ſtudioſi an vere auctor ab Hermo. citetur: & vtrum τ litera quā putat capitalem eſſe ſecundæ dictionis τορεται, nō debeat poni pro τε: vt dictio ſit encletica. Sit tamē φιλου ηπαραιμεσιο: μη δε ομοσ τιο διουσ. Nam & apud Plin. & Ptol. Toretas & Toreticam regionem inuenies ſcribi. Dat vulnera. Nam videbatur gemmam collambere & mordere. aut dicit vulnera: quia linguam venenoſam in gēmam torquebat. Nitorem enim & pulchritudinem exuunt gemmæ aliquę veneno tactæ. Et nunc commendatur Clypeus adfabre factus in quo lędi gemmam vidiſſes. Aduerſus. Home. λ. ιλια. ait Agamēnona quem Iuno Pallaſq; potiſſimum honeſtatum volebant, habuiſſe in medio Clypei cæruleam Gorgona: ſuper zonam vero Clypei quæ argentea fuerat, Draconem haud parui corporis tortum & tricipitem in ſpiram excitatum: cuius capita ex vno colli trunco naſcebantur conuerſos mutuo hiatus habentia. τησ δ᾽ εξ αργυρεοσ τελαμωνησ αυταρ επαυτω κυανεοσ ελελικτο δρακων. vbi notanda eſt Telamon dictio zonam ſeu lorum ſcuti ſignans. vide Cęl. iiij. cap. lib. vj. non pauca de ea dictione differentem. Anchus. Legunt alij Auchus: qđ ſi verum eſt, nomen poterit eſſe deductum ab vrbe: cuius meminit Ptol. in. v. loquens de Sarmatia Aſiatica. poſtq̄ enim Cimmerios Boſphoranos iuxta pontum locauit, addit αχαιουσ, κερκετασ, ηνιοχουσ σουανοκολχουσ: & ſupra Albaniam σαραραιουσ ſubiungitq;. Iuxta ℞ αβιν ποταμον ſunt αυχισ, σουρουβα, κερουρια &c. Et hinc deduces forſan Auchetas populos: quorum meminit Sol. cap. xxiij. & Plin. cap. vij. lib. vj. hos Herodo. in quarto Auchatas appellat a Nitoxai progenitos. Nec te fallat mendoſus codex Plin. habens pro fronte quinti cap. lib. vj. Regio Colchica, Anchæi, & cæteri eodem tractu. cum tunc Plinius velit Achæorum meminiſſe, eorum ſcilicet qui ab Argo. nomen ſumpſerunt. Alij habēt Anchus. & infra. Caput eripit Anchi. Nihil muto: cum codi. Bonon. lego Anchus. vt lubet

Agamemnonis ornatus.

Anchus.

...ic emendo locum ...nc · nec in ſeue ...os reditura dianæ



legant alij. Cimmerias opes. de his ante multa. Feſt. Pomp. ait Cimmerios homines eſſe qui frigoribus occupatas terras incolunt: quales fuerunt inter Baias & Cumas. Candidus crinis. Crines canos, candidos vea natiuitate habebat. Qđ Val. de Ancho narrat, referunt alij ad Albanos: quibus crinium albor vel albedo (ſic enim vt apud Cæl. rubedo legi) nomen dedit. Gel. cap. iiij. lib. ix. ait prętera, traditum eſſe memoratūq; in vltima quadam terra quæ Albania dicitur gigni homines: qui in pueritia caneſcunt: & plus cernant oculis per noctem q̄ interdiu. Cęl. in. iiij. albicanti capillo hoīes vocat Phalanthos. ipſum lege. Sed audi Soli. cap. xxiiij. rē apertius explicantem. Albani qui poſteros ſe Iaſonis credi volunt, albo crine naſcūtur. Canitiem habēt capillorum auſpiciū. ergo capitis color genti nomē dedit. Glauca oculis ineſt pupilla: ideo noctu pluſq̄ die vidēt. hæc Solin9. Loquitur poeta de canitie. Herod. ſane de caluitio non pauca dicit, quo Scythę ab ipſo natali lędūtur: quos dixerūt inde caluos: vt ſecundum Strab. Miconios. Vitium illud plerunq; his contingit qui in Venerem propenſiores ſunt. Interdum ex vitiligine, & cutis vitio, morboq; qui in pilorum radicem diffunditur, & ſordibus tanq̄ ſquāma albenti cutem obſidet. dicitur a nonnullis furfur: a gręcis πιτυριασ. Natale. Adiectiuum eſt. Natalis aliquando ſubſtat verbo. Virgil. Meus eſt natalis iola. etſi dies intelligi poteſt. Dat longior ętas. Cum cito caneſcant, mirum eſt ſero calueſcere: quin æuo prouecti crinibus prolixis poſſunt tempora circunuoluere. Spatium percurrens. Triplici nodo caput circūplicant: & capitis ligamina ſinūt pendere. Achemenię. Perſicę. Achemenij Perſę olim inſignes rebus bellicis fuerūt: qui nunc quoq; Turcas miro proſequūtur odio. vnde Strozius ex Neot. poeta inſignis ſeu patrem ſeu filium legis, ait. En quid in Octhomanos minitatur Perſia bellum. Neſcio qs magnus iam mouet arma Sophis. Achemenes ſane vir fuit Perſa, a quo Cyrus originem duxit. teſtis eſt Herod. in Thalia. & in Poly. is genuit Cambyſen patrem Cyri. Inde dicti ſunt Perſę Achemenidæ. Lactan. ait Achemenē Perſei & Andromedæ filiū: a quo Achemenidæ Perſę. Steph. ait Achemenū Aegeo genitū Achemenię nomen dediſſe. Dat in. Lego Datin vt ſit vna vox: non dat in: cum nullus prodeat ſenſus: nec verſus ſeruetur honeſtas. Eſt autem Datis apud Perſas nomen non ignobile, ab Herodo. ſæpe vſurpatum. Cæl. quoq; ait a Dati Perſico Satrapa ortum eſſe Datiſmum. Eſtq; Solœci fœditas. Prima vero protrahitur vt in atys. Darabs. Nomen erit proprium, cuius genitiuus erit Darabis: vt Arabs arabis. Is in pugna Perſica vulnerat9 cum adeſſe nequiret, Datin filium, aut militiæ præfectum miſit. in ſequētibus legitur Darabs. Pli. in. vj. vbi de Perſico ſinu & Arabico loquutus eſt, adponit Parthiam & Caſcandrum inſulam: vbi portus eſt Macedonum: & inter amnes nominatur Daras. In textu tamen Darabs ponitur. Gangaridum. A Gange fluuio dicti ſunt populi inter Aſſyrios & Indos ſiti. Ptol. ait illos poſſidere quæ ſunt circa oſtia Gangis fluuij: vbi etiam regia eſt ciuitas Gange. Horum regio dicitur Gangaris. Strab. in. xv. vocat Gangaridam. Martia. Bellicoſa. Gerus. Ptole. ponit in Europea Sarmatia Bycen paludem, Gerum, Bycumq;, Boryſthenem Tyramq; fluuios. dicens Tyrā partes Daciæ & Sarmatiæ terminare & Geros populos iuxta mare Caſpium. Idem ait Gerrum eſſe Albaniæ fluuium: & ſignat dictionem geminato rr. Alij dicunt Gerum fluere per deſerta Gangaridum. a Boccat. vocatē Gerum. Pli. inquit Gerrum Nomadas & Baſilidas ſeparare inter fluuios Scythię nominatiſſimū. vide Herod. in Melp. Cæl. aſſerit Scythię populos eſſe Gerros nomine. de quorum moribus multa & mira quidem cap. xlv. lib. ix. recitat. propterea videtur dicendum eſſe pota Gerrus non minus docte q̄ potaq; Gerus. Efferat. Efferos facit. Pap. in Achil. Mars efferat aurum. Bycen. Palus eſt inquit Ptolemæus, in Europea Sarmatia. Plin. cap. xij. lib. iiij. ait. A tergo lacus Buces foſſa miſſus in mare. Ipſe Buces a Coreto Męotis lacus ſinu petroſo diſcluditur dorſo. Recipit amnes Bucen, Gerrū Hypanim de diuerſo venientes tractu. Poteſt autem dici Buces & Byces: vt Thyle Thule, & Byzeres Buzeres, de quo añ: q. y in u frequēter vertiē. Quin & Buges (iqt Hermo.) defendit qñ græci quoq; populos ab hoc lacu Epobygitas quoſdam vocant, auctore Ptol. Et vbi diximus Coreto, fortaſſe melius ponetur (ait idem) Careto, a Carea vico in ora Męotidis. Nec tātum Byces lacus eſt Scythicus: ſed etiam Indicus vrbi eiuſdem nominis proximus: quę vna eſt e trecentis Indię. Anxur. Nomen principis eſt. Fuit etiam Anxur nomen Cāpanę vrbis. Itē fontis inqt Seruius, dicēs q; Iuppiter iuuenis qui nunq̄ barbā raſiſſet dicebatur Anxurus quaſi αξευ ξυροσ ſine nouacula. αξευ ſine, & ξυροσ nouacula, a ξυρεω rado. & ſic apud Deſpaut. in Med. ſyll. regu. legendum eſt, non autem Pyreno nec Pyros. Si Aſſur ſcriptum eſſet, dicerem deductū nomen eſſe ab illo qui fuit Noe nepos filius Sem Syrorum & Aſſyriorum gubernator: quibus nomen reliquit teſte Ioſepho cap. xiiij. lib. primi de antiq. Iud. Anxur tñ recipio. Radalo. Radalus & Sidon nomina ſunt principum. eſtq; correpta prima in Sidon, quæ protrahitur cum nomen eſt Phœniciæ vrbis. Sūt & Sidones in Scythia, inquit Calep. inde Sidon nomen viri: & tunc prima eſt breuis. ſic Cydon primam corripit. Aceſina. Sunt qui habent Ceſina. Eſt autem Aceſinus fluuius poſt Panticapem Nomadas & Georgos (quos nunc Gæorgios quidam appellant) diſterminantem. auctor Pli. cap. xij. lib. iiij. Idem. xx. cap. lib. vj. ait Aceſinum Indum influere. in quo cap. ne legas, per ſe vero nauigabiles Aceſinum & Hipaſin. ſed Hypanin. Nec apud Diodo. in tertio Areſinus. Strab. ponit in. xv. Aceſinem. Qui Cheſina malūt legere, forſan Ptol. ſequuntur apud quem in Sarmatia Europea ponuntur χεσινου ποταμου, αλσοσ εκατησ, βυκη γεροσ. ex prima dictione Ceſinus formatum putant. mutila forte dictio eſt prima litera ſubmota: nā alij legunt Aceſinus. Phryſus. Habent alij Phryxus. Fatidicę ceruæ. Quæ futura Phryxo nunciabat: videtur reſpicere ad Ceruam Sertorij, qua vt fatidica vtebatur ad conciliandos Barbarorum animos inquit Gel. quāq; fatidicam putabat Luſitania. ad hanc reſpiciens Sil. in. xiij. inquit. Cum ſubito dextrum effulſit conatibus omen. Cerua fuit raro terris ſpectata colore. Quæ cādore niuem: cādore anteiret olores. Hanc agreſte Capis dorum cum mœnia ſulco Signaret: grato paruę mollitus amore Nutrierat: ſenſuſq; hoīs donarat alendo. Inde exuta feram dociliſq; accedere menſis: Atq; vltro blanda attactu gaudebat herili. Aurato matres aſſuetę pectine mitem Comere & humenti fluuio reuocare colorē. Numen erat iam certa loci: famulāq; Dianæ Credebant ac thura deum de more dabantur &c. Lęuo omine. Quia interijt in bello. Ipſa comes. Ducem præcedebat vecta in altum. & ſignatur herma ſeu ſtatua Ceruum referens, aut ceruā. Aureis. Synęreſis: vt Ferreiq; Eumenidum thalami, apud Virgilium. quod gręci faciunt. Homer. χαλκεω δ᾽ εν κεραμω &c. vt ſupra. Geſtamine conti. præferebatur tanq̄ ſignum. Mœſta. Non mirum ſi mœſtam fingit quam dixit fatidicam. Luco Dianæ. Ptolemæus vocat αλσου εκατησ. Seuæ. Ad cuius aram mactabantur aduenę: Aut ſęuæ necis dicas. Amphibologicus eſt ſermo. p̄ueniens ex adiectiuo interpoſito.

Cimmerij.

Canities puerorum.

Phalanthi

Albani caneſcentes.

Furfur.

Achemenij.

Sophis.

Datis.

Datiſmus.

Darabs.

Gangaridę.

Gerus.

Gerrus.

Effero.

Buces.

Byces.

Anxur.

Aſſur.

Radalus.

Sidon.

Aceſinus.

Cerua fatidica.

Cerua Sertorij.

Mouit & Hylæa ſupplex cũ gente Syenen
Impia germani prætentans vulnera Perſes.
Denſior haud vſq̃ nec celſior extulit vllas
Sylua trabes:feſſeq; prius redíere ſagittæ:
Arboris ad ſummum q̃ peruenere cacumẽ.
Quin & ab Hyrcanis Titanius expulit antris
Cyrus in arma viros:plauſtriſq; ad plia cũctas
Cœaleæ traxere manus.ibi ſutilis illis
Et domus & crudo reſides ſub vellere coniux:
Et puer e primo torquens temone cateias.
Linquiť abruptus pelago Tyra:linqẽ & mõs
Ambenus:& gelidis pollẽs Ophiuſa venenis.
Degenereſq; ruũt Sindi:glomerantq; paterno
Crimine nũc etiã metuentes verbera turmas.

Hylea. Syenes princeps Hylęos Perſæ auxi-
lio adduxit. Sũt qui legunt Sirenẽ cum codi
ce Bonon. Nec de Syene intelligas in Aethio
pię & Aegypti cõfinibus vmbras nuſq̃ flectẽ
te: vt inquit Luc. Hylęa regio est Scythię: vbi
Hercules cum fœmina formę ancipitis vt di
ctũ eſt equas recepturus concubuit: a qua ma
Hylẽũ mare. re dicitur Hylęum. Denſior haud. Nuſq̃ den
ſiores ſyluæ ſunt: nomen enim Hylęa inde re
cipit. υλη ſiquidem ſylua dicitur, & materia ali
quando. hoc docet Pli. dicens. Syluestris in-
de regio Hylęum mare quo alluitur cogno-
minauit. Et Herod. in Mel. Nuda arborib⁹ eſt
hæc omnis plaga p̃ter Hylęam. loquiť aũt de
Hyle. Nomadibus. Eſt etiam in Bœotia locus Hy
le dictus eadem ratione. Perſes. Quem dixi-
mus ab Aeeta vulneratũ. Ab Hyrcanis. Hyr
cania Scytharum regio in Aſia: vt ait Curt.
Fluuius aũt Cyrus Caſpium mare ingrediẽs
vt teſtis eſt Strab. in. xi. ex Armenia ortum
habet: Aragumq; a Caucaſo fluentẽ recipit:
& per anguſtam regionem euadit in Albaniã
cuius incolę gentili demẽtia Solẽ Lunãq; co
luere Lunæq; templum Iberiæ vicinum con
ſtruxerũt. in quo ſacerdos erat poſt regem in
honore ſecundus ſacros ſub ſe ſeruos habẽs
& numine afflatos. vnde Cyrũ recte dici pu-
to Titanium: & ſi cretæ & limi rapidum quidam forte dicent, q̃ τιτανοσ creta ſit. Omnes Scythę Solẽ venerã-
tur, cui templa araſq; ædificant. quin & a Caſpijs montibus verſus orientem multæ ſunt aræ ab Hercu. Libe-
ro patre, quem dicunt Solẽ, Cyro, Semiramide, & Alexandro conſtructæ. Demodamas quoq; Apollini Didy
meo aras ſtatuit: quẽ Iaxartẽ Sylim dictum a Scythis non autẽ Tanaim (vt Alexandri putauit exercitus) Pli.
in. vj. ait tranſcendiſſe. Inter Hyrcaniam & Albaniã quidã fluere dicunt, receptis multis fluminibus: inter quos
Alazonio, Sanda, Bane, Cithace, & Chane. vocatuſq; eſt aliquãdo Thorus: vt docet Strab. interpretatio. lego
Corus. tamen Corus. nam in græco legitur κοροσ, forſan α ποιτησ κορησ: quã dicũt Hecaten ſeu Proſerpinam: quę Dia
na eſt & luna Titanis. Quare ſi rem p̃fundius ſcrutaris iam Cyrum apte vocabis Titanium quem dixerunt κο
ρου. τα των ελληνων λεξικα oſtendunt κορην ſignare virginem, pupillam, puellam & proſerpinã q̃d Cæl. in. iiij.
Cora. vberius proſequitur. Is inter multa ait q̃ Adis Moloſſus Corã habuit filiã: quã Pirithous rapere voluerit: iũgit
q̃; q̃ Iuppiter ex Cora Dionyſium ſuſtulerit. Nos ſane Proſerpinã intelligimus. Hęc ſane q̃ remota his videbũ
tur quibus ingrati ſunt alieni labores: in quibus ſi priores verſari contigiſſet: nihil pręter tragicũ moueri videres
Sol Scytharũ deus. cothurnum. videbunt aũt oculatiores ſi nihil ad rem faciat q̃d pręeſt: q̃dq; ſubſequitur Scytharum profecto de
us maximus eſt Sol: quẽ ſolũ putãt deum, cui equum mactant vt Sacę. teſtis eſt Strab. in. xj. Herodo. vero in
Melp. de Scythis loquens inquit. Deos ſolos hos propitianť. Veſtam ante om̃es, deinde Iouem, ac Tellurẽ, exi-
ſtimantes Tellurẽ Iouis cõiugẽ. poſt hos Apollinẽ & cæleſtem Venerem & Martẽ. hos cuncti Scythę deos arbi
trantur: ſed qui regij Scythę ſunt, etiam Neptuno ſacrificant appellantes ſua lingua Labiti Iouẽ Papęum, mea
ſentẽtia rectiſſime, tellurẽ Apiam, Apollinẽ Oetoſyrũ, Cęleſtẽ venerẽ Arginipaſam, Neptunũ Thagimaſam.
Simulachra & aras & delubra facienda non putãt pręterq̃ Marti. Hyperboreos vero cõſtat Apollinẽ imprimis
coluiſſe: apud quos clarum eſt conſtitutum oraculum. de quo Cæl. in. ix. Colunt Scythę etiam Cyrum: qui deo
patrio. i. Soli inter Faſtos diem victorię retulit. Et ſatis apertum eſt Scythas Coram in honore habuiſſe ſeu Io
uis vxorem dicas, ſeu filiam, Dianamve aut Tellurem. ſed ωσπερ ο φοιβοσ και η φοιβη dicim⁹, ουτωσ ωσπερ ο
Hircaniæ fertilitas. κορησ και η κορη forſan non inconcinne. ſic quoq; εκατοσ Phœbus, & εκατη Phœbe, Luna, Proſerpina. Hyrca
niæ huius fertilitatem cõmendans Strab. in primo ait vitem ferre vini Metretam, ficulneam vero ficorum mo-
dios. lx. Addit triticũ delapſo e culmis fructu denuo renaſci: mella e frondibus fluere: vinum ad tres ætates ho
minũ ſeruari id eſt. xc. annũ. ſic exponit. Antris. Strab. docet in. xj. Hyrcanos ſæpe ad litora deſcendere epulã-
di & ſacrificãdi gratia: & interdum in antris diſcumbere: interdum ſub ipſo fluctu apricari: qui nec exercitui ſub
iecto nocet: vſqueadeo ex rupibus ſummis tanta vi defertur in mare litore intacto: ideo dicitur ab antris Hyrca
Cœaleæ. nis. Cœaleæ. Notantur Hamaxobij, Aorſi, Siraci, & Gęorgi: quorum Pli. in. iiij. & Strab. in. xj. meminere. Hi vi
tam in Carrucis agunt. inquit Hermol. vagiq; ſunt ad Tanaim. Dicũtur autem Hamaxœci & Hamaxices. nã
αμαξα dicitur plauſtrum ſeu carruca, & βιοσ vita. Item οικοσ domus. Erũt qui Gęaleæ legent ab errore & terra.
Pli. nominat quoſdam Alos ſeu halos. Hermol. dictionem eſſe mutilam & prioribus literis truncatam: ſed Co-
rallos vt infra ſentit legendum non Cœalos neq; Gęalos. Sutilis domus. Pactilis & conſuta, corijſq; ad arcen-
dos imbres & pluuiã munita contextaq;. ſic vocamus roſas coronaſq; ſutiles & pactiles. Mart. Laſſenturq; ro-
ſis tempora ſutilibus. Pli. cap. iij. lib. xxj. pactiles coronas nominat. Crudo vellere. Sub corio quo tegitur plau-
ſtrum. Reſidens. Strab. ait illos ſub tabernaculis degere. Cateias. Gel. lib. x. ponit Cateias inter nomina telorum
Eſt autem id ex Virg. Teutonico ritu ſoliti torquere Cateias. Puer. Scythę a pueritia ſagittas vibrare docentur.
Ad Baſtarnas refert Ponta. v. de Aſtris. Hinc gentem indomitam: & gaudentia pectora cæde Baſtarnas ciet ad
pugnam: & fera ſuſtinet arma: Armaq; pilaq; hamẽtataq; tela, Cateias. Tyra. Scythiæ fluuius eſt: cuius accolæ
fuerunt Cimmerij. Hunc iuxta illud bellum geſtum eſt inter nobiles & plebem cruentiſſimum: in quo nobilitas



omnis cecidit, & plebes miſerrime attrita eſt. viſuntur adhuc cęſorũ illic ſepulcra: inquit Herod. In Melp. in Ty-
rę oſtio turris eſt Neoptolemi, aduerſoq; flumine nauigantibus ciuitates duæ occurrunt Niconia & Ophyuſa:
hæc a ſerpentibus, illa a victoria nomen ſortita. Pli. in. iiij. ait amnẽ eſſe & vrbem dictam a fluuio. Ptol. quoq; in
quit fluuium eſſe ſub Boryſthene Daciæ & Sarmatiæ partes diſterminantẽ. Embolus. Sunt qui legunt Ambe- Embolus.
nus, quibus aduerſatur Hermol. citans Herod. εμβολον τησ χωρησ ειναι οι πολεω ακρη καλεεται &c. dicens eti
am Embolium vrbem eſſe: legitq; apud Pli. cap. xij. lib. iiij. Verum ab Iſtro oppida ſunt Cremenſe Empolium,
aut Creme Hippoleum, vel Cremẽſe & Oboliũ: vbi prius Cene Scepolium. ſequiturq;. Mõtes Macrocrẽni⁹ cla
rus, amnis Tyra oppido nomẽ imponens: vbi antea Ophiuſa dicebatur. Dicunt etiam εμβολον genus eſſe na
uigij velociſſimi. Ia. Parrh. ex Suida ponit pro roſtro ex ęre q̃d ex prora nauiũ eminet. Quintia. hunc locum ci
tãs legit Ambenus in epog. lego Embolus. Deſpaut. in Medijs ait Ambenũ viri nomen eſſe apud Vale. in. vj.
& recte: ſed ex ſequentibus probationem quęrit. Ophyuſa. Nomen nacta eſt a ſerpẽtibus: vt dictum eſt. Strab. Ophyuſa.
auctor eſt Rhodon olim fuiſſe dictam Ophyuſa. Ptol. ponit pro vna ex Pithyuſis in mari balearico. Degene-
res Sindi. Hi ſunt teſte Priſciano in Perih. Sauromatis vicini: vt ſuperius notatũ vidimus. Hi Tanain habitant Sindi.
fluuiũ prope Sauromatarũ. Cui ſunt vicini Sindi. Dionyſ. quoq; ait. Qui Sauromatis p̃piora tenent loca Sin
di, Cimmerij, Oretę &c. lege Strab. in. xj. Euſtath. ait creditos ab aliquib⁹ Zingos immanitate terribiles. Ammi
anus autem citat quæ apertiorẽ reddũt ſenſum, dicens. Peninſula eſt: colunt eam ignobiles poſt heriles in Aſia
caſus dominorum coniugijs potiti, & rebus. Hæc Hermolaus Barbar⁹ hunc Val. locum citans. Addit p̃terea ex
Stephano Satorcheos Scythas a ſeruis genitos eadem occaſione. Et Pli. ca. xij. li. iiij. Ab eo quidem in plenum
omnes Scytharum gentes: variæ tamen litori appoſitæ. temere alia Getę, Daci a Romanis dicti: alia Sarmatæ, a Daci.
gręcis Sauromatæ: eorumq; Hamaxobij aut Aorſi: alia Scythę degeneres. Sed & Hermol. Barb. Sindi nõ Scy
thę legendum præcipit. Integram Pli. lectionem relinquo cum inter Scythas quidam cenſeantur nobiles & regij
quidam ignobiles, cuius conditionis fuerũt Sindi: quos licet Pli. intelligere potuit, ſicut & pleriq; alij ſcriptores
liquidius tamen exprimere noluit. Poſt Scythas degeneres, ſeu mauis cũ Hermo. Sindos, Pli. Hyleos, Aceſinũ Scytharum
Tyram, Bucen, Tecalos, forſan Cœaleos locat. Et q̃m de Scytharum ſeruis cooritur ſermo, adiungendum eſt ſerui.
q̃d Herod. in principio. iiij. lib. affert. Quum duodetriginta annis Scythæ peregre abfuiſſent, vxores ad ſeruo-
rum amplexus acceſſerunt: vnde eſt genita iuuentus, quę cognita ſuorum natalium conditione ne in ſeruitutẽ
& quæ hinc mala procedunt infinita redigeretur, maxime ne vt patres oculis orbarentur, armis raptim ſumptis
vendicarunt ſibi omnia: foſſaq; lata per regionẽ producta dominis redeuntibus occurrerunt: ſępe pugnatũ eſt:
victi ſępiſſime domini: nec vlla vi repelli aut vinci potuerũt. Atq in enſes & haſtas cõſtanter & intrepide ſe obie
cerant, irruetantq; urociter: dominorum flagella ſeruitutis memores expauerant: fugãq; capeſſentes docuerũt
domini manũ ferro non eſſe in ſeruile caput (ſi q̃d eſt) armandã. vbi enim paribus armis certatur creſcunt ſeruo
rum animi: & ſupra naturã turgeſcunt: vbi vero verba, minæ, flagellaq; ſuccedunt, timor manis languet, & ſen-
ſim decidit. Noui ipſe magiſtrum Orbilio Pupilio Beneuentano quem plagoſum dicit Hora. in pleriſq; nõ diſ
ſimilem, alias probum, qui iuuenes aliquot gladijs exertis inſidiantes verbis minacibus quibus effrenẽ ſolitus
fuerat coercere iuuentam, trepidos in fugam conuerterit. Supra Gerum fluuium regij Scythę optimi & plurimi Scythę regij.
qui cæteros Scythas ſeruos ſuos auctore Herod. arbitrantur: quibus vt Mancipijs vtebantur viliſſimis, &
quos iubebant nonnunq̃ vt abiectos ſolos eſſe. Conſtat autem ſeruos in pleriſq; locis: vt malas beſtias
in vrbem redactos fuiſſe: quã vocat δουλοπολιν: vt in Creta, Libya, Aegypto: vnde tractum vt de improbo- Dulopolis.
rum hominum cœtu dicamus δουλων πολιν. Iuxta Thraciã Philippus Macedo fertur Sycophantas, falſos te
ſtes, nequã, præuaricatores, & id genus hoies in πονηροπολιν improborum ciuitatem coegiſſe. auctor eſt Heraſ.
in ſecũda Chil. Prouerb. Ab his Scythis ſeruis & degeneribus Turcas ortos eſſe dicunt truculẽtos, ignominio
ſos, in cunctis ſtupris & lupanaribus fornicarios, nullum diem feſtum niſi in menſe Auguſto Saturnalia colen
tes: quæ ſunt inquit Macrob. ſeruorum: quibus tota erat in dños permiſſa licentia. Cęl. capitibus. xlvij. & ſequẽ
tibus vſq;. liiij. multa de ſeruis recitat. Paterno crimine. Scelere patrum: quos diximus adulterio conceptos. Me
tuentes verbera. Q̃d ſeruile eſt, non ingenuum. At qui ſemel ſeruitutem ſeruierint, ſi libertate donentur eã mo-
deſte ferre non poſſint: queres Volcinienſibus exitium tulit. Fuerãt enim opibus inter Hetruſcos florẽtes Vol- Volcinienſ.
cinienſes, quibus contigit ſeruos paſſim liberos facere, inuitare conuiuijs, cõiugio nobiliũ honeſtare, honoreſq;
ſummos impertiri. exuti iugo ſeruili iã colla tumentia cœperant tollere: dominiũ ambire: & mutuo ſibi in domi
nos eſſe auxilio: quos ſerui miro amplexi fuerant amore, ingenti ſectãtes odio, execratiq; dñi effecti. Cõiuratio
ne itaq; facta vrbem ſibi ſubdiderunt: patrimonia dominorum vendicauerũt: vſurparunt coniugia: liberos ex
ingenuis natos ſerui: in ſeruitutem redegerunt: & q̃d dominorum beneficio exuerant docuerũt nobiles induere:
aut abiecerũt Hos tandẽ Romani ferro & igne vlti ſunt. Idem neſcio quis nec hiſtoricorum ordine, nec poetarũ Angli.
ſedibus dignus de Britannis effutire auſus eſt: qui Brendepeſt. Subceſt. & Bethfortẽſ. terras incolunt. ſed indi-
gnũ q̃d proborũ auribus inſonet. Dicãt Strab. duce ſi audent maleuoli Britãnię principes aliquot legationibus
& obſeruãtijs Auguſti Cęſ. amicitiã cõparaſſe: dijs dona obtuliſſe in capitolio: vniuerſamq; inſulã Romanis p̃
priam feciſſe, & inſtituiſſe familiarẽ: grauia toleraſſe vectigalia, nec præſidio opus eſſe aliquo (vt cũ Strab. æta-
te fabuler) aſſerant: ordineve militum, vel equitatu indigere pernegent: vſqueadeo ſpontanea ſunt tributa: Cap
padocas, Getas, Syros. Maryandinos, Danoſq; valere cum ſeruitute ſinamus: ſi extra libertatem viui põt: oc-
caſus ad Arctos iugũ ſeruile reijcit. Et ne noſtrum tranſiliamus circulum id vnum adijcimus nullã eſſe gentẽ, Galli.
quæ regem & nobiles non revereať, iuſſa ad bellũ prodeat, vectigal exoluat: quin potes videre: qui tanto amore
principẽ ſectentur: vt ad ſubuculã regis oia eſſe conclamẽt: q̃d & de Parrhiſijs noſter Quintian⁹ in Cleopoli ce
cinit. at ſerui erimus? ſed ſeruorum ſeruus eſt, qui nobis præſidet: abſit itaq; a nobis & Britannis Scythicę ſerui
tutis vicarium nomen. Siqua autem credita eſt in Britannia regione nobiliſſima, puto a circulatoribus id effi-
ctum: qui de Albina regina & gigantibus ad Arturum vſq; propagatis miras cõmenti ſunt fabulas. Nam ſu-
perior plus æquo, & latius protenditur.

Hos ſuper erectã Phalces agit ęquore nubem
Cum fremitu: denſiq; leuant vexilla Coralli:

Nubẽ. Militũ multitudinẽ. Coralli. Hermo.
vt diximus ait Halos Baſtarnis eſſe p̃ximos Hali.

Barbaricæ quis ſigna rotæ:ferrataq; dorſo
Forma ſuū:truncæq; Iouis ſimulacra colūnæ:
Prælia nec rauco curant incendere cornu:
Indigenas ſed rite duces & priſca ſuorum
Facta canūt:veterūq; viris hortamina laudes.
Aſt vbi Sindonicas inter pedes ęq̄t habenas:
Illinc iuratos in ſe trahit Aea Batarnas:
Quos duce Teutagono crudi mora corticis ar
Aeq̄q; nec ferro ꝺuior nec rōphea ligno. (mat:
Nec ꝓcul albētes gemina fert aclyde parmas:
Hiberni qui terga Noæ gelidumq; ſecuri
Eruit:& tota non audit Alazona ripa.
Quoſq; Taras:niueūq; ferax Euarchus olorū.
Te quoq; venturis ingens Ariaſmene ſæclis
Tradiderim:molem belli lateq; ferentem
Vndiq; falcatos deſerta per æquora currus.

quos Valerius & Strab.videntur Corallos nū cupare.ſic Strab.in.xj.Coralli & Beſſi & Medorū qdā & Anthletæ tubis non vtunť in bello.qđ etiam Val.innuit dicens.Prælia nec rauco &c.Quis.Quibus Corallis ſigna erant &c. Barbaricę rotę.A Barbaris inuentę.Anacharſis enim Scytha nobilis philoſophus rotā vt pleriſq; placet inuenit.qđ tamen Cæl.x.li.negat. is inter Scythas Barbaros enumeratur: cui cum barbariē, moreſq; incultos & feros Athenienſis quidam exprobraret, reſpondit Diog.Laert.teſte,mihi ꝓbro eſt patria, tu vero patriæ.Ferrataq;.Aut Hiſtrices intelligas: aut deſpicatiſſimos fuiſſe Corallos dicas:qui

Sus ſcythis vileſcit.

bus Sues in armis ſint dorſo vel tergore ferro venabulo ve impreſſo.Nā Scythis regijs nulla ſuum cura inceſſit,teſte Herod.in Mel. Sues pro nihilo putant:quos necalere omnino in ſua regione volūt.habetur ſiquidē Sus apud illos & Aegyptios ſpurca beſtia: quā ſi quis cōtigerit vel tranſeūdo,abit lotum ſe ad flumen cum veſte.ideo Hiſtrices malo intelligere.In circuitu arboris Capitolinę picta ſunt

Inſignia regionum.

quarūdā regionum inſignia. Phrygia Suem habet:Coralli gemmas rotas:Scythę fulmen alatum:Martē Thracia:Perſia arcus & Pharetram ſagittaſq;.Poeta aūt Suem iungit & rotas barbaricas. Audiui aliqñ Quintianū virum ſaneq̄ antiquitatis ſtudioſum de ſignis regionum diſputantem:& illum Virgi.locum armaq; fixit Troia,de Sue intelligendū aſſe-

Vexillorum ſigna.

uerantem.Signa quædā in vexillis exprimunť:vt Aquilę,dracones,leones,leopardi,demiſſaq; cęlitus lilia. Pinguntur & deorum ſimulachra.Lar erat Marij inſigne: Syllę Apollo:Venꝰ Cęſaris:& apud Turcas execrabilis inquinatiſſimę beluę Mahumetis pſeudoprophetę ſpurciſſimi ſtatua.Quin & Modeſtus ait imperatorū imagines ferri ſolitas:quas tanq̄ diuina & præſentia numina venerabantur milites:quas qui geſtabant,dicebanť a Romanis imaginarij:vt aquiliferi qui aquilas:ſigniferi & draconarij:qui ſigna per ſingulas cohortes. Item vexilliferi q̄ vexilla per ſingulas centurias literis notata.Eorum qui ſub Chriſto militant,Crux ſalutifera ſignum:in quo

Hiſtrices.

non paucis vincere datum eſt.Pinguntur & hiſtrices,Cerui,Salamandrę.Corallorum itaq; arma erunt rotę,ſues quorum dorſum erat ferro impactum tranſfoſſumq;:aut verius hiſtrices:qui ſunt de genere erinaceorum. Habent aculeos cum cutem intendunt miſſiles.Plinius in.xxxviij.cap.lib.viij.inquit Indiam,& Aphricam gignere hiſtrices ſpinis contectas. illis ferrata videntur tergora propter tela duriſſima,quæ in canum perſequen-

Hermæ.

tium ora figunt,& longius iaculantur.Iouis ſimulachra.ad ferculum,ſtatuamq; refero pompaticam.& Hermas ſignari puto:quæ ſunt ſtatuæ,ſignaq; truncata:licet proprie ſint Mercurij qui dicitur ερμῆς.Steph.Nig.ait Hermas ſtatuas eſſe quadratas:quæ Athenis pro foribus priuatarum ædium & templorum(vt auctor citatur Thucyd.)ſtatuebātur.quarum fere omniū capita vna nocte amputata ſunt.Feſt.Pomp.ait Hermā a græcis poni ꝓ firmamento.vnde etiam nomen Mercurij inuentoris(vt putabant)firmę orationis dictum.Interdum Saburra

Harma.

ſignare.Eſt etiam vici nomen:inquit Stepha.modo citatus.Sunt qui ερματα inaures,& lignū qđ ſupponiť naui ne marceſcat i terra ſignificare aiūt:ſed αρματα currus.vñ Harma vrbs Bœotiæ Tanagricæ απο του αμφιαραου αρματος.Iouis.Inter deos quos Scythia coluit Iuppiter,ad quem nonnulli ſuū genus referebant:vt Idan

Iuppiter apd̄ Scythas.

thyrſus.auctor eſt Herod.Colaxeſq;,quin & ab his maxime honorabať:qui de Seſoſtris exercitu feſſi iter Colchos remanſerant.Nec rauco cornu.De hoc dictum ex Strab.Modeſt.ait in exercitu tubicines eſſe, cornicines & claſſiarios.Tubicines autē ad prelium vocant milites,& receptui canunt.ad cornicinū cantus non milites:ſed

Cantꝰ bellici.

ſigna mouentur.Claſſiarij ſunt Buccinatores qui cornu ducūt exercitum.Hortamina. Appoſitio eſt:qui tibijs, tubiſq; non vſi fuerint in bello docet Gel.Sindonicas.Sindones inquit Pomp.Mel.populi in confinio Mæo-

Sindones.
Iazyges.

tidis.Sidones habet codex Strab.in.vij.quum dicitur.Poſt Boryſthenē & Iſtrum eſt Getarū ſolitudo, poſtea Tyrrhegetæ:poſt quos Sarmatę Lazyes,& qui Baſilei dicunť & Vrgi.& ſequitur.Intra terrā ſunt Baſternę Tyrrhegetis vicini,& Germanis:& ipſi fere ex Germanis originem ducentes:& ipſi in plures vicos, nationeſq; diuiſi.Nam Atmonij dicuntur atq; Sidones.legendum tamen oſtendit græcus codex Baſtarnæ & Iazyges. πρωτη

Sidon.

μεν εςιν η των γετων ερημια,επειτα οι τυρεγεται μεθουσ οι ιαζυγεσ σαρμαται και οι βασιλειοι λεγομενοι και οι ουργοι.& ſeqtur. μεσογαια βασαρναι ατμονιοι λεγονται τινεσ και σιδονεσ.Et ideo putauerim Val.dixiſſe Nō Radalo cum fratre Sidon:diuerſoſq; eſſe Sidones:vnde Sidonis nomen:& Sindones:nam & in fine dicet Sin-

Batarnæ.

doniæq; Phalanges.Pedes.Rectus eſt.Aea.Inſulæ nomen eſt & vrbis Colchorum. Batarnas. Hi ſunt quos Strab.appellat Baſtarnas:Ptol.& Pli.Baſternas.Hermol.ne prima contra naturam corripiatur s eſſe ſubtractam : licet muta & liquida concurrunt. cum eñ præit s vocalis præcedens difficile corripitur:cōſtat tamen Baſtarnas ſcribi ab alijs pręter q̄ a Vale.ſi vera eſt Her.notatio. Neſcio profecto vtrum ex poeta an chalcographo

Baſtarnę.

talis ſubductio proceſſerit.notum eſt aſto apud Ennium correpta priore legi. Subulo finitimas propter aſtabat aquas.qđ ſi rectum,& Baſtarnas apud Val.vbi liqueſcit s etiam mutę prælata.Ponta.in.v.de ſtell.ait Baſtarnas



ciet ad pugnam,vt modo citauimus.Quos duce.Multa conſpicies ab Herod.ſumpta:apud quem exprimūtur quæ Val.textum poſſent apertiorem relinquere.Euocātur enim ad Xerxis auxiliū Hyrcani,Syrij, Sacę,Caſpij Arabes,Mariandini,Bithyni,Moſchi,Tibareni,Macrones,Nomades,Ciſſij,& non pauci ex Colchide lociſq; vicinis.Nec alijs videbis munitos armaturis q̄ hic ſcribuntur. Sunt eñ Tiaræ ipenetrabiles:tunicę varijs ſquā-

Armaturę genera.

mis in piſcium ſimilitudinem conſertę,femoralia & braccæ Gerra,haſtę breues,grandes arcus, arundineæ ſagittę,pugiones ad dextrum femur e baltheo ſuſpenſi.quæ aut plereq; ex his congruunt qui vel Aeetan vel Perſen ſequuntur.In Gręciam multas gentes armauit Xerxes:in Colchida Perſes infinitas & incognitas:vtrūq; vi-

Arthemiſiæ ꝓconium.

debis,Val.dico & Herod.fœmineas vires cōmendantē: hunc Arthemiſiæ propter quā non erubuit Xerxes dicere:viri extiterūt mihi fœminæ & fœminę viri.Illū Euryales.Perſarū regis:Perſęq; fuga eadē pene eſt.Themiſtoclis Iaſoniſq; virtus nō diſſimilis eſt ſecluſo pugnandi loco.Xerxen,Perſenq; iniuriæ vltio mouit.Et qđ tñ non eſt ex poetæ progreſſu,diligentiſſimus quiſq; Themiſt.& Iaſ.fugam ad hoſtes proſpiciet. vterq; exilio mulctatus mortem ſibi conſciuit.Et nunc quoq; Val.ait Baſtarnas duro cortice & rōphea armatos.Herodo.vero in exercitu Xerxis quoſdam ait,vt Macronas & Moſynœcos ligneis galeis armatos : quorum ſcuta crudo bouis

Lignea arma.

tergo tegebantur:quibus & lanceolæ. Phœnicas quoq; & Syros Palæſtinam incolentes ligneis(ſeu lineis vt quidam habent)thoracibus indutos.Virg.Tegmina quis capitum raptus de ſubere cortex.De Maſſagetis loquēs Strab.in.xj.ait eorum veſtem eſſe de arborum corticibus , pecudes enim non habent . Phocarum etiam e mari prodeuntium coria induunt. & hæc de his qui inſulas colunt.nam montanorum,campeſtriūq; mores non prorſum ſimiles ſunt.Romphea.Genus eſt teli inquit Gel.& nunc ſecunda corripitur:quæ apud græcos diphthon-

Romphea.

go notatur ρομφαια.i.framea.quos ſequitur Bapt.Quā gerit aduerſas feriat rhōphea cohortes.codex Bonon. habet rompia.Neſtor tñ hunc citans locū legit rhōphea.Albentes parmas.Imitatur Virg . Parmaq; inglorꝰ al-

Parma alba.

ba.Qui noui erant homines parmas ſolebāt gerere albentes nullo colore nulloq; ſigno decoras. Nec tantū ignobiles albentes gerebāt clypeos:ſed qui nunq̄ in certamen deſcēderant.Virg.de Camilla nobiliſſima puella.Puraq; interrita parma qđ nō admitto niſi dictū putes clypeū purū ꝑpter puritatē virginis & itegritatē. Sunt q inglorij aliena mutuantur patribus incognita. Accepimus & inſignem Flandrię comitem a Turca ſingulari certami-

Flandrię inſignia.
Francorum.

ne victo opima ſpolia & inſignia fortiſſime detracta a partibus trāſmarinis reportaſſe:quibus nunc quoq; relictis prioribus vtuntur:vt noſtri reges tribus abiectis buffonibus tria lilia cęlitus demiſſa receperunt. Aclyde.Ia-

Aclydes.

culum eſt breuiſſimū.Virg.Teretes ſunt Aclydes illi Tela:ſed hęc lento mos eſt aptare flagello.Gemina.Ad id reſpiciť qđ Herod.in Polyh.affert.Hi circa capita gerebant gentiles galeas:pro ſcutis parmulas(nec legať paruulas vt perperam ſcribitur)e crudo bouis corio factas laneis veſtibus induti bina iacula geſtantes enſem machęræ Aegiptiacę perſimilem.Virg.id de Hernicis in.vij.cecinit.Pars ſpicula geſtat Bina manu.Hiberni. Sunt qui legunt Tybarni cum codice Bonoñ.ſed quum hos dixerimus Tybarenos eſſe:& breuis prima ſit,legam Hiber-

Iſter.

ni.Nec me pręterit viros ſane q̄ conſpicuos legere Tybarni qui terga nouem.qđ verum ne ſit poſſunt facile iudicare eruditiores.Terga.Glaciem.Noæ.Legunt alij nouæ.Herod.in Melp.Iſtrum Scythię fluuium ait præ cæteris maximū tam ęſtate q̄ hyeme ſibi ſemper parē:quem augent Pyretos,Tiarantus,Ararus,Naxares,Ordeſſus,Atlas,Auras,Tibiſis,Athrys,Noes,& Artanes:alijq; complures nominatiſſimi.Sunt qui apud Herodot.

Noes.

Noees legunt.græcus codex habet αθρησ και νοησ και αταρνησ.etſi legitur etiam Athrys. Securi. Bipenni qua

Alazon.

vtuntur ad glaciem diſſoluendam hiberno tempore. Alazona. Fluuius eſt per Cambiſenam regionem aſperā quidē & ſiccā fluēs.vñ populi Alazonij, qui Alazones, Albanis vicini:etſi inter illos ſunt Leleges.Herod.vero

Alizones.

in Melp.referens populos & loca ab Emporio Boryſthenitarum(qđ eſt ex maritimis totius Scythiæ maxime mediū)ponit primum Callipidas:quos dicunt Græcoſcythas: ſupra quos Alizones.deinde Scythas aratores. hinc Neuros. & tranſmiſſo Boryſthene ait Hylæā inueniri. Si quis vero velit Tybarni proferre prima protracta aut Tybareni admiſſo anapęſto:vt fluuiorum rex Eridanus:& nouem vt vir doctus Quint.in epog.recipit,niſi mendoſus eſt codex,nouum excogitet ſenſum. Forſan dicet hibernam ſæuitiam vſqueadeo Scythiam infeſtare:vt.viij.menſibus non poſſit tolerari:quā habitabilem liquit cum tribus Herod.Pli.autem vbi de Crobizis per quos ait Noam fluere Herod.loquutus eſt,vltra eos flumen Rhodę ponit:hinc ſinum Aſaggaricum & portum Ordeſſum.& Herod.in Melp.quum ait.Eſt autem fons in finibus regionis Scytharum aratorū: & Alizonum.gręcus codex habet.αροτηρων σκυθεων και αλαζονων.Iſte autem fluuꝰ Alazon dicitur etiam ab Hermol. Aragon.Pli.lege ca.x.lib.vj.in quo prius legebatur amne Oeazane:quum vetus lectio foret Acazane.Legi ta-

Taras.
Euarchus.
Euergus.

men poteſt(ait Hermol.)Alazone aut Aragone. Taras & Euarchus.Nomina fluuiorum ſunt in Scythia Europea.Nō minus libenter legerem Euergus a quo Euergetę populi: ad quos ex Drangis iter eſt, inquit Strab.in xv.& Curt.in.vj.qui eos vocat Ariones.nihil tamen tollo.Olorum.Cygnorum candidorum:eſtq; genitiuus niueū.Ab olore olorinꝰ & Olorius:vt paſtorius dicūt.qua dictiōe putāt Ouid.vti.Hinc Camarinan adit Tapſonq; & oloria tēpe.cū ſit legēdū Eloria tēpe.auctor ē Hermol.Ariaſmene.Nomē ducis eſt.Falcatos currus.T.Lu-

Eloria tempe.

cret.in.v.ait antiquos curribꝰ vſos fuiſſe falciferis: qbꝰ eqtū peditūq; mēbra miſere laniabanť. Et bijugo prius

Falciferi currꝰ.

eſt q̄ bis coniungere binos:Et q̄ falciferos armatum aſcendere currus.Et latius in.iij.Falciferos memorant currus abſcindere membra. Sępe ita deſubito permixta cæde cadentes: Vt tremere in terra videatur ab artubus id qđ Decidit abſciſſum,quando mens atq; hominū vis Mobilitate mali non quit ſentire dolorem(ſeu nobilitate

Drangæ.

mali).Molē belli.Pondus.Aequora.campos deſertos a fugientibus.¶Drancæa phalanx.Lego Drangęa ex Strab.in.xv.& Pli.in.vj.Inde ad Prophthaſiam Drangarum &c.Hermol.quoq; in.lxxv. cap.ij.lib.Pli.Drangas nominat.Diod. vero in pricipio tertij ait Ninum ſuo ſubiecíſſe imperio Caduſios,Tapiros,Hyrcanos, Drācas & Caſpios:etſi mendoſi codices habēt Capiſoſq;.ad quos anguſtus eſt aditus.vnde& portę Caſpię appellantur.Hermol.g.&.c. inter ſe verti oſtendit:vt dictum eſt,ſupra.Caſpiadę.

Drancæ.

Inſequitur Drāgęa phalāx:clauſtriſq; profuſi
Caſpiadę:quis turba canum nō ſegnius acres
Exilit ad lituos:pugnaſq; capeſſit heriles.
Inde etiā par mortis honos:tumuliſq; recepti

Inter auos poſitusq; virum:nam pectora ferro
Terribileſq; innexa iubas ruit agmine nigro
Latratuq; cohors.quanto ſonat horrida ditis
Ianua:vel ſuperas Hecates comitatus i aulas.
Ducit ab Hyrcanis vates ſacer agmina lucis
Vanus.eum Scythiæ iam tertia viderat ęſtas
Magnanimos Minyas:Argoaq; vela canēte.
Illius & dites monitis ſpondentibus Indi:
Et centumgeminę Lagi naualia Thebes:
Totaq; Rhiphęo Panchaia rapta triumpho.
Diſcolor haſtatas effudit Iberia turmas:
Quas Sotaces q̄s Latriſ agūt & raptor amorū
Neurus:& expertes canentis Iaziges ęui.

Caſpię portæ
qui Caſpijs portis intercluduntur.Portę ſane
Caſpiæ quæ dicuntur a Ptol.κασπιαι πυλαι
in medium protenduntur : & ſunt aliæ a por=
tis Sarmatijs ſeu Caucaſijs:vt Pli.& Ptol.do
cent,licet ſint circum mare Caſpium.Pli. lege
cap.xiij.&.xiiij.lib.vj.Canum.Id referūt Pri=
ſcia.Plin.Strab.& Sol.ad Albanos.Pugnas
heriles. Id non prætermiſit Pli.ca. xl.lib.viij.

Canum fidelitas.
dicens.Fideliſſimi ante om̄ia homini ſunt ca=
nes & equi: pugnaſſe aduerſus latrones canē
pro domino accepimus,confectumq; plagis
a corpore non receſſiſſe volucres abigentem
& feras.domini percuſſorem canis cognouit:
& laniatu latratuq; adactum ſcelus fateri com
pulit.Garamantum regem canes ducenti ab
exilio reduxerūt. Canes Albani in primis lau
dantur.Item Britanni venatici:quorum agili
tatem & robur,magnitudinemq; etiamnū de
mirantur Parthiſij.Colophonij & Caſtabalen
ſes vt Caſpiadæ canum cohortes habuere: q
bus pro principijs vtebantur.Inedia conſum
ptus eſt domino cæſo,in rogum dominū ſe=
quutus eſt,panem oblatum ad os iacentis do
mini portauit.Hęc & plura Plin.& ſimilia aut
eadem Sol.de canū fidelitate afferūt . & Col.
in.xij.cap.lib.viij.Quis hominum clari⁹,aut
tanta vociferatione beſtiam vel furē prędicat q̄ canis latratu? quis famulus amantior dn̄i? quis comes fidelior?
quis cuſtos incorruptior? quis excubitor inueniri poteſt vigilantior? quis deniq; vltor aut vindex conſtantior?
Par honos.Cum dominis ſepeliuntur:Poſitus.Situs.Ouid.Trinacris a poſitu nomen adepta loci. Tumulis.
Sunt e ſeptentrionarijs quibus amicorum vteri ſepulchra ſunt. Alij ſepulchra parant:& pro viribus tutantur.p
quibus promptius Idanthyrſi pugnant & acerbius q̄ pro patria.Oneſicritus ait Bactrianos ſenio morbove cō=
fectos canibus apponi. Alij dicunt cum mortuis canes ſepulchrales condi.Pectora ferro.Vt canum mos eſt ve
naticorum pectus habebat ferro munitum & collum.Dicitur colli munimē,& vinculū ferro clauiſq; ferreis inte

Melium.
xtum Melium.Ditis ianua.Vbi Cerberus ingens accubat horride latrās.Hecates.Proſerpinę famuli.Lucis hyr

Hyrcania.
canis.Strab.in.xj.oſtendit Hyrcaniam ſyluoſam eſſe ex Ariſtobolo:& quercus pinus abieteſq; gignere, nō au
tem piceam.a qua mare dictū verſus auroram protenditur:dextrorſum ad eas partes & montes qui Indiā reſpi

Vaticinio geſta.
ciunt.Vates.Pauca a poetis canuntur prælia ſine vatibus geſta:ita fuerunt ſuperſtitionum, vaticiniorumq; ob=
ſeruantes.Virgi.hominū diuūq; interpretē ponit Aſylam,& augurē Tolūniū.Pap. Amphiaraum.Val.Orphea
Mopſum & Idmona:& hunc cum Coaſte Choatra magię perito vt dicetur.Vanus.Mendax eſt.nunc viri pro=

Varna.
prium videtur eſſe.forſitan Varn⁹ a Varna vrbe Medię,quæ Hyrcania,Hyrcanoq; mari,Armenia,Aſſyria,Per
ſico ſinu ab Indico anguſtijs diuiſo & Parthia clauditur.Herod.in Melp.nōnulla affert de Scytharum vaticinijs
quæ fiunt cum virgis ſalignis:& de pſeudomātijs,falſorūq; vatū pœna.ad quæ ſi mauis vanus referes. Tertia
æſtas. A tribus annis Argonautarum aduentum prędixerat. Dites Indi.Hoc probat Pli. xix.cap.lib.vj. de In=
dis loquens. Alij tellurem exercent:militiam capeſſunt alij:merces alij euehunt.res publicas optimi, diuiſſimiq;
temperāt.Et idem. Fertiliſſimi auri ſunt Dardæ:Setę vero argenti.Item regi eorum peditum ſexcenta milia:eq

Thebæ.
tum.xxx.milia,Elephantorum.ix.milia per omnes dies ſtipendiantur:vnde ingens opum eſt conlectatio.The
bę.Sūt in Aegypto,Bœotia,Theſſalia,Ionia,Italia,Chaonia.Ptol.etiam ponit Thebas in Arabia felice, & Cē
ton,vrbes Aethiopiam ſub Aegypto reſpicientes:inter quas & Aegyptum eſt ſinus Arabicus protēſus meri=
diem verſus ad mare rubrum,verſus occidentem ad Aethiopiam habens Palęſtinam,Arabiæq; partem cū Ae
gypti parte ad ſeptentrionem:qđ autem orientem reſpicit, Arabia eſt felix : cuius finis eſt in ſinu Perſico & In=
dico,maxime vbi ſunt Zenobij,inſulę ſeptem:Neogillamq; habet nauale. Dicunt ſane ex Herodot.in Terpſ.
Theben & Aeginam Aſopi filias fuiſſe:a quibus inſula & vrbs dictæ ſunt:non cuius nunc poeta meminit:ſed
eius quā dicunt Herculeam.quum referant aliqui Zetum & Amphiona Thebarum ſeptiportarum fundamē=
ta ieciſſe:qui fuerunt Antiopes filij.Apol.in primo.εμδεσαμ αντιοπησ ασωπιδοσ υιεε Διωσ αμφιωμ και ζηθοσ
απυργωτοσ δετι θηβη χειτο πελασ &c.Harum meminit Pap.Nec apud Volat.legat quiſpiam centiportarum

Thebe.
eſt em̄ in Aegypto cētū portis ornata.Iuue.Ecce vetus Thebe centū iacet obruta portis. Et Priſcia. in Perih.
Qui veteris clareq; colunt ſub mœnia Thebes Quā phibent cētū portas habuiſſe priores.de qua ante.Tuncq;
ponitur frequenter in ſing.cuius Thebes caſus patrius.Nec id ſemper fit,dicente Herodo.in Euterp.Quātū ve
ro ad maria ad Thebas mediterraneum eſt iudicabitur.Item,A Thebis autē ad vrbem . & ab Heliopoli ad The
bas.Et in textu alij habent Thebes,Thebe alijs placet.Item codices alij habent Lagę:ſunt qui Lagi vt Bonon̄.
eritq; appoſitio. Thebe centumgeminæ naualia Lagi κατα προληψιν:quę frequens eſt. Qui Lage recipiūt,ne
ſcio an voluerint Lagię ſubſtituere:& tunc prima eſſet breuis in Lagia quæ frequētius protrahitur. Fuit autem

Lagus.
Lagus Ptolemei illius pater,qui vnus ex Alexandri ducibus erat, a quo reges Aegyptij dicti ſunt Ptolemæi.
Pro ea ſane quæ eſt in Bœotia dixit Pap.in Theb.Viue ſuperſtes ait diræq; ad mœnia Thebæ (aut Thebes vt
alij habent) Solus abi.Illius autem quæ eſt in Aegypto meminit Pli.cap.ix.lib.v. Et Dioſpolis magna eadem
Thebe portarum centum nobilis.Eam dicunt fuiſſe a Buſiride conditam:vocatāq; Heliopolim teſtis Tortell.
Herod.autem cui fides maior habēda eſt,in Euterpe ait Heliopolim & Theben plurimum interſtitij habere. Q



autem vrbs ſit Buſiris,idem probat Pli.in.x.ca.lib.v.meminit & Herod.in.ij.quā diſtiguit ab Heliopoli.dictaq;
eſt a prædicto Buſiride Aegyptiorū rege illaudato.Et apud Gręcos ſcribitur:vt grecus Herod. codex oſtendit
βουσιρισ:ſicq; a Virg.recte prima trahitur.Propterea recte monent aliqui ne facile Calep.credat apud Pap.in vlt.

Stathij locus.
Theb.legenti.Nō trucibus monſtris Buſirim infandūq; dediſti Cerciona.inter quos eſt Deſpaut.locum tamen
non emaculat.ego vero legendum puto non trucibus monſtris Scinin infandumq; dediſti Cerciona.Non em̄
voluit vxor Capanei fulmine percuſſi Theſeo gloriam afferre ex Buſiridis nece quem Hercules ad aras mactaz
uit proprias:vt omnes fatentur:ſed Creontis impietatem qui iubebat mortuos manere inſepultos canib⁹ & vo
lucribus eſcam mire exaſperās, & ex geſtis Theſeos gloriam quęrens,cęſos a Theſeo non Hercule memorare:
in quos quātūuis immanes Theſeus fuit maxime pius.Proptęrea ne moueat tanti viri corruptus codex quem
piam errorem falſo velamine tegere volentem. monēdus venit non notandus, qui codicum concordia ductus
magnum virum cui refragari nō licet propter auctoritatem ſectatur.Naualia.In quibus Lagi,Ptolemęorumq;
regum naues fabricabantur.Dicent forte aliqui locorum diſtantiam facere:vt vates Indos,Thebeoſq; non fa=
cile excitauerit Argonautarūq; aduētū p̄dixerit:quibus longum temporis ſpatium ſatiſfacere deberet. Sin pa=

Thebę.
rum votis reſpondet,Pli.auctoritate monemur dicente in.v. Thebe portarum.c.nobilis fama copioſa Indica=
rum Arabicarumq; mercīū Nilo proximum emporium.Iam vides cōmunia inter Indos,Arabas quos Val.per
Panchaiam ſignat,& Thebeos mercimonia:quorum vectoribus iungi potuit vates:cui⁹ poeta meminit.aut ve
rius cuius conſilio & monitis victi fuerant Indi &c.& hęc de Heliopoli ſatis: quæ ſecūdum quoſdam Thebe di
cit & Buſiris:cum diſtinguātur ab alijs.Rhiphęo.Scythico a Rhipheis montibus:ad quos eſſe ferūt regionem
quæ dicitur Pterophoros:vbi creduntur eſſe cæli cardines.Panchaia.Sabeę regio in Arabia:vnde thus Pāchæ
um.ſenſus autem eſt iſtum vatem tertio ante anno Scythas de Argon.aduentu certiores feciſſe:cuius prouidē
tia Indi,& Arabes,& Aegyptij ad Scythicum fuerant rapti triumphū:vnde facile fuit Argon. venturos vatici

Iberia.
nanti credere:vere qui Indos & Arabas Aegyptioſq; victū facile iri p̄dixerat.Iberia.Habet Sarmatiam verſus
Septētrionem:ab occaſu Colchide terminatur:a Meridie partem habet Armenię maioris: ab oriēte Albaniam.
huius incolę originem duxerunt ab Iberibus Hiſpanis teſte Priſcia.Quā iuxta terras habitant oriētis Iberes:Pi

Neurus.
rene quondam celſo qui monte relicto: Huc aduenerūt Hyrcanis bella ferentes.Neurus.Nomen poteſt eſſe pro
prium ducis Iberum:vt Sotaces & Latris.In Pli.lib.vj.legitur Sotales ſeu zotales.& apud Ptol. Laris pro flu=
uijs.Latrin ponit inſulam in Ponto Pli.cap.xiij.lib.iiij.Etiam gentile eſt Neurus. Sūt enim Neuri in vtraq; Scy
thia incantatores maximi ex hominibus in lupos ſe vertentes:quorum regio dicitur Neuris,inquit Herodo.vbi
homines ęſtate in lupos vertuntur.horum meminit Pli.xij.cap.lib.iiij.Caue ne maculato Herod. codice fallaris
in Melp.Supra hos incolunt Heuri.quum legendū ſit Neuri.Pli.cap.xxij.lib.viij.non pauca refert de his quos
auctores in lupos tradidere verſos,ne quis fabulam putet ſi verum hiſtoria docet.In cap.autē citato Pli. legunt
quidam Demenethū Parrhaſium:quos ſequi videtur Landinus in illum Virg.locum.His ego ſæpe lupum fieri

Iazix.
& ſe cōdere ſyluis Mœrim. ſi pauca inuertas:nam legitur Lemenetū Hermol.reclamante qui Demarcheum reci
pit.Iaziges.Syncerior videtur mihi textus eo qui Iazices oſtendit. flectitur Iazix.igos:vt maſtix.igos : etſi vi=
deo quoſdam maſtices legere,& Maſticophoros q, forſan g.in.c.interdū vertit.lego ipſe μαστιγοφορος:vt ille q
libro titulum dedit αιασ μαστιγοφορος.Eſt aūt dictio Iazix nōnūq̄ diſſyllaba.Ouid.Iaziges & Colchi Metereęaq;

Senū varię cędes a ſuis.
turba,Getęq;.In textu vero trium poteſt eſſe & quatuor ſyllabarum.Expertes æui canentis. Non perueniūt ad
ſenium:vbi enim viribus exhauſti ſunt:a filijs cæduntur opus pium ſe complere credentibus : vt Derbices &
Caſpij:quos ait Strab.in.xj.cędere ſolitos qui.lxx.annum exceſſere. ſed hi qui.lxx.annos ſupergreſſi ſunt fa=
me necant:& expoſitum cadauer linquentes ſpeculantur exitum:eos cenſentes fortunatos : quos aues caneſq;
lacerare dignantur:infelices qui a nullo diſtrahuntur.illi vero qui genere proximi ſunt carnes abſumunt . Anus
ſtrāgulant:inde ſepeliūt. Qui vero citra.lxx.annū excedunt indignos putant qui vorentur: ſepultura tamen di

Derbices.
gnos.Strab.in.xj.& Cęl.in.x.lege loquentes de Derbicum moribus.Herod.in fine Clius de Maſſagetis loquēs
ait,nullum illis vitę terminum eſſe propoſitum:vbi autem quis admodum ſenuit eum cōuenientes amici proxi
mi & cognati immolant cum aliquot pecudibus:& carnibus veſcuntur pro epulo vbi decoxerunt.qđ gen⁹ mor
tis eſt apud eos beatiſſimū.langore extinctos non edunt:ſed terra operiunt:loco damni putantes q, ad immola=

Triballi.
tionem non venerunt.Idemq; de Triballis quos putant Bulgaros eſſe,dicitur:quibus bonum eſt parentes cęde
re.Erulliſq; idem pium videtur:quorum vxor ad tumulum laqueo ſe ſuſpendit.Retinent Triballi mores Scy=
tharum:quorum ſunt ſoboles.Pli.in.xij.capite lib.iiij.multa de Hyperboreis affert qui tedio vitæ affecti in ma=
re ſe pręcipitant.

Nāq; vbi iam vireſq; alię:not uſq; refutat
Angor:& inceptus iam lancea temnit heriles:
Magnanim⁹ mos dict⁹ auis:haud ſegnia mor
Iura pati:dextra ſed charę occūbere ꝓlis:(tis
Enſe dato.rūpuntq; moras natuſq; parenſq;
Ambo animis:ambo miſeri tam fortib⁹ actis.
Hic & odoratus ſpiranti crine Michael:
Ceſſæq; manus:& qui tua iugera nondum

Argus.Codices pene om=
nes id oſtendunt.Sab.legit angor:vt reſpicia
tur qđ Herod.ait,lāguore extinctos &c.Nā &
langor dici poſſet.inter eas dictiones facile eſt
Rura petēs. eat atq; vtinam: ſuperetq; labores.
Tantum affata magis cāpis intēdere ſuadet:
Dum datur: ardenteſq; viri p̄currere pugnas.
At ſimul hanc dictis: illum dea marte ſecundo
Intulit: atq; nouas ægit ſub pectore vires.

& quū ortum habeamus a parētibus, lex pręcipit vt eos maxime amemus, obſeruemuſq; diligēter: & foueamus ſollicite. Iubet eadē vt

Pietatis p̄mia

parentes alamus: aut mācipemur vinculis: lōgum pijs ęuū: impijs tempus pollicitans breuiſſimū. Perpulchra Val. Max. cap. de pietate

Filię pię in parentes.

in parentes: exempla cōmemorat de duabus pijs filiabus: quarum altera matrē: patrē altera vberibus admouit: aluitq;: quū in carcere clauſi nouū pietatis opus experti ſunt. Iſte autem Helix cui breuiſſimū cōtigit æuū, officiū nutricandi genitori non exoluit. vnde Heraſ. p. c. i. cēturię. x. primę Chil. affert illa duo adagia apud gręcos celebrata. αντιπελαργειμ και γηροβοσκειμ, vicem rependere: & ſenes paſcere. Vt autē Ciconia pietatis: ita colūba ingrati

Ciconia Columba.

tudinis ſymbolū habet: illa ſuccollat & paſcit parentes: hęc vix nata roſtro matrē impetit & pabulo ſpoliat. Iſtud ab Homero tractum eſt in fine. iiij. dicēte Aiacem Telamoniū interfeciſſe Simoiſion Antemione genitū: qui miſeris parentibus alimenta & vicē pietatis perſoluere nō potuit, intra tam breue tempus ętatis Telamonis ſpiculo interceptus. ουδε τοκευσι θρεπτα φιλοισ απεδωκε. μινυμθαδιοσ δεοι αιωμ επλεθ᾽ υπ᾽ αιαντοσ μεγα θυμου δουρι δαμεντι. Daraps. alter eſt ab illo quē de vulnere pugnę Achemenię grauiorē dixim⁹ Datin miſiſſe auxilio Perſę. Hic em̄ ſcribitur Daraps, illic Darabs: & dicunt̄ vt arabs & lelaps. Si eundē dixeris, eadē retine elementa. Hic fugit. nō lego cū Codice Bonoñ. Hinc fugit ingentē ſubiti quū ſanguinis vndā: ſed hic fugit: vt ſit dictū per epanodon. ſenſus eſt. Zetes fugit (in p̄teriti tēpore) poſtq̄ ſe graui vulnere percuſſum agnouit ingentēq; ſanguinis vndā vidit & pectus ferri lucidi extremitate trāſfoſſum: aut liuens vulnere. ſi placet liuentia legere qđ eſt nō inconcinnū. Lucētia tamē cōmode legi poteſt: quū dictum ſit p̄pter teli trans pectus eminētis fulgorem. qui autē ſenſum terminabit in vltima dictiōe, legat vnda ingenti: ſed hoc nimiſq̄ remotū mihi videt̄. ne tamē legas Hinc fugit ingētē ſubiti cū ſanguinis vndā, monemus. Zetēq;. Alij habent Zetrem. ſi illud gratū eſt. pro Calais fratre nō ſumatur: nam vtrūq; Hercules cecidit, inquit Sen. Strauit Alcides Aquilone natos. & nos ante aliqua deduxim⁹. Facile eſt in his nominib⁹ Scytharū quicq̄ immutare. ſi quid autē addis aut tollis, integra adhuc videt̄ manere dictio. Scio Ptol. ponticas vrbes nominare Ablatam & Zelem. αβλαταμ και ζηλημ. Nec tamē ab illis hęc nomina deducta eſſe vellem aſſerere. Dū luſtrat. circūſpicit. ex Homero id eſt: qui Helenā Græcorum Troianorūq; certamina e murorū pinnis luſtrantē & Priamo græcorū nomina referentē introducit. Hos. qui Aeetę erant auxilio: quorꝫ meminit Val. in fine. v. potuit etiā Argo. cognoſcere. Alios. Scythicos. aut dicas Medeam quoſdā ex Colchis regibus nouiſſe: aliquos minime. quos inde Iunone docente: quā putabat ſororē, cognitos habuit. Nam nec ipſa Calciope Scythas diſcutere potuiſſet: nec Iuno doloſa quid ſupra ſcientiam dicere voluiſſet. Iunone magiſtra. Sic Antigone pia Oedipodis filia Lai armigero vtitur apud Papiniū magiſtro. Caput. quo ſupraſtabat cęteros. Fauentem. Iam Iaſona amabat: quem voluiſſet victoria potiri. Raperet. Iaſon. Ante videns. prouidens Medea. Quot equos. malo quot q̄ quod legere, vt oſtendit Bonoñ. codex. Siſteret. Iaſonis eſt laus non modica, qui orantibus vitam concedebat viciſſe contentus. Quaq;. Iaſon Medeæ oculis ſemper occurrebat, ſeu Abſyrtum ſeu ſponſum videre vellet. Coniugis. Styri Albani: quem Anauſis vulnerarat. Germanā. Iunonem: quā Calciopen eſſe credebat. Ferue-

Tueor. Tuor.

re. Media breui vt in primo. a tertia coniugatione verbum. Quem tueor. aſpicio. Feſtus Pomp. ait. Tuor aſpicio: tueor defendo. vides tamen ſignificantiam confundi. Aſpera Iuno. Virgil. Quin aſpera Iuno. Quæ mare nunc terraſq; omnes cælumq; fatigat, Conſilia in melius referet. Reddit. reſpondet. Nec nunc. ſubaudi eſt. Cytęos. ſic placet legere: non citatos cum cod. Bonoñ. Theſſaliæ felicis. commendat regionem vt facilius fu-

Theſſalia.

gam cum Iaſone perſuadeat. Theſſalia ſane regio eſt in primis fœcunda plurimis irrigata fluminibus, montibus cincta. vbi etiam ſunt loca delectabilia: quæ Tempe vocamus. Percurrere. Iuno ſuadet Iaſonis geſta diligenter inſpici. At ſimul. Iuno Medeam dictis impulit: Iaſonaq; marte proſpero impleuit vireſq; auxit.

Ora ſub excelſo iandudum vertice coni
Sęua micant:curſuſq; ardeſcit.nec tibi Perſę
Nec tibi virgo iubę lętabile ſidus Achiuę:
Acer vt autumni canis:iratoq; vocati
A Ioue fatales ad regna iniuſta cometę.
Nec ſua Crethiden latuit dea: vimq; recentem
Sentit agi membris:ac ſe ſuper agmina tollit:
Quãtus vbi ipſe gelu magnoq; incanuit imbre
Caucaſus: & ſummas abiit hibernus i arctos.
Tunc vero ſtabulis qualis leo ſęuit opimis
Luxurians:ſpargitq; famem:mutatq; cruores:
Sic neq; parte ferox:nec cęde moratᷣ in vna
Turbidus:inq; oẽs pariter furit:ac modo ſęuo
Enſe:modo infeſta rareſcunt cuſpide pugnę.
Tunc & terrificis vndãtem cornibus Hebrũ
Et Geticum Priona ferit.caput eripit Anchi:
Brachiaq;:& vaſtis voluendum mittit arenis.
At genitus Ioue complerat ſua fata Colaxes:
Iamq; pater mœſto contriſtat ſidera vultu:
Talibus ægra mouens nequicq̃ pectora curis:
Hei mihi ſi duræ natum ſubducere ſorti
Molior:atq; meis auſim confidere regnis.
Frater adhuc Amyci mœret nece:cũctaq; diuũ
Turba fremunt:quorũ nati cecidere: cadẽtq;.
Quín habeat ſua quęq; díes: cunctiſq; negabo
Quę mihi.ſupremos miſero ſic fatus honores
Cógerit: atq; animis moriturũ ĩgẽtib⁹ iplet.
Ille volat campis:immenſaq; funera miſcet
Per cuneos: velut hiberno proruptus ab arcu
Imber agẽs ſcopulos:nemorũq; opũq; ruinas:
Donec ab ingenti bacchatus vertice montis
Frangitur:inq; nouum paulatim deficit amnẽ.
Talís in extremo proles Iouis emicat æuo.
Et nũc magnanimos Hypetaona Geſithoũq;:

Curſuſq; ardeſcit.curſus Iaſonis ardentior fit.aut curſu legas cũ Bonoñ. cod. vt ſignes Iaſona curſu ardeſcere. Nec tibi.Nihil lętitiæ Perſę Medeęq; Iaſon attulit.ne legas cũ cod. Bonoñ.Lethabile:non eñ fuit Iaſonis aduẽtus illis lętabilis:ſed potius licet aſpere lethabilis. Ideo negatio non patitur vt aſpireť dictio. niſi forſan quis diceret ſidus lethabile & peſtiferum nec Perſæ nec virgini profuiſſe. Iubę achiuæ.quas ſoliti erant milites ſup galeam ferre.vnde Hom.o.ιλ.introducit Megẽ Phyleos natũ haſta ferientem conum Dolopis Laomedontiadæ:qui iubas ferebat equinas.του δε μεγησ κορυθοσ χαλκηρεοσ ιπποδασειησ κυμβαχον ακροτατον νυξ εγχει οξυοεντι ρηξε δ' αφ ιππειον λοφον αυτου&c.Sic criſtæ achillis erant equinis iubis concinnatæ teſtis Hom.π.ιλ.Autũni canis.Tractum id eſt ab Hom.xxij.li.Ilia.Ita Achilles alacer pcurrebat: hũc in armis fulgẽtẽ primus ſenior Priamus cõſpicatus eſt. vt enim autumnalis ſtella quã inter alias noctis tenebras ſplendore ſuo vincentẽ canem Orionis appellãt,ſplẽdidiſſimũ quidem: infelix tamẽ ſignum & caldiſſimũ timidis mortalib⁹ apparet.ſic arma in currentis pectore fulgebant ait eñ.χ.ιλια. ωσ αχιλευσ λαιψηρα ποδασ και γουνα τεωμα. τον δ' ο γερων πριαμοσ πρωτοσ ιδεν οφθαλμοισιν παμφαινονθ' ωστ' αστερα πεδιον ἐπεσσυμενον πεδιοιο. οσ ρα τ' οπωρησ ειδιν. αριζηλοι δε οι αυγαι φαινονται πολλοισι μετα σπασι νυκτοσ αμολγω ον τε κυν ωριωνοσ επι κλησιν καλεουσιν λαμπροτατοσ μεν ογεστι κακον δε τε σημα τετυκται και τε φερει πολλον πυρετον δειλοισι βροτοισιν. ωσ του χαλκοσ ελαμπε περι στηθεσσι θεοντοσ.Hæc ſubiuncta ſunt vt veriorem intelligas lectionem quæ lętabile continet: nam licet fulgor pulcher eſſet,tamen erat triſtis & non lętabilis:quem & Perſes horrori habebat & puella. Canis.qui feruentiſſimus eſt in Autumno.Cometæ.qui regnorum euerſionem, regumq; mutationẽ portẽdere ſolẽt. Põta.li. Meteor. Ventorum quoq; certa dabũt tibi ſigna Cometæ:Illi etiam belli motus feraq; arma minãtur Magnoꝝ & clades populorum, & funera regũ.de quo ſępe dictum eſt.Crethiden.Iaſona. Abijt. vlti.longa ſequenti ſpiritu ſi velit adiuta. nam produci poteſt vt diximus. Opimis.In quib⁹ ſunt pecora pinguia. Nemo eſt qui nõ videat in decaſticho illo qđ claudit Adonium carmen. Cunctipotens genitor deus omnicreator eleiſon &c. fœdiſſimã eſſe maculam: qm̃ legitur in omnibus libris Purgator culpæ veniæ largitor optime. eſt ſane legẽdum opimę. Sic & ex pleriſq; locis librorum quos in templis reuoluere debemus & domi,iam videas multas ſcaturire mẽdas quæ patrum ſanctitudine & ſcientia conſpicuorum laudem diminuunt.Hincq; putauerim aliquibus anſam calumnię porrectam: quibus non ea eſt in patres reuerentia, non is honor:quem promptius ſtudioſiuſq; impenderẽt:ſi ſuo nitori cũcta forẽt reſtituta.Luxurians.effręne ſeſe efferẽs.Mutatq; cruores.nã modo huius aĩalis,modo illius haurit ſanguinem. Cõparatio eſt ex Home.qui.o.ιλ.cõfert

Meges.
Autumnalis ſtella.
Canis orionis
Cometę.
Opimus.
Hymnorũ ſacrorũ deprauatio.

Nũc Arinem:Nolbũq; notat:iã ſauci⁹ Apren.
Et deſertus equo Tydrũ pedes excidit haſta
Phaſiaden:pecoris cuſtos de more paterni
Caucaſus ad prias genuit quẽ Phaſidis vndas.
Hinc puero cognomẽ erat:famuluſq; ferebant
Phaſidis intonſo nequicq̃ crine parentis.
Iaq; aliis inſtabat atrox:cum diua ſupremas
Rumpit iniqua colus:victorq; aduenit Iaſon.
Excipit hunc ſæua ſic fatus voce Colaxes.
Vos Scythię ſaturare canes: Scythięq; volu-
Heu miſeri veniſtis ait:ſaxumq; phẽſum (cres
Illius & dextræ geſtamen:& illius æui:
Concuſſa molitur humo.quod regia Iuno
Flexit ad ignotum caput:infletumq; Moneſi.
Præceps ille ruit:nato non depulit ictus
Iuppiter:Aeſoniæ vulnus fatale ſed haſtæ
Per clypeum:per pectus abit. lapſoq; cruẽtus
Aduolat Aeſonides:mortẽq; cadẽtis aceruat.

Hectora procellę naues diſijcienti: & leoni truci qui immenſa admodum armenta boum in lętis pratis irriguiſq; paſcentia ſub ignauo paſtore inuadit: qui non callet quem bouem eripiat a funeſto pdone: vel defendat,cum fera ſe mediam in turbam immergat &c. Rareſcũt. Multis cadentibus pauciores reſtabant qui congrederentur. Cornibus. Hebrus ad terrorem incutiendum cornibus frontem armauerat: vt ſcilicet Pan appareret terribilis: aut etiam Dionyſius. Interdum enim pugnis ſuccedunt. De Melantho Meſſenio legitur qui ortum referebat ad Periclymenum Nelei filium: q in Xanthium Bœotium pro Celenis vico congrediens pone Xanthium quendam hircina pelle & cornibus munitum viderit: quumq; inique factum diceret duos aduerſus vnum irrumpere:& Xanthius oculos retro flecteret:confeſtim Melanthus irruens hoſtem interfecerit.Quidam dixerũt Pana,alij Dionyſium: cui templum ſtruxerunt ſub nomine Melãęgidos. Cornua etiam poſſunt Hebro attribui:qđ tractum eſt ab Hebro cornigero: vt de fluminibus paſſim legitur. Anchi.De hoc ante quędam dicta ſunt. Colaxes.Iouis & Orę filius.Contriſtat. Vt apud Virg.Contriſtat frigore cælum. Molior. Conor & tento.Frater. Neptunus gemit adhuc mortem Amyci:quem filius meus interfecit. Cecidere.Vt Geſander Vorapti filius. Sic Virgi.Troiæ ſub mœnibus altis Tot nati cecidere deũ. Sua dies.Ex Virg.ẽ.Stat ſua cuiq; dies:breue & irreparabile tempus Om̃ibus eſt vitę.Congerit. Accumulat.Idem affert Pap. in.vij.de Amphiarao:cui⁹ exitũ Apollo voluit honeſtare.ait enim. Famulo decus addit inane Mœſtus: & extremos obitus illuſtrat Apollo.Ille etiã clypeũ galeãq; incẽdit honoro Sidere:nec tarde fratri Gradiue dediſti Nequa manus vatẽ:ne qđ mortalia bello Lędere tela q̃ant:ſanctũ & venerabile diti Fun⁹ erit.Et apđ Home.o.ιλια. Iuppiter fuit auxilio Hectori breui inter viuos futuro,quemvnum inter viros multis decoribus & ſingulari gloria auctum volebat:qđ & de Sarpedonte legitur:quẽ cũ non poſſet fato eximere:laudando exitu decorauit.Cuneos.Verbum eſt militare:ſignatq; peditum multitudinem in formam cunei redactam. Rariores enim primi incedunt:quibus vis maior denſiorq; ſuccedit.ordinãtur autem ad aciem hoſtium proſcindendam & impreſſionem faciendam.Hiberno. A quis hibernis paſto. Fingunt enim poetæ Irim aquas ex Oceano haurire.Bacchatus.Poſtq̃ ſatis ſæuijt.Deficit.Diminuitur & decreſcit. Talis. Aut hic aut ſuperius cęſum fuiſſe Iphim Argo. dicere poſſumus:quum non exprimatur:nam non licet inuertere textum.quod ſi daretur, iam ſaucius Iphin dicerem:vbi legitur Iam ſaucius Apren.Excipit. Sunt qui habent excidit. Tũcq; pręteritum erit ab excindo.Phaſiaden.Caucaſi filium.Genuit.Vt apud Virgil.Phrygij genuit Simoẽtis ad vndam.Primas vndas. Oritur eñ Phaſis e Caucaſeis montibus:qui protenduntur vſq; Armeniam.vñ Strab.ait in.ix. Phaſim oriri in Armenia & per Colchida in mare Euxinum prolabi.Cognomen.Nam Tydrus(aut ſi mauis Tyder:vt Euander & Euãdrus)cognominabať Phaſiades.Quin & nomina a fluuijs ſumpta aliqua ſunt:vt Cyrus rex:ita olim contigit: vt expoſiti euaſerint clari nomen habentes aut a locis:aut nutricib⁹ beſtijs. Penelope a Penelopibus auib⁹ nutrita & dicta quum prius vocaretur Arnea,ab Icaro & Peribœa parentibus in mare proiecta.Romulum lupa nutrijt,Ceruą Telephum,Cyrum canis,Habidem fortiſſimum Hiſpaniæ regem ferę,canes,ſues, & cerua. de alijs dictum eſt in primũ.Crine intonſo.Quem ſacrarat Phaſidi:vt diciť de Achille:cuius crines Sperchio Peleus dicarat apud Pap.in Achil.& Home.xxiij.Ilia.Diua iniqua. Atropos parca vitam ſoluit.Victor.Qui alios vicerat,mox hunc Colaxem victurus.Vos Scythię. Sarcoſmos eſt amara: vt apud Virgil.A litibus linquere feris: aut gurgite merſum Vnda feret piſceſq; impaſti vulnera lambẽt.Veniſtis ſaturare.Saturatum. ſic & beatus Hierony.Non veni vocare iuſtos.quem modum loquendi Lauren.Vall.eleg.primo dicit minus latinum: q̃ ſi per ſupinum fieret.Virgil.tamen imitatur poeta.Non nos aut ferro Libycos populare penates Venimus. Saxum.Ex Home.eſt inducente Aiacem ſaxum apprehenſum in Hectora cuibrantem.Et ex Virgilio in vltimo. Saxũ antiquum ingens campũ quod forte iacebat Limes agro poſitum litem vt diſcerneret aruis: Vix illud lecti biſſex ceruice ſubirẽt Qualia nũc hoim pducit corpa tellus: Ille manu raptũ trepida torq̃bat in hoſtẽ &c. Flexit Iuno. Sic apud Virg.in.ix.Vuln⁹ ſaturnia Iuno Detorſit veniẽs:portęq; infigiť haſta.Infletũ.Ignobilẽ ſignat Moneſum & obſcuro natũ loco: vt p defletos duces nobilitate iſignes. Nato. Fuit Iaſoni auxilio regia Iuno:ſed Iup-

Cornua hebil
Melanthi ſtratagema.
Nati deorum mortui.
Cunei.
Phaſiades.
Phaſis.
A feris nutriti.
Penelope.
Arnea.
Atropos.
Infinitiuus.
Inflet.

piter Colaxi minime:quum fatalis dies adue
niſſet. Acerbat. Sunt quibus aceruat placet.
Alanis. Delenda eſt dictio Alantro nihili
vt cenſeo. Virum. Iaſona. non Mirum: vt ha
bet Bonoñ. codex. Deus. Iuno, aut ipſe amo
rum de⁹ Cupido: nam Iunonem comitabaẗ.
Alit inſcia. Simile eſt apud Virg. de Didone.
Interdum gremio fouet iſcia Dido Inſideat
quãtus miſerę deus. Atrox. Cõſtans, nihilq;
dolum faciens, ſecura. aut quia Medeę epithe
tõ eſt: vt apud Hora. Sit Medea ferox, Io va
ga, triſtis Oreſtes. Labitur. Id me etiam mo=
uit: vt vbi Dulciſq; labãtib⁹ error eſt, legi poſ
ſe contenderim Dulcis labentibus error. Fla=
Flabra. bris. Flatib⁹. carere ſing. Seruius aſſeruit. Co
mas. Frõdes & folia. Immanẽ. Validũ: quum
Monilium & Segmentorũ vires. prius leuis eſſet: nec flatu nocẽs. Monilia. Vis
maxima in monili exprimitur. Mirũ fertur a
Cęl. cap. xiij. lib. vj. de ſegmentis oraculi Del=
phici, quę duo rapta a ducibus Phocenſium
vxoribus collata ſunt. Harum vna proſtitu=
to corpore famam adulterio vendidit. Alte=
ra a filio domi miſere combuſta eſt. Adiun=
git idem nonnihil de Hermiones monili: qđ
geſtarunt infelices Thebarum reginæ, & Ery
phile Adraſti filia. Aurum. Aureum monile.
Deficit. Languet. Non gemmis. Gemmæ
non flexerunt Medeæ animum: non aurum,
quod nihili faciebat: quum regina eſſet: ſed fa
ces, & ſtimuli amoꝝ acutiſſimi. Dei. Amoris.
His. Argonaut. Cui. Patri auxilio adfuerunt
Arg. bonis alitibus: vt dicũt. Hoſpes. Iaſon.
Obijcit. Hoſpes. Potens incepti. Cum geniti
uo: vt Tẽpeſtatumq; potentem, apud Virgi.
Potens. cũ ablatiuo apud eũdẽ. Potẽs armis atq; vbe
re glebę. Audentius. Q đ puellæ argumẽtum
eſt ipudentis. Male habetur in codice Bonoñ.
audentib⁹. Imber. Vis telorum & militũ. Exit.
Euolat. Et primo. Erat eñ νεογαμοσ. Aeois.
Parthus erat Miraces orator miſſus e Parthia
ad Aeetam. Non irrita. Firma. amor mauor=
tis. Pugnandi ſtudium & cupido. Semiuir.
Tapetum. Erat euiratus & eunuch⁹. aut mollem ſignat.
Tapetis. A recto Tapetum. currus Miracis
erat tapetibus comptus: a quibus pharetrę pẽ
Trapetum. debant. Raro enim leges Parthum eſſe ſine
pharetra arcu & ſagittis. Aliud ſignat trapetũ
ſcilicet molam oleariam. Pli. in. ix. ca. xxxvj.
ſumere videtur pro mola ſeu lapide: nec olea
rio. Minores trapetis frãgunt. ſ. purpuras: etſi
legitur cum trapetis. quæ lectio ſi vera eẽt, tra
petum oſtẽderet poſitum pro teſta duriſſima
Eunuchorũ amores. purpurarum qua intercluduntur: vt oleæ tra=
petis: malo ipſe cum deleto Plin. legere. Steri=
lemq; iuuentam. Q uum generare non poſſet
etſi amare, pruriginemq; ęſtuare valeant Eunu
chi: vt docet Philoſt. in vita Apol. Tyanei.
Impubem. Ad generationẽ ineptam. aut ſi
mauis inueſtem. Nam etiam imberbes ſunt
ſpadones. Fuga mentita. Modum ſagittan=
di apud Parthos exprimit: qui Virg. carmine
notus eſt. Ad frena. Manens iuxta equos.
Pharetratis. Nunq̃ ſine arcu, ſagittis, phare
traq; Parthi equitant. Acoæ ſyluæ. Ex velle=
Seres. re ſerico Tiaram textum intelligit. Sunt Se=
res populi orientales iuſtiſſimi: & vt inquit
Strab. in. xv. ducenteſimũ vitæ annum exce

Spargit̃ hinc: miſeriſq; venit iã notus Alanis.
At regina virũ (neq; eñ deus amouet ignes)
Perſeqtur luſtrãs: oculiſq; ardentibus hæret.
Et iã læta minus præſentis imagine pugnę:
Caſtigatq; metus: & quas alit inſcia curas
Reſpiciens an vera ſoror: nec credere falſos
Audet atrox vultus: eademq; in gaudia rurſus
Labitur: & ſæuæ trahitur dulcedine flammæ.
Ac velut ante comas: ac ſũma cacumina ſyluæ
Lenibus alludit flabris leuis Auſter: at illum
Protinus immanem curuę ſenſere carinæ:
Talis ad extremos agitur Medea furores.
Interdum blandæ direpta monilia diuæ
Contrectat: miſeroq; aptat flagrantia collo:
Quaq; dedit teneros aurum furiale per artus
Deficit: ac ſua virgo deæ geſtamina reddit.
Non gemmis non illa leui turbata metallo:
Sed facibus: ſed mole dei: quem pectore toto
Iam tenet. extremus roſeo pudor errat in ore.
Ac prior his. Credis ne patrẽ ꝓmiſſa daturũ
O ſoror: Argolicus cui diis melioribus hoſpes
Contigit? aut belli quãtum iam reſtat acerbi?
Heu quibus ignota ſeſe pro gente periclis
Obiicit. Hęc fantem medio in ſermone reliqt
Incepti iam Iuno potens: ſecuraq; fraudis.
Imminet at celſis audentius improba muris
Virgo: nec ablatã ſequitur: quærit ve ſororem.
Ah quoties vis dira ducum: denſiq; repente
Aeſoniden preſſere viri: cũq; omnis in vnum
Imber iit: toties ſaxis pulſatur & haſtis.
Primaq; ad infeſti Lexanoris horruit arcus.
Alta ſed Aeſonium ſupra caput exit harundo:
Teq; Caice petit. coniunx miſeranda Caico
Linqtur: & primo domus imperfecta cubili.
Regius Aeois Miraces interpres ab oris



Venerat: vt Colchos ꝑcul: atq; Aeetia Parthis
Fœdera donato non irrita iungeret auro.
Tum iuuenem terris parcæ tenuere Cytæis:
Ac ſubiti mauortis amor: ſimul armiger ibat
Semiuir impubẽq; gerens: ſterilẽq; iuuentam.
Ipſe pharetratis reſidens ad fręna tapetis
Nũc leuis infeſto procurrit in agmina curru:
Nunc fuga cõuerſas ſpargit mẽtita ſagittas.
Ad viridem gemmis/& eoæ ſtamine ſyluæ
Subligat extrema patrium ceruice tiaram:
Inſignis manicis: inſignis acynace dextra.
Improba barbaricæ ꝓcurrunt tegmina plãtę.
Nec latuere diu ſæuum ſpolia illa Syenem:
Perq; leuem & multo maculatã murice tigrin
Concita cuſpis abit. ſubitos ex ore cruores
Saucia tigris hiat: vitamq; effundit herilem.
Ipſe puer fracto pronum caput implicat arcu.
Sãguie tunc atro chlamys ignea: ſãguie vult⁹
Et grauidæ maduere comę: quas flore Sabęo
Nutrierat: liquidoq; parens ſignauerat auro.
Qualem ſiquis aquis: & fertilis vbere terræ
Educat: ac ventis oleam felicibus implet:
Iam quę det primam tenero de vertice frõdẽ:
Cũ ſubito immiſſis ꝑceps Aquilonia nimbis
Venit hyems: nigraq; euulſam extendit arena.

dũt. laniſicio inſignes. qđ Virgi. reſpicit dicẽs
Velleraq; vt folijs depectunt tenuia Seres.
ſing. eſt Ser. Auſoni⁹. Iã pelago volitat mer=
Ser. cator veſtifluus Ser. Vnde monui apud Sen.
in vlt. trag. legẽdum eſſe. Q uæ Phœbęis ſub
ditus Euris Legit eois Ser arboribus. Patriũ
Tiaras. Tiaram. In genere maſcu. vt apud Virg. Sa=
cer Tiaras, dicitur. Reperitur i fœm. apud Iu
uenalẽ. Et Phrygia veſtitur bucca Tiara. Eſt
q; capitis ornamentum: quo Perſicę mulieres
inde reges & ſacerdotes vſi ſunt: & nũc Par=
thorum orator. Extrema ceruice. Occiput in
telligit: ad quod vitta ne decidat ſubligaẗ. He=
rodo. in Polyh. loquens de Perſarum ornatu
ait. Circa capita geſtabant pilea: quos vocant
Tiaras, impenetrabilia: & circa corpus tunicas
varijs ſquammis e ferro conſertas in ſimilitu
dinem piſcium. habebat ergo Tiaram ſerice=
um gemmis diſtinctum. Viridem gẽmis. Pli.
Smaragdi ſpecies. cap. v. lib. xxvij. ait nihil viridius ſmaragdo
virere: cuius multas ponit ſpecies. Sunt enim
Smaragdi probatiſſimi qui puri maris viridi
tatem imitantur, ꝓximi Chryſoberylli. Inde
Chryſopraſi, Hiacinthizontes, Heroides, Ce=
rini, Oleagini, poſtremi cryſtallis fere ſimiles.
In quo capite nominat etiam Perſicos nõ q=
dem tranſlucidos: ſed iucundi tenoris viſum
implentes: quem non admittunt felium, pan=
therarumq; oculis ſimiles: vbi male ponitur fi
lium. Manicis. Id in luxum olim tranſijſſe di=
ximus. Virg. Et tunicæ manicas, & habent re
dimicula mitræ. Acynace. Gladius eſt acyna=
Acynacis. cis quo Perſę vtuntur. Herod. Hæc precatus
Phialam in Helleſpontum abiecit, aureumq;
craterem, ac gladium Perſicũ, quem Acyna=
cem vocant. Dextra. Etſi poſſet legi dextro
non tamen improbandum eſt qđ vetuſtum.
Procurrunt. Protenduntur. notatur quoq; pa
rum viri mollities: quod de Baccho Sene. ce=
cinit. Nõ erubeſcit Bacch⁹ effuſos tener ſpar=
ſiſſe crines: nec manu molli leuem vibraſſe
Thyrſum: cum parum forti gradu auro de=
corum Syrma barbaricum trahit. pleriſq; eñ
populis eois legimus corpora talaribus carba
ſis contegi. Syenem. Hylęorum ducem dixi=
mus. Murice. Purpura. tamen differunt inter=
dum. vide Pli. i. ix. Tigrim. Pellem Tigridis.
Tigris hiat. Cruorem effudit per os: qđ vul=
nere patebat. Herilem. Per os animalis herus
animam efflauit. Ignea. Q uia purpureo colo
re perfuſa & tranſlucida. Comæ. Eſt Parthis
Capillorum cura. & Indis capillorum cura nõ negligens: quos
more Perſico vnguentis perfundunt odoris
prius ablutos. Flore Sabæo. Odoribus Ara
bicis. Auro. Mos fuit Parthis capillos vnge=
re, coloribuſq; infectare, diſcriminalibus ad anxietatem colere. Iungunt alij inaures propendentes. & anulos au=
reos, argẽteoſq;: ad quod Plaut. reſpicere videtur illos notans qui anulatas aures habent digitis carere viſi. Ad
capillorum ſane venuſtatem: quos criſpos flauoſq; voluit eſſe, Perſarum Parthorumq; luxus multis vſus eſt
medicamentis: quæ Cæl. vocat Coſmotica: qui non pauca notatu quidẽ digna in decimo recitat: illud ex Am
broſ. citans. Coma in ſenibus reuerenda, veneranda in ſacerdotibus, terribilis in bellatoribus: decora in adule=
ſcentibus, in mulieribus compta, dulcis in pueris. Nunc autẽ bellator Miraces imbellis cincinnatulus vnguen=
Miraces. tatos auratoſq; dicitur habuiſſe capillos. Q ualem. Confertur Miraces oleæ: quæ ſumma fouetur cura: & iam
vix frondeſcit: quum vi ventorum proſternitur. Hyems. Boreæ impetus & procella. Magna arena. Ex codice
Bonoñ. Alij habent nigra: non q, perpetuum ſit arenę epitheton: quæ fulua ſcitius dicitur: ſed id poſitum credi
derim ꝓpter ꝓcellã. vt eñ põto nox incubat atra ſpirãtibus ſup maria vẽtis: ſic & terræ; tũc ex hoim oculis cælo
& die ſubductis nigreſcũt oia: & i ſecũdo dictũ eſt. Piceo necdũ tenet oia cęlo. q̃re tũc q̃ fulua eſt arena nigreſcit.

Haud ſecus ãte vrbẽ Miraces: atq; ipſius ante
Virginis ora cadit: ſed nõ magis illa mouetur
Vnius ęgra metu: q̃ te Meleagre furentem:
Q̃ Talaum videt: aut pugnas miratᷓ Acaſti.
At ſatis hos ipſę gẽtes campiq; videbant
Tempeſtate pari verſis incumbere turmis.
Ante oculos fuga fœda ducũ: larguſq; cadẽtũ
It cruor: & currus dominis ingẽtibus orbi.
Nõ tulit hos Perſes gemitus: clademq; ſuorũ:
Tergaq; verſa tuens: his cęlum q̃ſtib⁹ implet.
Quid me iam patriis eiectum ſedib⁹ iſtas
Vt ſtruerẽ pugnas: Scythiãq; in bella mouerẽ
Vos ſuperi: vos augurio iuſſiſtis inani?
Quid fratris ſęui tunc Iuppiter omina pœnas
Promiſere mihi? nobis Argoa parabas
Scilicet auxilia: & tantas coniungere vires.
Sęua quidẽ lucis miſeris mora: dẽt tamen oro
Vnum illũ mihi fata diẽ: quo fallere Achiuos
Quiſq; velit: quoq; hũc videã virtute ſupbum
Aeſoniden tantos flentẽ ſine honore labores.
Dixerat hæc: pectuſq; ſuis euerberat armis:
Et galeam fletu: galeam ſingultibus implet.
Ibat & in medii præceps incendia belli:
Ni prior aduerſis Pallas vidiſſet ab armis.
Et ſecum. Ruit eſſe ferox in funera Perſes:
Quẽ genitor Colchis: ſolioq; reponere fratris
Iam ſtatuit: noſtra vereor ne fraude peremptũ
Increpet: & culpã hãc magno terrore repẽdat
Hęc dicens atro nebulam diffundit amictu:
Stridẽteſq; viri circũ caput admouet haſtas.
Ille ſuper ſocias dementi turbine gentes
Erigitur paulum lęui raptatus in ęthra.
Iam tãdem extremas pugnę defertur in oras:
Forte vbi ſerus Iber: vbi Syndonięq; phalãges
Marte carent: ſoliſq; iuuãt clamoribus agmẽ.

Vnius. Iaſonis. Aegra. Deleatur erga: qđ no-
uiſſime codices impreſſi habent. Hos. Argo-
naut. Pari tempeſtate. Simili impetu & violẽ-
tia. Incumbere. Toto niſu inſiſtere ad euerſio
nem & ſtragem. It cruor. Vt in ſecundo It cru
Queſtibus. or i thalamis. fluit. Queſtib⁹. Querelis. Quid
me. Quare iuſſiſtis me eiectũ vt ſtruerẽ. p ſtru
ere & mouere Scythas in bella. Omnia. Malo
legere omina cũ ordine, o Iuppiter cur omi-
na promiſere &c. Bonoñ. codex habet omine
in eo caſu in quo augurio. Scilicet. Amare p
nunciandum eſt. Argoa. Argonautarum ab
Argo. Sęua quidem lucis miſeris mora. Cala
mitoſis vita ingrata eſt. alij habẽt Sęua quidẽ
lux eſt miſeris modo dent tamẽ &c. ſed idem
ſenſus eſt. Fallere Achiuos. Id quoq; cõtigit
materiam p̄bente Aeeta. Quoq;. Duę dictio-
nes ſunt: & quo ad diẽ refertur. In funera. In
mortem. Genitor. Pater me⁹ Iuppiter. Repo-
nere. Poſt Argo. diſceſſum fortior rediẽs Per
ſes & recollectis militibus aioſior regno Aee-
tam expulit. Hæc dicens. Palladis ſolertia eſt:
quæ periturum ſubduxit: vt Turnum Iuno
apud Virg. Incendia. Solẽt poetę furores bel
licos ignibus & incendio conferre: quibus ob
uia rapiuntur. & ad motus animi tranſferẽ: vt
ibi. Perpetior durę iãdudum incendia mentis.
Dementi. A demo demis verbo. i. rapienti &
auferenti. Aut legas clemẽti: vt ſignetur Per-
ſes educt⁹ ſine violẽtia. Paulum lęui. Vel pau
lumq; leui. Serus Iber. Cuius ſera erant auxi-
lia: erat nãq; in extrema acie: quæ ſero pote-
rat ſuccurrere. & ab hoc loco forſitan euoca-
tum eſt: qđ ex ore omnium manat adagium,
Hiſpanię auxilia & ſuppetię: quę admodũ ſe-
Serus iber. rę ſunt. Ab Iberis eñ vt ſępe dixim⁹ Hiſpa-
nię populis: aut hi originem duxere aut illi ab
his. Legunt alij ſæuus: qđ etſi Iberis optime
congruit: nunc tamẽ haud videtur opus adiũ
gere: quando Marte carent: ſoliſq; iuuant cla-
moribus agmen. nam q aliquibus calent le-
gere placet non probo: cum ſequentibus nõ
cohęreret. Si enim Marte belliq; furore ęſtua-
rent: non ſolis clamoribus agmen iuuare dice
rentur. Præterea ſuper gentes ſocias non fuiſ
ſet ventorum turbine Perſes tranſuectus ad
locum tutiſſimum: vbi milites Martis ęſtu ca
luiſſent: quem maxime ſaluum eſſe Pallas cu
piebat: & ex conflictu ereptum. Syndoniæ.
Syndone. Syndones i Męotidis cõfinio ſunt populi te-
ſte Pomp. Mela. de hoc ante ſatis multa. Sũt
Sindones. ſindones vela tenuiſſima fœ. ge. Mart. Cult⁹
ſindone nõ quotidiana. In ſindonibus ſubti-
liſſimis referunt quidã Indos leges cõſcripſiſ
ſe. Clamoribus. Et id occidui vel didicerunt
Iberes vel docuerunt: qui in bellis ſęuo horrẽ
doq; vlulatu hoſtes terrere conantur: non fi-
dibus Lydis non tibijs contenti Lacedęmo-
nijs, non Achaico ſpiramine, non deniq; tu-
bis germanicis: quorum clamores agrum Ra
tiẽnatem nõ Gallos terruerunt, quum noſter
Fuxenſis Epaminondas quattuor victorijs
pulchre inſignitus inuſtam ad Lyrim Gallis
Nyctileus. notam diluit. Nyctilei. Bacchi nomẽ eſt ſum-
ptum a ſacris nocturnis. νυξ ſiquidẽ nox di-
citur. legi νυκτελιος. Nyctileus Tortel. ſcribit
Ouid. Nyctileumq; patrem nocturnaq; ſacra



Nox ſimul aſtriferas pfert mortalib⁹ vmbras:
Et cadit extemplo belli fragor: ægraq; muris
Digreditur longum virgo perpeſſa timorem.
Vt fera Nyctelius paulum per ſacra reſiſtunt:
Mox rapuere deum iãiam quodcunq; paratæ
Thyiades: haud alio remeat Medea tumultu.
Atq; inter Graiũq; acies: patriaſq; Phalanges
Semper inexpletis agnoſcit Iaſona curis:
Armaq; quiq; caua ſupeſt de caſſide vultus.

p̄care. Thyiades. Bacchi ſacerdotes dictę quia Thyiades.
ſi furẽtes: nam θυω furo. & trahitur prima tã
apud latinos q̃ apđ gręcos: vt docet recte Ne
ſtor contra Tortel. dicentem eandem eſſe ori-
ginem dictionib⁹ Thyas Thyoneus & Thya
ſus: quum rectior ſit deductio duabus poſte-
rioribus dictionibus a θυω ſacrifico: ſeu rem
diuinam facio. vnde Thiaſus per i non y. &
Thioneus. Non paucos tamen inuenias ſcri-
bẽtes Thyaſus Thyoneus & Thyas. Et cum
obijcitur in hac dictione productio primæ, in
illis vero correptio: Reſpondent Thyias legi
poſſe prima diphthongo notata. ſic Thyian Thyia.
legit Rhod. Bacchi feſtũ apud Eleos, in quo
vacuæ hydriæ tẽplo accurate occluſo, ſigna-
toq; fideliter vino implentur nocte. Idem ait
Caſtalium Thyiam genuiſſe Dionyſio pri-
mum conſecratam: quæ deo orgia celebrauit Thyiadibuſq; nomen reliquit. Inexpletis. Nõ ſatiatis.

Finis Sexti Libri.



In. VII. Val. Flac. Librũ Aegidij Maſerij Argumẽtum.

Medeam vrit amor: promiſſum perfidus aurum
Rex Aeeta negat: niſi ſerpens Martia fuſto
Congreſſu ignotam fateatur victa quietem:
Et iuga flammiuomi ſubeant niſi ferrea tauri:
Terrigenæq; armis cedant. mirata parentem
Phaſias ingratum Cytheræo proditur æſtu:
Et iuuenis miſerata necem ſublimia linquit
Mœnia: datq; hęrbas: viroſa aconita: nouercis
Cognita Theſſalicis: thalamos non ſpernit Iaſon.
Fatales panduntur agri: tauriq; domantur.
Vomere vertuntur glebæ: ferus emicat aruis
Miles: & effuſis fratrum cadit enſe venenis.

Eiuſdem Aegidij Maſerij Commentarij in Septimum Argonauticon.

# C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON LIBER SEPTIMVS.

Veſper & Heſperus.

TE quoq; &c. Veſper. Qui ſolem ſequitur, cũq; præit luciferum dicunt. dicitur heſperus a Virgil. in ludicro Bucol. Ite domũ ſaturæ venit Heſperus ite capellę. de qua dictione non pauca tradit Neſtor. Cum aũt lucem nunciat proximã, græci vocant φοσφορον. Nam φωσ dicitur ignis lumẽq; vnde & φωλεσ deducũtur: ſuntq; inquit Cęl. maculę rubentes in crurib⁹ ex ignis vicinitate nimia inductæ. Nõ mitis. Quũ omnibus pene grata ſit nox: ſolis amãtibus immitis eſt. at quum ſeiũcti ſunt intelligas. nam felicior habetur nox quę coniungit amantes: quib⁹ lux eſt inimica. Vertere. Voluebat plurimos queſtus. Et in hoc miſerorum amantium amores exprimũtur. Sic peruigil. Curis oppreſſa quæ quietem admitti non patiuntur. Sic, ergo adiunxit: quũ potuiſſet Medea vt olim peruigil eſſe ſacris Hecates vacãs ariſq; inſeruiens nocturnis, hęrbaſve luna micante colligens. Hęc omnia verba emphaſim maximam habent pondusq; graue importãt Iſta enim quæ trahere vi carminum poterat trahitur peruigil ſic & vſq; volens: & errorem ſentit eſſe. Ante vultus. Priuſq̃ te conſpexiſſem. Quos ego. Collũctatio ſane perpulchra eſt rationis & voluntatis ſeu appetitus vt dicunt. Primum validiſſima feruntur rationis argumenta. Demens. Se corrigit. Iterumq;. Nam id amores adaugebat: quibus ſe potuiſſet exoluere, ſi alio mentem vertiſſet. Diſcreta. Separata a Theſſalia tot montibus & regionibus mariq;. id magis mouere Medeam deberet. Hoſpite. Qui cito hoſpitium mutabit: meq; relinquet. Cognati. Sibi & quem amat vult conſulere. Accipiat. Vt debita accipiat Phryxi vellera quæ ſola petit & non me. Vna cauſa. Non ſum cauſa viæ & laborum Iaſonis. Nam quando. Difficile aut ſero redibit: ideo nulla ſpes connubij. Aut meus. Nec pater meus vnq̃ aut nimis ſero in Theſſaliam ibit. Felices. Iam voluntas paulum inſurgit: rationemq; exturbare tentat. ſed ſic quoq; ratio potentior eſt. Nimium experta. Quam cubitus tędebat. Inſomnem. Amantis epitheton. Nec minus. Medea amoris impatientia dormire nequiuerat: orto vero ſole tantum refecta, ſatiataq; eſt quantum ariſtæ languenti ſpica imbre profuſæ & ſubrectæ. Erexit imber. Ita repoſitum habent cod. Bononiæ Florent. & Venet. impreſſi: quod verbum ſi admittimus, ad Martia. Capellæ regulam concedendum eſt: qui vltimam vocalem dictionis in t deſinentis communem relinquit breuitas ſatis aperta eſt: productio ex Virgilij carmine patet. Et tibi Tymbre caput Aeuãdrius abſtulit enſis. Idem. Regemq; petit Aeuandri (non petiuit) Lucretius. Vt alios animo poſſis traducere motu. At dicent aliqui propter cæſuram id concedi. Audiant exemplum huic perq̃ ſimile quod eſt apud poetam Ennium in Annalibus. Certabant

Lucifer Phoſphoros Phodes.

T ſyllaba finalis cõmunis

TE quoq; Theſſalico iã ſer⁹ ab hoſpite veſper
Diuidit: & te iam tua gaudia virgo reliquũt:
Noxq; ruit ſoli veniẽs nõ mitis amanti.
Ergo vbi contactis extremo in limine plantis
Contigit ægra thoros: & mẽs incẽſa tenebris
Vertere tũc varios ꝑ longa inſomnia queſtus:
Nec poterat quo ſcire malo: tandẽq; fateri
Auſa ſibi paulum medio ſic fata dolore eſt.
Nũc ego quo caſu: vel quo ſic peruigil vſq;
Ipſa volens errore trahor? non hæc mihi certe
Nox erat ante tuos iuuenis fortiſſime vultus:
Quos ego cur iterũ demens: iterũq; recordor
Tã magno diſcreta mari? quid in hoſpite ſolo
Mens mihi? cognati potius iã vellera Phryxi
Accipiat: quæ ſola petit: queq; vna laborum
Cauſa viro. nã quando domos has ille reuiſet?
Aut me⁹ Aeſonias quãdo pater ibit ad vrbes?
Felices mediis qui ſe dare fluctibus auſi:
Nec tantas timuere vias: talemq; ſequuti
Hũc qui deinde viri: ſed ſic quoq; talis abito.
Iam iactata thoro: nimiumq; experta cubile:
Ecce videt tenui candeſcere limen eoo.
Nec minus inſomnẽ lux orta refecit amãtem:
Q̃ cum languẽtes erexerit imber ariſtas:
Grataq; iam feſſis deſcendunt flamina remis.
At ſua longarum Minyas iam cura viarum
Admonet: inq; ipſo nequicq̃ tempore regem
Lętitiæ meritiq; petunt: quem paſſus Iaſon



Vota prius: captaſq; deis accendere prædas.
Prominet: atq; oculos longe tenet: aurea ſi iam
Pellis: & oblatis clareſceret aſpera villis.
Ille autem iamiam vultus voceſq; paratas
Ante aperit: rũpitq; moras: inq; ipſa morantis
Proſilit ora viri: taliq; effunditur ira.
Orbe ſatos alio: ſua littora regnaq; habentes
Quis furor has mediis tot fluctib⁹ egit i oras?
Quis ve mei vos tãtus amor? tu prima maloꝶ
Cauſa mihi tu Phryxe gener: nõ te ęq̃re merſũ
Quo ſoror: vt felix nullos nunc noie graios
Noſſẽ ego: qs regũ Pelias: qs Theſſalus: aut q̃
Grecia. qd nã hoim cerno gen⁹? aut vbi cautes
Cyaneæ? venit Scythicas en hoſpes in oras?
Quiquagita Aſiã (pudet heu) penetrarit Iaſõ
Exulibus: meq; ante alios ſic ſpreuerit vna:
Vna ratis: ſpolium vt viuo de rege reportet:
Ipſum efferre meas atq; ipſum pandere lucos
Imperet: & nullo dignetur vincere bello.
Cur age non templis ſacrata auellere dona
Omnibus: atq; ipſas gremiis abducere natas
Prędo libet? vobis ne domos: vobis ne parẽtes
Eſſe putem? ratis infandis quos ſola rapinis:
Sæuaq; paſcit hyẽs: & q̃s (credam⁹ vt ipſis)
Rex ſuus illiſit pelago: vetuitq; reuerti:
Scilicet æoliæ pecudis potiatur vt auro.
Ante meus cæſa deſcendet Caucaſus vmbra:
Ac prior æmonias rapiet ſuper æquora ꝑdas:
Haud ego cum vittis ſtatui feralib⁹ Hellen.

vrbẽ Romãne Remamne vocarent. Omnibus cura viris vter eſſet induperator. Alij habent erexerit: quod non improbo. At ſua. Argo. ſolliciti de vellere & reditu regẽ adeũt. Tempore lętitiæ & meriti. Quia nõ paruũ cõferre debuit Argo. beneficium: quorũ auxilio ab hoſte exempti erant. Lętitię. Quum ſit perq̃ difficile quẽpiã adire in tẽpore: vt dictũ eſt ante, diligenter inſpiciẽdũ an lętus ſit mœſtuſve. Paſſus. Et i hoc Iaſonis notat̃ religio qui optime nouerat ſacrificia non eſſe interrũpẽda: vt de Diomede legitur Palladium Aeneę auferre volenti: qd Nautes ſuſcepit: quũ ſacris vacaret Aeneas. Prædas. Id tractum a Romanis: quibus mos erat pręde partem Ioui pręedatori offerre. Prominet. Iaſon oculos late voluebat proſpiciẽs ſicubi eſſet pellis aurea. Ille aũt. Aeetę oſtenditur ingratitudo & ꝑfidia. Morantis. Paulum cunctantis. Proſilit. Hoc notate viliſſima ingratitudinis mãcipia quorum arma roſtra columbina ſunt aluum maternam impetentia: quorum arma ſunt viperarum ora vita mortem rependentia. Orbe alio. Graio. Non te merſum. Verbum ſubaudi: aut noſſem repete: cum hoc ſenſu: vtinam non nouiſſem Phryxum: vt nũc cum græcis nulla intercederet amicitia: aut affinitas. Quis regum. Iaſon dixerat ſe Theſſalum Pelię imperio obſecutum. Cyaneaſq; rupes expertũ. Quodnã. Sab. aliqñ reperit quodã: & qñ reponit: ſed male. Id forſan impreſſoris incuria contigit. Exulibus. Grauis ſane iniuria: quã merita faciunt multo maiorem. Vna vna. Geminatio oſtẽdit graui furore percitum regem ſi prolatione inuetur. Viuo de rege. Quidã legere malent forſitan Iuno: vt in aliquot legitur exemplaribus: qd non omnibus placebit: nam qui cognouiſſet Aeetes ſub Iunonis tutela eſſe Argo. aut Iunonẽ cum Pallade nauigationem perſuaſiſſe: eamve dediſſe Argon. mentem? Nec imperet ad Iunonem referent: ſed ad ratem vnã. Si Iuno gratior ſit dictio aliquibus, nihil impedio: norint tamẽ ab Iaſone nõ ante nominatam fuiſſe Iunonem: cum dictũ ſit. Rex Hyperionide quem per freta tãta petundũ Cęlicolę &c. Itẽ. Atq; ratẽ magnæ ſenſere Mineruę. Et qd ſequitur, nullo dignetur, refero itidem ad nauem: vt ſpreuerit verbum. Viuo de rege. Quem prius victũ q̃ ſpoliatum eſſe oportet: eſtq; grauiter pronunciãdum: vt illud Theſeos dictum apud Ouid. in xij. Met. Qui me viuẽte laceſſas Pirithoum. Sacrata. Quia ſacrilegium foret. Atq; abducere natas. Nam tunc raptus eſſet. Prædo. Inſigne conuicium in eum qui benemeritus nihil mercedis pręter ſpem habuit. Vobiſne domos. Domos nunc vt frequentius in accuſatiuo eſt: cum domus ante bis dixerit. id fit ꝓpter cognationem v. & o. de quibus Priſcia. in primo. Vobis. Piraticam exercentes notare vult: quibus nulli ſuperſint parentes. nec domos vocat naues: quas Apollo dixit domos ligneas. Ipſis. Argonautis. Ante meus. Sunt qui deſcendet, rapiet, & haud ego legitant. quorum ſenſus erit. Priuſq̃ rex veſter aureo vellere potiatur e Caucaſeis montibus trabes euerti iubebo: ex quibus naues fient quæ nos in Theſſaliam tranſuehent. prius etiam ab Aemonia prædas abigam. Inde ſe a iuſtitia commendans: aut græcos reges inſuauiori ferocitate volens inurere. Haud ego. Poteſt tamen codice Bonoñ. ſubiũxit duce legi deſcendit, rapuit, & aut ego. Tunc is cum ordine ſenſus erit. Armauine puppes ante, aut ꝑdam e Theſſalia abegi, aut ea ſui imanitate: qui filiã ad aras mactandam ſtatuerim? Vocatq; Theſſalos piratas, raptores, & ipſos, a qbus notis ſe eximit. Phœnices ſane primi Io rapuerunt: vt diximus. inde paria rependentes græci cũ Cretenſibus Europam e Phœnicia tranſportarunt. Io ſapta.

Poſtea greci hanc Medeam ex Colchide. Deinde Phryges Helenam e græcia. Nec ſequitur tamẽ q̃ Aeetes aut ad naues fabricandas arbores truncari iuſſerit: aut prædas ſuſtulerit. Vmbra ceſa. Ceſis arboribus quę vmbram inducunt: nec enim aliter vmbrã cędi dixeris.

Plus vna. Si naues vna plus habetis quibꝰ tenetis inſidias ſtruere. Martius. Marti ſacer. Fuit & Romę martius campus qui & frumẽtarius.

Tauri ardẽtes

Ardentes tauri. Q uũ iuuenis eſſem, ipſe dabam operã vt tauri igniuomi iugũ ſubirent: qui ferociores facti ſunt p̃mente ſenecta & antiqui laboris non capaci. Rabiẽ. Nã ſentientes me nõ his eſſe viribus quibus iuuenis pollebam, ferociunt: luxuriantq; a laboribus ſemoti. Deerunt. Diſſyllaba eſt dictio: quum eſt triſſyllaba pria eſt breuis. Semina. Serpentis dentes. Pherecides ait Martẽ & Pallada dẽtium ſerpentis partem Aeetę Colchico dediſſe: partem Cadmo poſtq̃ Thebas icoluit. qd ante dictum eſt. Retracta. Reuolue apud te & cum deabus aut deis fauẽtibus. Iſto. Tuo. Incertus. Ego Aeetes neſcius an optare debeã te protinus perire, aut parũp durare. Euerſo. Ab euertẽdo. vt Verſa puluis inſcribitᷓ haſta apud Virg. Cadmæi Hydri. Serpentis quem Cadmus Thebarum rex interficit.

Nouales.

Nouales. Id proprie dictum: vt Val. explicat: quoniam agri annis interpoſitis ceſſauerant: & nunc veniunt exercendi, ſeminibuſq; implendi. Filia. Medea. Tyranni. Regis impij, etſi pater erat. Rettulit ora. Q d fuit pietatis & amoris argumentum. Ne neſcius. Ne conditionem accepter periculi ignarus: puteq; ſe poſſe rem abſoluere. Ipſum. Iaſona. Nautes. Dicitur & nauta vt prophetes & propheta: pſaltes & ta. Peſſime labuntur legentes ſtupet magis. non tantũ ſtupere ſolent nautę Tyrrheni quũ per Ioniũ nauigare volẽtes in Italiam relicto curſu in ſyrtes incidũt. Idq; poterit videri tractũ a Virg. qui in primo ait Troianos ſoluentes e litore ſiculo: vi ventorum in ſaxa latentia, in breuia, in ſyrteſq; incidiſſe. Lilybęe. Promontoriũ eſt vnum ex tribꝰ vnde Trinacria ſumpſit nomen.

Pharos.

Pharon. Nũc maſ. aliquãdo fœ. ge. Iuuenalis. Tyrrhenãq; Pharon. Eſt autẽ Pharos inſula Aegypti, parua quidẽ ſed nobilis turre a Soſtrato ædificata: quæ. dccc. dicitur conſtitiſſe talentis. Hanc cõſtrui fecit Philadelphus Ptol. Aegypti rex nauigantibꝰ ꝓdeſſe cupiens. teſtis eſt Pli. ca. xij. li. xxxvj.

Errata claſſicorum.

In hoc fallitur Raph. Volat. xij. lib. citans Pli. & Alexãdrum pro Philadelpho nominãs. Cauſa erroris leuiſſima eſt. nec eruditionis vitium ſed memoriæ lapſus. Ita Brutus & Atticꝰ M. T. Cice. eloquentię parenti hoc in genere non paucis locis collapſo manũ p̃buere: quũ Eupolim modo ꝑ Ariſtophane: modo ꝑ Vlyſſe Agamẽnona nominaret: & Aiacẽ ꝑ Hectore, inquit Hermo. Poſtremũ notat Gel. in. xv. Politianus tñ in Miſc. nullum Cic. in illo erratum vel temporis interuallo inductum aſſerit. Pli. quoq; q̃ C. Octauiũ pro Gn. Põpilio & Alexandrũ pro Megabizo poſuerit inceſſitur. Et Gel. notatur a Codro q̃ Gręcorũ neminẽ ſolœciſmũ vſurpaſſe dixerit: & a Beroaldo oſtendẽte Ciceronẽ vſum fuiſſe nouiſſimus. vſque adeo periculoſum eſt dicere hanc vel illam dictionem nouã vel barbarã eẽ: nec eruditoꝝ quempiã ꝓbaſſe qđ abijciunt. Hinc

Si tamen his aliter perſtas non cedere terris:
Teq; pudor caſſi reditus mouet: ac latet vna
Neſcio qd plꝰ puppe viris: haud ipe morabor
Quæ petitis: modo noſtra prior tu ꝑfice iuſſa.
Martius ante vrbẽ lõgis iacet horridus annis
Cãpus: & ardẽtes ac me quoq; vomere preſſo
Me quoq; cunctantes interdũ agnoſcere tauri.
His magis atq; magis rabiẽ nũc nr̃a ſenectus
Luxuriemq; dedit: ſolitoq; ſuperbior ignis
Ore fremit: ſuccede meę fortiſſime laudi:
Et nr̃os recole hoſpes agros: nec ſemia deerũt
Quę prius ipe dabã: & meſſes q̃s ſolus obibã.
Conſiliis nox vna ſatis: tecumq; retracta:
Cumq; tuis hæc iuſſa deis. ac ſi quid in iſto eſt
Robore: prædicti venies in rura laboris.
Ipſe incertus adhuc tenebris te protinus illis
Inuolui: flammiſq; velim durare parumper:
An magis euerſo iacias dum ſemina campo:
At tibi Cadmæi dum ſeminis exeat Hydri
Miles: & armata floreſcant pube nouales.
Filia prima trucis vocem mirata tyranni
Hæſit: & ad iuuenem pallentia rettulit ora:
Contremuitq; metu: ne neſcius audeat hoſpes
Seq; miſer ne poſſe putet: ꝑſtrinxerat horror
Ipſum etiam: & mœſta ſtabat defixus in ira.
Nõ ita Tyrrhenus nautes ſtupet Ionio alto:
Qui te iam Lilybęe tuens: clarumq; ſerena
Arce Pharon: p̃ceps ſubito nuſq̃ oſtia: nuſq̃
Auſoniam videt: & ſæuas adcedere ſyrtes.
Tũ tamen infando quæ det reſponſa tyranno
Colligit: & tandem obtutu conſurgit ab alto.
Non ait hos reditus: non hanc Aeeta dediſti
Spẽ Minyis: cũ prima tuis pro mœnibꝰ arma



Induimꝰ: quo verſa fides? quos veſtra volutãt
Iuſſa dolos? aliũ hic Pelian: alia ęquora cerno.
Quin agite hoc omnes odiiſq; vrgete tyranni:
Imperiiſq; caput: q̃q̃ mihi dextera nec ſpes
Defuerit mox iuſſa pati: nec cedere duris.
Vnũ oro: ſeu me illa ſuis ſeges obruet haſtis:
Hauriet aduerſo ſeu craſtinus ignis hiatu:
Nuncius hinc ſæuas Peliæ mittatur ad aures:
Hic periiſſe viros: & me ſi veſtra fuiſſet
Vlla fides: reducem patrię potuiſſe referri.
Talibus attonitos dictis natamq; patremq;
Linquit: & infida pręceps prorumpit ab aula.
At trepida & medios inter deſerta parentes
Virgo ſilet: nec fixa ſolo ſeruare parumper
Lumina: nec potuit mœſtos non flectere vultus:
Reſpexitq; fores: & adhuc inuenit euntem.
Viſus & heu miſeræ tunc pulchrior hoſpes amanti
Diſcedẽs: tales humeros ea terga relinquit.
Illa domum atq; ipſos paulũ ꝓcedere poſtes
Optat: & ardẽtes tenet intra limina greſſus.
Qualis vbi extremas Io vaga ſentit arenas:

Paruiſſimus.

damnare audet Vall. in Raud. paruiſſimꝰ: qđ non ſemel a P. Oroſio repetitur: ſed Neoteriſmum cenſebit & nonnihil bethicum ſonantem Si producitur T. Lucretius, vetuſtus nimiũ immo inſanus habebitur qui vtitur etiam. Et nunc quingentas aut lõge plures forſan proſcribit dictiones nunq̃ a ſe vſq̃ ab aliquo lectas in media natus barbaria: quas tamen ciuitate & latiali iure ſcientiarum imperatores donarunt: viq; Gothica: & extrema elati coniuratione, arcis Palladię proditores in ſacram illibatamq; ciuitatem nouas ſuperbe intrudũt. Sic capta dominatur in vrbe: ſed ad inſtitutũ redeo.

Pharos Aegypti.

Alexander Pharon inſulam aliquo inſigni ædificio vel vrbe cupiẽs illuſtrare: vt id faceret ſtudioſe curauit: quumq; tanti operis non foret capax quãtum conceperat, Alexãdriã ex aduerſo conſtruxit. Verba Volat. ſunt ne quis falſo citatũ putet. Iuxta in portu Pharus erat inſula & turris Soſtrati Cnidij Architecti opus vt eius loci indicat inſcriptio gręca qđ Regem ipſum fuiſſe paſſum miratur Pli. qui audiatur. Magnificatur & alia turris a rege facta in inſula Pharo portum obtinente Alexandriæ: quã conſtitiſſe. DCCC. talẽtis tradũt: magno animo, ne qd omittamꝰ, Ptolęmei regis, q̃ in ea permiſerit Soſtrati Architecti ſtructurę ipſiꝰ nomẽ iſcribi. vſus eiꝰ nocturno nautarum curſui ignes oſtendere ad pręnuncianda vada, portuſq; introitum. Iam vides citatum Pli. a Volat. Egeſipp. quoq; in iiij. de excid. Hiero. meminit. i ea turris eſt maxima quã Pharon in cõmune greci & latini in ipſius rei vſu appellarunt: eo q̃ longe videatur a nauigãtibus: vt priuſq̃ ad portũ appropinquent nocturno maxime tempore ad terram finitimam ſibi eſſe flammarum incendio cognoſcant: ne decepti tenebris in ſcopulos incidant: aut veſtibuli limitem non queant cõprehendere. Sunt itaq; illic miniſtri: per quos ſubiectis facibus: cæteriſq; lignorum ſtruibus adoletur ignis quaſi terræ pręnuncius & index faucium portuẽſium, demonſtrans ingrediẽdi anguſtias, vndarũ ſinꝰ, veſtibuli anfractꝰ ne præſtringatur tenuis carina caute, & in ipſo ingreſſu offendat inter opertos fluctibus ſcopulos. De Pharo multa affert Strabo in principio vlti. lib. Ab huiꝰ turris ſimilitudine dixerunt Pharos turres littoreas lucernis conſpicuas: vt nunc de turri quæ eſt in Sicilia intelligere debemus.

Pharos Siciliæ.

Poſt Pelorum nanq; eſt Meſſana in ora turrim excelſam habens inſtar Phari Aegyptię. vnde Iuuenal. dixit. Tyrrhenãq; Pharon. ſic enim libet interpretari. ſic & Pap. dicimus ceciniſſe. iij. ſyl. trepidis vbi dulcia nautis Lumina noctiuagę tollit Pharus ęmula lunę. Sed & Strab. in. iij. loquẽs de inſulis maris in ſinu Adriatico iuncto Ionio ponit inſulas abſyrtides, Cerycticam, Corcyram, & Pharum. Subito nuſq̃ oſtia. Oſtia fluuiorum aut maris verius Tyrrheni quibus Meſſanæ turris aditur. Auſoniam. Cui modo vicinꝰ erat In Bonoñ. codice legitur Subit om̃is quã oſtia: quod non placet. Et ſęuas. Poteſt dici at ſæuas. Colligit. Vt cogitata melius diſponat: aptiuſq; accõmodet. Q uo verſa fides.

Fides.

Q uæ eſt dictorum conuentorumq; conſtantia & veritas, inquit Cice. & iuſtitię fundamentum. Dolos. Aſtus. Alium Peliam. Te Aeetam: qui immanitate & perfidia doloq; Peliam vincis. Aequora. Q uæ ſola putaui circa Cyaneas metuenda. Seges illa. Milites e ſerpentis dẽtibus gignendi. Ignis. E taurorum naribus fundendus. Viros. Argo. intelligit: in quos ſeuiturum Aeetam conijcit: aut terrigenas cum quibus ſe dicit periturum: niſi quis vellet maiorem Aeetæ ingratitudinem oſtendi: quũ Iaſon mandaret hoſtes cęſos ab Argo. in cuius meriti gratiam cæſus idem fuerit. Reducem. A recto redux. Infida. Exijt aulam regiam in qua fides non obſeruatur: cui ve non eſſe fidendum ſatis apertum. ideo Luca. dicit. Exeat aula Q ui vult eſſe pius. virtus & ſumma poteſtas Non coeunt dicitur. παλιμβολια fidei contraria. Deſerta. Ab Iaſone.

Pulcer.

Pulchrior. Egnatius ſentit ſcribẽdum eſſe pulcer: & paullum ex veterum ſcriptura. teſte Q uintil. iuuatur. Paulũ ꝓcedere. Paulo remotiores eſſe quo Iaſona poſſet diutiꝰ inſpicere. Extremas. Q uę ſupiꝰ dicta ſunt a poeta in. iiij. ſatis apertum faciunt textum.

Io vaga.

Io vaga. Epitheton eſt ex Horat. Io vaga. triſtis Oreſtes.

Erinnys.Furia Tiſiphone:vt ante Tiſiphonē videt:& primo veſtigia viſu Figit:& in miſere rurſus bouis ora recurrit.Phariæ.Aegyptię.Melior.Mitior.Sororis.Calciopes.ſummaq; eſt Medeę anguſtia.

Conſederit.

Conſederit. Vt Vultis & his mecum pariter cōſidere regnis. a cōſido.

Circes fuga.

Circen.Quā ſerpētes poſt mortem mariti rapuerunt ad quandā oceani inſulam deſertam.Quidam ad Italiam veniſſe tradunt ait Diod.in.v.Comitum. Puellarum. Sic aſſueta.Perpulchra eſt Medeę & canis collatio.

Canū fides & amor.

Dulcis.Eſt animal vt docet Pli.lib.viij.domino fideliſſimum.nec vllum aliud eſt q̄d dominū plus hoc diligat:maxime ſi venaticum eſt

Acteonis fabula.

vnde non abs re negat Palephatus Actęonē a canibus laceratum: quē Steſichorus Himereus dicit a Diana fuiſſe cerui pelle indutū:vt a canibus laceraretur.Steph.Nig. pulchre fabulam exponit de Actęone quodam : cui nihil præter venationem cordi erat:nō de re domeſtica ſtudium,non de vxore & liberis cura: cuius bona canes diſſiparunt . Increpat. Medea.Rabie.Mirum illud narrat Pli.lib. viij.de cane menſę & thoro domini aſſueto:qui reginam cum Nicomede rege Bithynię marito laſciuiuſcule iocantem & in amplexus ruentem lacerauit.Nec rabie dixeris audacius vlceratū q̄ in dominum fidele amoris argumentū oſtēdentem.Pergis. Perſeueras ne in dementia? Alij habent pergit.tuncq; ſenſus erit:Iaſon p̄git & illius imago te terret? Qui profuga. Iaſon iam ſe forſan mari credidit.Angel.Polit. in Miſ. hunc citans locum ait veriſſimā eſſe:

Cui pro qui.

& antiquā Vale.lectionem,Cui profuga forſan:nec cui poſitum in caſu dandi : ſed in recto ſecundi numeri:q̄d ex Quintil. in primo tentat defendere legēs apud Virg Cui non riſere parentes. vbi ſingularis numerus cū plurali per figuram iungitur cū hoc ſenſu : ex illis qui non riſere(o parentes)hunc non eſt dignatus &c.p̄ eo q̄d eſt qui nō riſerit hunc nec genius deus nec Iuno vitalibus auris dignū putauere.Referūt alij ad Vitūnū vt āte docuimus & Cuninā:q; hęc cunis contentum eſſe voluit cubilibꝰ indignū cēſens : ille vero vitā largitus eſt breuiſſimā.Ioā.Bapt.Pius Ang. incurię notat in Adnot.prioribus plurima de

Edulica. Cuba.

Edulica deo in genere virili & Cuba dea referens:ſed ad cui redeo.ait Ang.qui legendum eſſe in loco citato ex Virg.licet cui poſſet dici forſitan.& non in dati.caſ.ſing.ſed in plurali nominatiuo:vt apud Val.vij.Argo.Cui profuga &c.ipſum lege.lxxxix.cap.Miſ.Quiq;. Lōge minus eſt q̄ ſi me cum noie ferret. Nec nomen.Nec nomē quidē.Patrias.Ad Theſſaliā.Quid me.Quare ſic afficior.Saltem.Si moriendū eſt Iaſoni,vtinā ad alios iſſet tyrānos:nec hic vitæ exitum ſortiret̄. Nāq;. ratio habenas remittit.Sidereo.Quia cęleſti,vnā originem deduximus & pulchro.Sororē.Iunonē:quā credidit eē Calciopen.ſuntq; hęc p̄potentia ad flectendū.eſt conſanguineus nobili ſtirpe natus : pulcher:ſoror indolet:iuſſus ad executionem impellitur. Ire actum. Impulſum a Pelia. At redeat . Quacunq; arte,via, modo,& induſtria fieri poterit redeat Iaſon: nec me adeſſe ſentiat . in quo dicto Medea

Fertq; refertq; pedē:tumido quā cogit erinys
Ire mari:Phariēq; vocāt trās æquora matres:
Circuit haud aliter foribuſq; impēdet apertis:
An melior Minyas reuocet pater:oraq; q̄rēs
Hoſpitis:aut ſolo mœret defecta cubili:
Aut venit in charæ gremiū refugitq; ſororis,
Atq; loqui conata ſilet:rurſuſq; recedens
Quærit vt Aeeis hoſpes conſederit oris
Phryxus:vt aligeri Circen rapuere dracones,
Tū comitū viſu fruitur miſeranda ſuarum:
Expleriq; nequit:ſubitoq; parentibus hæret
Blandior:& patriæ circūfert oſcula dextræ.
Sic aſſueta thoris:& menſæ dulcis herili
Aegra noua iam peſte canis : rabieq; futura
Ante fugā totos luſtrat q̄tribunda penates.
Tandē etiam molli ſeſe ſimul increpat ira.
Pergis(ait)demēs:teq; illius angit imago:
Curaq;:q profuga forſan tenet alta carina?
Quiq; meū patrias īferet nec nomē ad vrbes?
Quid me aūt ſic ille mouet:ſupet ne labores
An cadat:& tanto turbetur græcia luctu?
Saltem fata virum ſi iam ſuprema ferebant:
Iuſſus ad ignotos potius foret ire tyrannos.
O vtinam & tandē non hac moreret̄ in vrbe.
Nāq; & ſidereo noſtri de ſanguine Phryxi
Dicitur:& charam vidi indoluiſſe ſororem:
Seq; ait has iuſſis actum miſer ire per vndas.
At redeat quocūq; modo:meq; iſta precari
Neſciat:atq; meum non oderit ille parentem.
Dixerat hęc:ſtratoq; graues proiecerat artus:
Si veniat miſerata quies:cum ſæuior ipſe
Turbat:agitq; ſopor:ſupplex hinc ſternit̄ ho-
Hic pr̄.illa noua rūpit formidine ſomnos:(ſpes:
Erigiturq; thoro:famulas:charoſq; penates
Agnoſcit:modo Theſſalicas raptata p̄ vrbes,



Turbidus vt pœnis cæciſq; pauoribus enſem
Corripit:& ſęuę ferit agmina matris Oreſtes.
Ipſum angues:ipſum horriſoni q̄tit ira flagelli.
Atq; iterum infeſtæ ſe feruere cæde Lacenæ
Credit agens:falſaq; redit de ſtrage dearum
Feſſus:& in miſeræ conlabitur ora ſororis.
His vbi nequicq̄ nutantem Colchida curis
Iuno videt:necdum extremo parere furori:
Non iam mentitę vultum vocemq; reſumit
Chalciopes:q̄n ardor hebet:leuiorq; pudori
Menſq; obnixa malo:tenues ſublimis in auras
Tollitur:& fuluo Venerē veſtigat olympo.
Sum memor:vt tantū mecū partita laborē.
Illa nimis ſed dura manet:conuerſaq; in iram
Et furias dolet:ac me nunc decepta reliquit.
I precor:atq; iſtū(quo me fruſtratur)amorē
Vince precor:patriis vt tādem euadere tectis
Audeat:atq; meum caſu defendere ab omni
Aeſoniden.quin illa ſacro quo freta veneno:
Illum etiam totis adſtantem noctibus anguē:
Qui nemꝰ om̄e ſuū:q;q; aurea(reſpice porro)
Vellera tot ſpiris circū tot ductibus implet:
Soluat:& in ſomnos ingenti ſoluat ab orno.
Hæc tibi non furiis:atq; ipſi cætera mando.
Tū Venus aligerum mater ſic fatur Amorū.

nihil affert:q̄d improbandum veniat.vult.n. bene merito eſſe auxilio : & meriti gratiam pēſare merito:modo nullum in patrem ingratū concipiatur odium.Non oderit.Necdū extincta eſt filię in patrem pietas:quæ ad nocendū

Impiā faciūt amores.

nata:in patrem,matrē,ſuoſq;,& lares , deoſq; impia,adulterijs,parricidijs,proditione , vindicta, omnibus inquinata ſceleribus initium habuit vitę ſatis probatum . Scire potuit cui multa fuere explorata,dijs,parētibuſq;,& magiſtris genus humanū omnia debere.

Impij in deos

Verum in deos Mezētius Virgilianus: Capaneus Papinianus:& Iaxartes Valerianꝰ inſurgūt:

In parentes

Oreſtes in matrem:multi in patres. Et ſuperioribus annis in Philelphum Merula ingratorū

In p̄ceptores.

diſcipulorum princeps:immo viliſſimus vexillarius:& ante illum qui Io. Scotū graphijs ceciderūt. Graues.Mœrore & cura.Miſerata. Quæ veniat dulcis miſeratione inſomnem proſequens Medeam. Sæuior ipſe. Qui dulcis eſſe ſolet laborem ſubleuās. Supplex.Medeę ſomnia ex vehementi p̄meditatiōe ſunt. Hoſpes.Iaſon auxilium implorans,ne pereat poſt gratiam & meritum.Pater. Ne filia cum externo fugiat: & ne vnde vita pendet ſurripiat.Noua . Inſolita.quum enim multis ante fuiſſet turbata ſomnijs ſimilia nequaq̄ vidit. Modo raptata. In ſomnis videbatur in Theſſaliam vecta.Turbidus.Videbatur ſibi eo furore correpta:quo Oreſtem canūt poetæ:quū

Mania. Oreſtis

Agamemnonis cædem vltus eſſet . Mania regio eſt circa Eumenidum templum:q̄d eſt inter Megalopolim & Meſſeniam : vbi Oreſtes occiſa matre inſania correptꝰ eſt : & iuxta dicitur alterius manus digitum exediſſe: vnde tumulus nomen traxit:& nō longe eſt Ace

Furiæ.

locus vbi ſanatum putat Oreſtē.Steph.Nig. addens furuas Oreſti furias apparuiſſe : quū in inſaniam verſus eſt:albas vero quando li-

Purgatio.

beratus.q̄d factum alij in Taurica regione aſſerunt. Sunt qui aſſerunt expiatum fuiſſe a ix.de Trœzenijs viris ante ædem Lycęę Dianę ex aqua equi fontis : quem pegaſus pede

Progenies.

pauimētum percutiens effudit.Genuit Pēthilū ex Erigone Aegiſthi filia, & Tiſamenum

Profugium.

ex Hermione.Monitus inde oraculo in Arcadiam migrauit.alij alias ſedes nominant. de hoc ante ſatis multa.Matris.Clitēneſtræ:cuiꝰ adulter erat Aegiſthꝰ. Angues.Quibus cinctæ erant Furiæ:vt flagello munitæ. Lacenę.Laconicæ.Dearū. Furiarum.Sororis.

Sorores.

Aut Iphigenię in Taurica regione Dianæ miniſtrātis:quo Pylade comitatus venerat : aut Electræ,cuius opera e matris manibus liberatus Strophio Phocenſi datus eſt conſeruādus.Ea dicebatur ante Laodice.Inde Electra q; virgo ſenuerit , in carcere diu detenta:nuptiaſq; deinde peroſa.cedente ſane veſania & furore feſſus in ſororis gremium ruebat,ſeu id Micenis:ſeu in Taurica regione fieret.Nutantem.Vacillantem.Nequicq̄.Quum tandem ceſſura eſſet.Mentitæ.Iuno ſiquidem Calciopes figuram ante mentita Medeam ad mœnia deduxerat.Hebet ardor.Debilis eſt.ſic hebet lumen quando obtuſum eſt & minime acutum. Sic apud Ponta.ij.de Aſt.dicendum moneo.Ore ignes,pedibuſq; ignes,& pectore,& ipſo Fragmine ſuccēdit:ſed hebenti lumine quoſdam:non autem habenti:vt legitur.Non iam.Non reſumit faciem Calciopes, cuius formam fuerat prius mentita.Partita.Sis ſupple.Illa. Medea. Sunt Iunonis verba ad Venerē iā in cęlo inuētam.Conuerſa.Ira & furoribus percita grauiter dolet.Decepta.Quia me Calciopen credidit:& perſuaſa Iaſonem auxilio dignum cenſuit.I precor. Ad Medeam.Fruſtratur.Deponens eſt : quum etiam dicere poſſimus fruſtro actiue . Quin

Fruſtror. Fruſtro.

illa.Senſus cum ordine erit:quin ſoluat anguem peruigilem qui implet &c.Sacro veneno. Et carmine quo freta eſt.Legūt alij,Quis illa ſacris:tuncq; ſenſus erit.Medea aliquibus ſacris freta & veneno ſoluat anguē &c.Adſtantem.Peruigilem ſignat.Hęc tibi.Qui habet,nam furijs, hūc habebit ſenſum.Hæc tibi committo o Venus, cætera vero furijs & Med.committam.Si quis velit legere nō furijs, dicet.Hæc tibi velim committere & non furijs at cætera Med.mando.Aligerum amorem.Menda ſane fœda : quā ſectatus ſenſum verum non percipiet: q̄ enim ſubeunt verba ſunt Veneris ad Iunonē non amorē.itaq; legā aligerū amorū pro aligerorū . Eſt ſiquidē

Aligerū amorum.

Venus geminorum mater amorū:q̄d nunc poeta exprimit.Bononiēſiſq; codex habet Mater ſic fatur amorū.

Labefactus.

Nec tibi. Vt primū Medeę animum pulſare cœpiſti adfui. Ignota cura. Amore icognito: nunq̄ eñ Medea amauerat. Cōtingere. Actiue: vt apud Virg. Funemq; manu contingere gaudēt. Cingula. Ceſtū Veneris ſignat poeta. Quis. Quibus cingulis. Labefacta. Nec a labes: nec a labor, nec a labor eris oritur: quorū prior longa eſt: ſed a labo labas cu⁹ prior breuis eſt. Virgil. Labat ariete crebro Ianua. Nec audiendus eſt Deſpaut. male Lucret. in. vj. citans. Atq; vel in primis quū labat funere funus. Legendum ſane eſt cumulabat a verbo cumulo: qđ reſpondet verbis p̄cedentib⁹ mittebat, iacebat, videbatq; & alijs: vt ſequentib⁹ fugitabant ceſſabant. Falſus eſt vir doctus librorum inemēdatorū pernicioſa concordia qđ vitare eſt apprime difficile. Sed me ipſa. Opus eſt me inquit Venus. Sunt qui habent ipſum: tunc ordo erit. ipſum opus poſcit me & pectora & cætera &c. Face. Vt apud Ouid. Phylli face expectes Demophoonta tuū. etſi cum nō paucis legit fac Neſtor. Luciferę Dianę. Lunæ noctem illuminātis. Fundere. Aut abūde offerre & p̄bere: aut etiā in prima ſumpſit ſignificantia: vt fundere aurum argētum cęramq; pro liquefacere. ad vnam duę referūtur. Dominā. Deam lunam Hecaten. Vt mea. poteſt legi: aut mea. Aeetis. Prius lectum eſt ætati: caſtigatior inde fuit textus duce Sabel. legendum enim præcipit Aeetis quin audiat non ætati quin audeat. Tranſibit. Ad Iaſonē Trilingui cantu. Qui aptus eſt ſacris triuię. quo quidem triplici cantu triplex euocaretur poteſtas. vnde Sene. in Med. poſt Med. ſacra Hecate facta ait triplicem latratum ſacrificanti redditum. Ter latratus audax Hecate dedit qui trino. ſ. reſponderent cantui: nam tricipitē, triuiā, triformēq; vocitāt. dicitur trilinguis q trib⁹ vtit̄ linguis. vñ Maſſilıēſes vocarūt trilingues & beatū Hierony. trilinguē: vt Ennium: qui & tricors fertur appellat⁹. Irim. Quā poetę Iunonis & Iouis famulam dicunt. Diones. Veneris. vt Hippolyte iſelix velles coluiſſe Dionem. cū mater ſit Veneris habita. Luco. Hecates. Protinus. Sua complent munera deę. Iuno e Caucaſo rem ſpeculabatur. Venus Medeam, Iris Argo. petijt. Vix primas. Magna vis Veneris exprimitur. Theſſalicis. notum eſt ex prædictis Theſſaliam carminibus valuiſſe. Heu ſiqua eſt. Suſpirans quæ nollet Medea profert. Hoc ſatis. ſcilicet eſt, flere mihi tuos labores. Caſus. Exitum. Cogar. Compellar ne me ſui meminiſſe. Cumq; om̄ibus. Me odio proſequitur cum Colchis omnibus, qui tanta in bene meritum vſi ſunt perfidia. Siquando. Plum Medea pollicetur officium ſi cadat Iaſon. Poteſtas vlla. Vbi potero in vrna cinerem qui ſupererit componam: tumulum erigam. Ignis. Non rogum ſignat & ignes quibus vri ſolebant corpora: ſed flāmas taurorum. erant ſiquidem igniuomi. Tunc fas. Poſt mortem. Curas. Amores quibus viuus caruit, credam ſepulchro: quod amabo colam venerabor. Mutata deam. Synecdoche. Titanida. Solis filiam. Sic etiam Ouidius. Prodigioſa petit Titanidos atria Circes. & idem. Quanta ſit hærbarum Ti-

Cantus trilinguis.

Trilingues.

Iris.

Nec tibi cū prios aggreſſa es flectere ſēſus
Virginis: ignotaq; animū contingere cura
Defuimus: data continuo q; cingula ſoli
Noſtra tibi: quis mota loco: labefactaq; ceſſit:
Haud ſat ē: ſ; me ip̄m op⁹: & cūctātia poſcūt
Pectora me: dubiuſq; pudor. iam fœdera faxo
Aeſonii petat ipſa viri: metuatq; morari.
Tu face luciferę citus ad delubra Dianæ
Deueniat: ſacras ſolita eſt vbi fundere tædas
Colchis: & ęquali dominā luſtrare caterua.
Nec te nūc Hecates ſubeat met⁹: vt mea forte
Impediat: nec me Aeetis quin audiat opto.
Continuo tranſibit amor: cantuq; trilingui
Ipſam flammiferos cogam cōpeſcere tauros:
Amplexūq; pati. volucrē tunc aſpicit Irim:
Feſtinanſq; iubet monitis parere Diones:
Et iuuenem Aeſonium prædicto ſiſtere luco.
Protinus hinc Iris Minyas: Cytherea petiuit
Colchida: Caucaſeis ſpeculatrix Iuno reſedit
Rupibus: attonitos Aeęa in mœnia vultus
Speq; metuq; tenens: & adhuc ignara futuri.
Vix primas occulta Venus ꝓſpexerat arces:
Virginis ecce nouus mentē ꝑſtringere lāgor
Incipit: ingeminant cōmotis queſtibus æſtus.
Ergo iterū ſenſus varios ſup̄ hoſpite voluēs
Mœret: & abſenti nequicq̄ talia fatur.
Si tibi Theſſalicis: nunc ſi tua forte venenis
Mater: & heu ſiq̄ eſt poſſet ſuccurrere cōiūx:
Quid ve tuos virgo poſſim niſi flere labores.
Hoc ſatis: ipſa etiam caſus ſpectare ſup̄mos:
Atq; iterum duræ cogar comes ire ſorori.
Et nunc ille ſui non quē q̄ ſorte moueri:
Nō vllū meminiſſe putat: cūq; omnibus odit
Me quoq;: ſiquando fuerit tamē vlla poteſtas:
Illum ego q diris cinis vltimus hæſerit aruis:



Oſſaq; quis tauri ſæuuſq; pepercerit ignis
Cōponam: ſedēq; dabo. fas tunc mihi manes
Dilexiſſe viri: tumuloq; has reddere curas.
Dixerat. ecce thoro Venus improuiſa reſedit:
Sic vt erat mutata deam: mentitaq; pictis
Veſtibus: & magica Circen Titanida virga.
Ipſa velut lenti fallatur imagine ſomni
Hic oculos incerta tenet: magniq; ſororem
Paulatim putat eſſe patris. tū flebile gaudens
Proſiluit: ſęuæq; vltro tulit oſcula diuę:
Ac prior. O tandem vix tandē reddita Circe
Dura tuis: quæ te biiugis ſerpentibus egit
Hinc fuga? q̄ve fuit patriis mora gratior oris?
Ante & Theſſalicę Phaſin petiere carinę?
Perq; tot infelix fruſtra vada venit Iaſon?
Quā patriæ te mouit amor. tū cætera rūpit
Occurritq; Venus: Tu nūc mihi cauſa viatū.
Sola tuæ venio (iam pridem ignaua) iuuētæ
Cætera parce queri: neu me meliora ſequutā
Argue: quippe etiam repetūtur munera diuū.
Oibus hunc potius cōmunē animātib⁹ orbē:
Cōmunes & crede deos: patriam inde vocato:
Qua redit itq; dies: nec nos o nata malignis
Cluſerit hoc vno ſemper ſub frigore menſis.
Fas mihi nō habiles: fas & tibi linquere Colchos.

Annuli magici.

Virga circes.

tani potentia nulli Qz mihi cognitus. Virga magica. Putarunt antiqui virtutem ineſſe magicam virgis quibuſdam ferēdis & etiam annulis: vnde qui clariſſimum Pici Mirandulani nomen denigrare ſtuduerunt, dixere annuli geſtatorē in quo vis eſſet (ſi credere dignū eſt) magica. Multis autem in locis celebratur Circes virga: qua Vlyſſis ſocios præter Eurylochum (inquit Homerus) in porcos vertit. Ouid. in. xiiij. Met. Et tetigit ſummos virga dea dira capillos. Idem. Et ad inſidioſa vocatus Pocula conantem virga mulcere capillos Reppulit. Idem. Percutimurq; caput conuerſę verbere virgę. Et eadem virga Pici ſocios in varia conuertit monſtra. Ouid. ibidem. Illa pauentum Ora venenata tetigit mirantia virga. Cuius ab attactu variarum monſtra ferarum In iuuenes veniūt: nulli ſua manſit imago. Ea vſa quoq; eſt in Picum. Ter iuuenem baculo tetigit: tria carmina dixit. Id Virgil. in vij. æne. expreſſit. Læuaq; ancyle gerebat Picus equum domitor: quem capta cupidine cōiūx Aurea compoſuit ſponda: Verſum q; venenis Fecit auē Circe: ſparſitq; colorib⁹ alas Quin & Pallas Vlyſſem virga magica tactū mutauit ex ſene in iuuenem: dehinc in ſenem Datur & virga Mercurio mōſtrifica: qua animas euocat orcho. & apud Ouid. in. iii. dicitur Tireſias coeuntibus ſerpentibus virga percuſſis in fœminam verſus. viij. poſt anno eadem repercuſſis virga in priſtinā rediſſe formam. inter Perſicos etiam ritus Magi qui ſacris pręficiebantur carnes ſuper myrto & lauro poſitas virgis ſubtilibus adurebant, comprecanteſq; Myriceas virgas pertenues manu tenebant. Et Cappadoces magi non ſine myricinis virgis inextinctum ignē ſeruabant In Scythia quoq; virgis ſalignis diuinatio cōcipiebatur. Et Apollo Myrica mortalibus futura prenūciabat: Scythęq; ipſi Myricina veticinantur: quę quidem Myrica non min⁹ lauro fuit Phœbo grata. quin & Aegyptij ſacerdotes Mediq; in pompa Iouis coronabantur Myrica. Home. tamen in vlti. Odyſſ. aūream Mercurij virgam dicit fuiſſe: qua procorū virorum animas euocabat: qua oculos quum vult demulcet: & quum vult rurſus dormientes excitat. Hanc ſane virgam quiſquis ferebat votorum omniū compos euadebat: vnde diuinam Cicero appellat. Qz ſi nobis omnia, quæ ad victum cultumq; pertinent virgula (vt aiūt) diuina ſuppeditarentur. Idq; Diodorum Siculū in ſecundo, Iuſtinum in. xxxvj. Pli. in. j. cap. lib. xxx. & Apul. mouit vt Moſen ſanctiſſimū virgula diuina plurimum valentem magum dixerint. ea enim aquam in ſanguinem vertit: Cyniphes exciuit: in diuiſiones (vt cum pſalmographo loquar) mare rubrum diuiſit: e monte aquam produxit: recepit māna: in ſerpentem quoq; verſa eſt virga priſtinę formę inde reſtituta. de hoc non pauca Heraſ. & Cęl. Ipſa. Medea. Lenti. Non cedentis cōfeſtim. Sororem patris. Heſiodus ſcribit Solem ex Perſeide Circen & Aeetam Medeę patrem genuiſſe. Sunt etiam qui dicunt Solem genuiſſe Aeetam, Circen, Miletum, Phaetonta, Dircen, Paſiphaen & Angitian. Apol. etiam inquit. κιρκη χ ηελιου θυγατηρ υπεριονιδαο. repete quę dicta ſunt. Flebile gaudes. Mœſtitia enim permixta gaudio replebatur. Sęuę. Sic ſæuus amor qui crudeliter vulnerat. Tuis. Conſanguineis. Biiugis ſerpentibus. Vt Virg. Martis equi biiuges. Gratior. Acceptior regia tibi q̄ noſtra. Ante & Theſſalicę. Oportuit ne Argo. huc prius te appellere: quum indigenę non ſint vt tu. Amor. Deſiderium & pietas. Argue. Reprehende: quæ qđ fuit optimum ſecuta ſum. Orbem. Mundum cōmunem omnibus patriam. Rogatus philoſophus quidam cuias eſſet: ſe. mundanum reſpondit. Communes deos. Qui cōmuniter ab omnibus coluntur: licet ſub diuerſis nominibus: quin & de⁹ noſter oibus debet eſſe cōis: nā cæteri dęmonia ſunt, inqt Hierony. Qua redit. Sab. delet q̄ redeūtq; dies: qđ Bonoñ. cod. habet. ſubiūgitq; Qua redit itq; dies: & o nata nō ornata & habi

Myricea virga.

Virga Mercurij.

Virgula diuina.

Virga moſis.

Solis proles.

Deus cōis.

Et nunc Auſonii coniunx ego regia Pici.
Nec mihi flāmiferis horrēt ibi paſcua tauris:
Meq; vides tuſci dominam maris. at tibi qnā
Sauromatæ miſerāda proci:cui vadis Ibero:
Hei mihi vel ſæuo coniunx non vna Gelono:
Illa deæ contra iādudum ſpernere voces.
Nō ita me imemorē magnę Perſeidos (iqt)
Cernis:vt infelix thalamos ego cogar in illos:
I precor:atq; vnum pro me dimitte timorem.
Sed magis his miſerā (qñ potes) eripe curis:
Vnde metus æſtuſq; mihi: q̄q; aſpera ſemper
Perpetior duræ iādudum incendia mentis.
Nulla qes animo:nullus ſopor:arida mens eſt:
Quęre malis noſtris requiē:mentēq; repone.
Redde diē:& noctē mihi:da me adprēdere ve
Sōniferas:ipſaq; oculos cōponere virga. (ſtes
Tu quoq; nil mater prodes mihi:fortior ante
Sola fui:triſtes thalamos:infeſtaq; cerno
Omnia:vipereos ipſi tibi ſurgere crines.
Talia verba dabat:collapſaq; flebat iniquæ
In Veneris Medea ſinus:peſtemq; latentem
Oſſibus:atq; imi monſtrabat pectoris ignē.
Occupat amplexu Venus:& furialia figit
Oſcula:permixtumq; odiis inſpirat amorem.
Dūq; illam variis mœrentē vocibus ambit:
Inq; alio ſermone tenet:Quin hoc ait audi:
Atq; attolle genas:lachrymiſq; hęc iſit obortī.
Cū leuis a ſuperis ad te modo laberer auris:
Forte ratem primo fugientem littore cerno:
Qualem noſtra ſuo nunq̄ dimittere ponto
Vellet adhuc oēs quæ detinet inſula nautas:
Vnus ibi ante alios qui tū quoq; pulchrior oīs
Viſus erat:longeq; ducem mirabar:& ipſe
Adulat:atq; vnā comitum ratus eſſe tuarū:
Per tibi ſiquis ait morituri protinus horror:

les non humiles. Nec nos o nata. Suam vocat fratris filiam ex Heſiod. & Apol. & Virgil.in.vij. Cluſerit. Legitur & clauſerit. Nam teſte Neſtore cludo & claudo dicitur. Hoc frigore. Hac regione frigidiſſima. Non habiles. dexteriores ſunt populi cum quibus habito.

Picus.
Pici Auſonij. Ouid.xiij.Met. ait Picū Auſoniæ regem Canētis maritum a Circe in auē fuiſſe conuerſum quæ Marti ſacra eſt. ipſum lege ſi cognitiorē velis tibi eē fabulā. Seruius ait Pomonā illi fuiſſe vxorem priuſq̄ amaretur a Circe. Et Land. ſubiungit q̄ illi pater fuerit Saturnus: ſecūdum alios Stercon. a quo ſtercus quo agri pingueſcūt fimus. Huius ita meminit Virg. vt modo citatum eſt. Coniūx. Seruius ait non fuiſſe coniugem Pici: ſed id optaſſe: citans illud Virg. Quos ego ſum toties iam dedignata maritos. qđ & Ouid. oſtendit. Poeta vero nunc Circen commendatur⁹ immanitatē Circes & fabulę veritatem ſubticet: vt poteſtatem & auctoritatem declarans facilius fugā perſuadeat. Ibi. In Auſonia: quā dicimus Italiam ſecundum aliquos a tauro-

Italię vituli.
rum, boum, vitulorumq; multitudine & præſtantia: græci enim inquit Gelli⁹ ιταλους vocant vitulos. ſenſus eſt. apud vos tauri ſunt ſed immites & ignuomi: in Italia vero multi

Tuſcū mare.
ſunt & p̄ſtantes nec ignē efflantes. Tuſci maris. Qđ Tyrrhenū eſt. Pli.cap. lxxxvij.lib.ij.

Circei.
oſtēdit inſulā Circeios (ſi Homero creditur) mari quondam fuiſſe vndiq; cinctam: nunc maris receſſu continenti iunctam. Ait enim. Nec receſſu ſicut eidem Circeis. repetendum eſt verbum credimus, eidem. ſ. Homero. Sic Hermol. legit. Et in.iij. idem Pli. ait immenſo mari quondam fuiſſe circundatam inſulam Circeos. qđ & Soli. affirmat. Seruius & Lan-

Sauromatę.
dinus in.vij. Virgi. plura referunt. Sauromatę. Ab his Amazones dicuntur Sauromati-

Gelonus.
des. Ibero. A recto Iberus. Nō vna. Gelonis mos eſt plures habere vxores: qn & pleriſq; Scythiæ populis vxores liberiq; ſunt cōmunes. Spnere. Spernebat. Perſeidos. Meę auię. Cogar. Vt ad tales impellar nuptias: vnde metus eſt vſq; mihi. ita impreſſum textum aliquot habent codices. tuncq; iambus eſt in ſecunda ſede, vel id cęſura excuſat. Tutius poteſt legi. Vnde metus ęſtuſq; mihi. in numero plurali. Nulla quies. Amantium conditio miſerrima: quibus nulla eſt quies, quibus mens arida eſt. nec legas ardua menti niſi intelligas verbum ſunt: cum ſenſu: difficilia ſunt in mēte aut difficultatibus grauibus mens premitur. malo legere arida mens eſt. Repone. Pacifica motus animi tuo conſilio: & ab omni perturbatiōe libera. Redde diem. Fac vt poſſim noctu quieſcere & diem agere ſine mētis perturbatione. Sunt qui Bonon. codicem ſequētes legunt redde diem: noctem mihi deme. forſan pro ſerenitate mentis & tenebris: ſed ſequentia non cohęrent. Itaq; cum Sabel. legā

Soporifera virga.
Da me adprehēdere. Virga ipa. Qua ſomnū infundis: vt de ſoporifera Mercurij virga dicitur: qua percuſſus Argus in ſomnum reſolutus eſt: vt Virgilius in quinto æneí. Somno deo ramum lethæo rore madentem viq; ſoporatum ſtygia tribuit: quo tempora nau-



Et quē non meritis videas occurrere mōſtris:
Hæc p̄cor: hęc dn̄ę referas ad virginis aurem:
Tu fletus oſtende meos: illi has ego voces
Qua dat: haſq; man⁹ vt poſſum a littore tēdo
Ipſe ego: quas mecum p̄ mille pericula traxi
Defecere deæ: ſpes & via ſola ſalutis
Quā dederit: ſi forte dabit: ne vota repellat
Ne mea: totq; animas: qualis nec viderit vltra:
Dic p̄cor auxilio iuuet: atq; hæc noīa ſeruet.
Si Pelopis duros prior Hippodamia labores
Expediit: totq; ora ſimul iugulata procorum
Reſpiciens tandē patrios exhorruit axes:
Si dedit ipſa neci fratrem Minoia virgo:
Cur non hoſpitibus fas ſit ſuccurrere dignis
Te quoq;: & Aeæos iubeas miteſcere cāpos:
Occidat ęterna tandē Cadmeia morte
Iam ſeges: & viſo ſpumantes hoſpite tauri.

tæ Palinuri percuſſit. Componere. Claudere. Mater. Perſei. eritq; apoſtropha ad auiam cuius dictorum ſe iactauerat prius non immemorem. aut honoris gratia matrem vocauit quę erat matertera. Nec iam proderat Medeæ Veneris aduentus: quin fuerat conſtantior aduerſus amoris arma priuſq̄ Ven⁹ tecta ſubiſſet: qđ ſequentia oſtendunt. & iam dictum eſt Vix prima occulta Venus &c. Peſtemq; latentem. Id non diſſimile eſt Virg. figmento in fine primi: vbi Cupido matris Acidaliæ iuſſu magno Didonē ipleuit amore. Furialia. Exitialia. nec legas funalia. Mixtū amorem. Nam volebat Iaſona diligi: & Colchos odio haberi. Ambit. Ambitioſe circūuenit. Qualē. Cōmendatio eſt argoę nauis. Pulchrior. Laus eſt ab Iaſone. Et ipe. Iaſon. Si quis velit cum codice Bonoñ. ipſa legere ad Circen Venerēve referat neceſſe eſt. Per tibi. Vt ea deleātur quæ

Per.
Medea de futura Iaſonis igratitudine & obliuione meritorū attulerat: vtq; cognoſcat Iaſona non eſſe Medeę immemorē iſta Ven⁹ inſinuat. Per tibi. Accuſatiuū ſubaudis. Priſc. i xv. ait per poni p̄ aduerbio iurādi apud Virgil. Per te, per qui te talē genuere parētes. Morituri. Iaſonis. Non meritis. Indignis, nec debitis in gratię p̄ſationem: quum de Colchis bene meritus eſſet. Dominę. Id magis mouet Medeam: quæ domina dicitur ab illo quem prius crediderat ſine cura quieſcere amorum negligentē. Ad aurem. Quę non vult ab alijs audiri cordis ſecreta Medeę apit. Oſtēde. Doceas meas lachrymas Med. Illi has. Ego ſalutem Medeę manibus conſtituo. Ipſæ deæ. Pallas & Iuno: qđ falſum erat: quin Iuno de Iaſonis ſalute admodū ſolicita illud moliebaī. ſed afferī caute corā illa quæ poteſt ſuccurrere dearum ope deſtituto. Spes & via. Medea ſola eſt mihi ſpes ſalutis & via. Ne vota. Sabel. deleuit ne & me inuenta, nunc ſubſtituens. Me tamen reiecto ne admitti poſſet ſi diuiſim legantur ne& mea. inſuper geminatio vim affert. propterea legi poteſt ne vota repellat ne mea. Totq; animas. Quinquaginta vt diximus Argon. Qualis. Erant nāq; reges, heroes, ſemideiq; ex græ-

Argon. l. Oenomaus.
cia delectiſſimi. Pelopis. Locus eſt ab exemplo. Fabula Pelopis & Hippodamię notiſſima. Pelops Tantali fili⁹ Hippodamia filia Oenomai ex Marte & Harpina Aſopi filia geniti. Expedijt. Explicuit & abſoluit. Iugulata. Non eſt legendum vulgata vt recte meminit Sabel. Tot procorum. Quidam ponunt. xvij. procos iugulatos:

Hippodamię proci.
quorum nomina ſunt Marmar, Alchatus Parthaonis filius, Euryalus, Eurymachus, Crotalus, Acrias Lacedęmonius, Capetus, Lycurgus, Laſius, Chalcodus, Tricolonus, Ariſtomachus, Prias, Pelagus, Aeolius, Cromius, Erythrus Leuconis filius Athamantis nepos Pindarus ait q̄ cum Oenomaus tres & decem procos interfecerit filię nuptias differt. επει τρεισ γε και δεκ' ανδρασ ολεσασ ερωντασ αναβαλλεται γαμον θυγατροσ. Interpres ait q̄ hi fuerint Merinnes, Hippothous, Pelops Opontius, Acarnan, Eurymachus, Eurylochus, Automedon, Laſius, Calchon, Tricoron⁹, Alchatus, Ariſtomachus, Crocalus. Huic numero aſtipulātur Heſiodus & Epimenides. Alij alios nominant: quidam ſex tantum ponunt: Tricoronum, Ariſtomachum, Cyrianōtem, Aeolum, Pelagunta, & Cronium. Axes. Currus patris. Exhorruit. Id eſt in puellæ commendationem: quæ Pelopis miſerta patri exitio eſſe non dubitauit. quā tamen Diod. ait Myrtili dolo fuiſſe victam. Is deinde quum

Myrtili mors.
a Pelope promiſſam Hippodamiæ noctem exigeret, e naui in mare deturbatus eſt: qđ inde appellatur Myrto-

Myrtoū mare.
um. Stepha. Nig. ait Myrthoum mare verius dictum fuiſſe a Myrtho muliere. qđ & Cęl. in. xiiij. ex Pauſ. colligit quæ fuit Eubœorum opinio. protenditur autem mare Myrtoum ab Eubœa ad Helenam Aegæi maris inſulam. Fuit autem Myrtilus Mercurij filius Oenomai auriga: quem ad littus fluctibus eiectum Pheneatę ſepelie-

Hermea.
runt cum ſummo honore: q̄ illius eſſet filius quem maxime venerabantur. Celebrabant enim Hermea Mercurij feſta: poſtea vero ſingulis annis noctu Myrtilo parentarunt. Neci. Morti. ne legatur ni dictio mutila. Fra-

Ariadne. Theſeus.
trem. Minotaurum. Minoia virgo. Ariadne Minois & Paſiphaes filia: quæ vt teſtis eſt Ouid. in Heroid. Theſea plurimum iuuit aduerſus patrem patriam & fratrem, relicta deīde ab ingrato in Dia, vbi Glaucus Neptuni ex Naide filius ſecundum aliquos eam compreſſit. Quidam dicunt cum Theolyto Methymneo Glaucū Ariadnes amore captum: ſed a Dionyſio vinctum poſtea, & dimiſſum. fabulam narrat Diod. in. v. Te quoq;. Sabel. verba ſunt corrupta dicentis ſe feciſſe te quoq;: vbi erat te quoq; prius: inuentum reliquit: & tamen inuentum ſe ait reieciſſe. Ego ſane conijcio Sab. in altero reliquiſſe Tu quoq;: qđ ſiue eſt ex veteri lectione, ſeu noua non diſplicet. Nam dici poteſt tu quoq;. licet emendatione dignum duxerit Sabell. Tuncq; ſenſus erit præcedentibus abductis. Tu quoq; iubeas &c. Vbi vero te quoq; admittitur: ſenſus eſt. Quum Ariadne & Hippodamia Theſeos Pelopiſq; miſertę fuerint: cur etiam te nō ſit fas ſuccurrere &c. Aeterna morte. Seges q̄ a Cadmo proſtrata nōdum interijt: nunc prorſus occidat. Seges aūt erāt milites terrigenę, q ſemine nouo creati ex noualib⁹ Cadmi p̄dibāt armati. de hoc meminit Pap. i. iij. Diri ſaturare noualia Cadmi. agros Cadmi opa ſeminatos.

Gratitudinis indicium.

Hei mihi. Maxime gratus eſt qui quũ non poſſit gratias exoluere, habet: nullũ ſane eſt maius gratitudinis indiciũ: q̄ cum nulla via nulloq; modo & ratione ſatiſfactioni par es & merito: fateris ex viriũ tenuitate ingratã neceſſitatem. vnde Iaſon dicere poſſet liberatus Medeæ carminib⁹: vt viuerẽ effeciſti: & morerer ingratus: cum vt fatetur ſe tãto imparem beneficio: cui. ſ. nulla poteſt ratione reſpõdere. Nec ingratum dico, ꝙ meritorum immemor reuera dictum adiuuet: ſed ꝙ ex confeſſo noſcitur quãtũ ꝓbãda ſit eiuſmodi notę pulchrę & ingratæ (vt ita dixerim) & neceſſarię ingratitudinis teſtatio: iam enim maxime gratus es: cũ gratitudinẽ exercere non poſſe doles. qđ ductum eſt a Furnio: qui patris vita ab Aug. Cęſ. donatus proclamauit: habeo iniuriam tuam o Cæſar. effeciſti. n. vt viuerẽ & morerer ingratus. qđ intelligas velim pro beneficium nõ rependente. nam meriti memor ĩgrat⁹ nõ erat. ſic & bifariã exponis ingratitudinem. Attamen. Malo legere vt tamen. ſenſus erit. Nouerit Med. hanc aĩam ſuã eẽ: poſt q̄ corpus hoc de morte fuerit receptum. Exibit in enſem. Venetijs & Bononię impreſſi codices oſtendũt Ruebit: qđ nulla ratiõe admitti põt: etſi non pauca inueniunt̃ tertiæ cõiugationis verba ad ſecundã trãſeũtia. Propterea olim dixi doctiores haberi qui exibit legunt. Nam doctos vix dixero q illud dicere audebũt. Ego vero nec exibit admitto nec ruebit: ſed ruebat: cũ hoc ſenſu. Miſerebit̃ ergo Medea dic o dea? ſeu Circe aut comes Medeę, ait Iaſon, mihi, an poti⁹? nec ꝑficit̃ ſenſus ab eo quẽ vndiq; circũſtant anguſtię: cui nulla ſalutis ſpes. propterea hæc ſunt geſtũ Iaſonis ex primẽtia in ſtrictũ enſem irruere volentis niſi Medea ſuccurrat. Miſerebit̃ ergo Medea? an potius. ſ. me hoc enſe conficiã? Inde Ven⁹ cœptum proſequens ſubiungit. Iam Iaſon ruebat in enſem ſtrictum: qđ ne faceret tuam illi promiſi operã fateor: ne falle quęſo. Caſu viri. Miſerabili conditione & fortuna. Te rogari. Q uã credidi exorabilem: & flectere pro viri ſpollicita ſum. Dignior. Perinde ac de aris & laribus ſeruandis quęſtio eſſet bene docti viri inter ſe ſuper hoc grauiſſime digladiant̃. ſunt qui ab edo volunt es produci: a ſum vero corripi. Sunt & qui non tam ſua q̄ aliorum fulti auctoritate & patrocinio es ab edo producẽdum non inficiantur: ſed a ſum naturaliter ꝑtrahendum contendunt: quod licentia maiorum interdum corripi poſſit: vt apud Virgil. Q uiſqs es armatus. & apud Ouid. Auſus es o nimium. Hi Ioan. Bapt. Pium habent fautorem, qui es a ſum protrahit, Valeriumq; citans Propertiũq; ſuã roborat opinionem. aduerſum quem Priſc. & Deſpaut. imitantes inſurgũt. Et apud Propert. legitãt Si pudor eſt alio traijce tela tua: vel ſi par eſt. quum tamen Ioan. Bap. legẽdum aſſeueret. Si puer es, alio traijce tela tua. & hic. Dignior es: & fama meis vbi Deſpau. legit Dignior es: iam fama meis eſt parta venenis. Alij omnes codices habent dignior es & fama: locumq; cæſura excuſat tam apud Val. q̄ Propert. ſi quis pertinaciter es defendit. Cum Q uintiano poeta &

Es quando ꝓducatur.

Hei mihi ꝙ nullas hic poſſũ exoluere grates.
Attamen hoc ſęua corpus de morte receptũ:
Hanc animã ſciat eſſe ſuam, miſerebitur ergo
Dic ait: an potius? ſtrictumq; ruebat in enſem.
Promiſi (ne falle precor) cũq; ipſa moueret
Alloquio caſuq; viri: te paſſa rogari
Sum potius. tu laude noua: tu ſupplice digno
Dignior es: & fama meis iã parta venenis.
Torſerat illa graui iãdudum lumina vultu:
Vix aĩos dextrãq; tenens: quin ipſa loquentis
Iret in ora deę: tanta pudor ęſtuat ira
Verba cauẽs. horror molles inuaſerat annos:
Iamq; thoro trepidas infelix obruit aures:
Nec quo ferre fugam: nec q̄ ſe vertere poſſet
Prenſa videt: rupta condi tellure: premiq;
Iãdudum cupit: ac diras euadere voces.
Illa ſequi iubet: & portis expectat in ipſis.
Sæuus Echionia ceu Penthea Bacchus in aula
Deſerit infectis per roſcida cornua vittis
Cũ tenet ille deũ: pudibundaq; tegmina patris
Tympanaq;: & mollẽ ſubito miſer accipit haſtã.
Haud aliter deſerta pauet: ꝑq; oĩa circũ
Fert oculos: tectiſq; negat procedere virgo.
Contra ſæuus amor: contra periturus Iaſon
Vrget: & auditæ creſcunt in pectore voces.
Heu quid agat? videt externo ſe ꝓdere patrẽ
Dura viro: famam ſcelerum iamq; ipſa ſuorũ
Proſpicit: & queſtu ſuperos: queſtuq; fatigat
Tartara: pulſat humũ: manibuſq; imurmurat vncis
Noct heram: ditẽq; ciẽs: ſuccurrere tãdẽ
Morte velint: ipſumq; ſimul demittere letho
Quẽ propter furit abſentẽ, ſæuiſſima poſcit
Nunc Peliam: tanta iuuenẽ qui perderet ira.
Proclamat neq; opem ignoto: vireſq; daturã:



Ac neq; tam turpi ceſſuram ſemper amori.
Sæpe ſuas miſero promittere deſtinat artis.
Denegat: atq; vna potius diſcernit in ira.
Atq; thoro proiecta manet: cum viſa vocari
Rurſus: & impulſo ſonuerunt cardine poſtes.
Ergo vbi neſcio quo penitus ſe numine vinci
Sentit: & abſciſſum qcqd pudor añ monebat.
Tũ thalami penetrale petit: q̄ maxima norat
Auxilia Aemoniæ quærens pro rege carinę.
Vtq; procul magicis ſpirantia tecta venenis:
Et ſæuę patuere fores: oblataq; contra
Omnia: quæ Ponto: quę manibus eruit imis:
Et quæ ſanguinea lunę diſtrinxit ab ira:
Tu ne ſequeris ait: quicq̄ aut patiere pudẽdũ:
Cum tibi tot mortis ſceleriſq; breuiſſima tãti
Effugia? Hęc dicens qua non velocius vlla
Peſtiferam toto nequicq̄ lumine luſtrat:
Cunctaturq; ſuper: morituraq; colligit iras.

oratore inſigni ſentio falſam eſſe Ioan. Bapt. opinionẽ quum ait, es natura a ſum protrahi & licentia corripi. Seruiũq; recte ſenſiſſe quũ in. v. Aeneid. dixerit circiter finem. Edo habet rectam ſed antiquã declinationem vt edo is. it. & anomalam vt edo. es. eſt. quarũ ſecunda & tertia perſonæ ſunt longę propter differentiam ſum es eſt. qđ dictum de ſecũda potiſſimũ intellexeris nam tertiã protrahit poſitio. Dignior es. dignior viſa Iaſonis precib⁹ q̄ ego: quæ iam mihi longam peperi famam meis venenis & carminibus. Tu vero ꝑ vniuerſum orbem nõdum cognita, ſi Iaſona iuueris herbis tuis, eris mihi perq̄ ſimilis. Vix tenens. Lãguentis ſigna ſunt. Iret. inuolaret in ora Circes quæ ĩdigna ſuadebat. Sciebat enĩ Med. pudicitiam perpulchrũ eſſe mulieris ornamẽtum: quæ ſemel colliſa nulla arte reparatur: vt inquit ingenioſus poeta. quæ collapſa omnẽ ſecum peſſum rapit virtutem. Pudor. quem volebat Med. conſeruare. Verba. fraudem, dolos Circes. Verba ſiquidẽ dicim⁹ impoſturã & dolum. inde manauit ꝓuerbiũ verba dare ꝑ decipere. Ter. Cui verba dare difficile eſt. & quod ad rem facit, verba dat omnis amans. apud Ouid. Molles. teneros. tunc facilius falluntur puellę. vnde Ouid. Fallere credentem non eſt operoſa puellam Gloria: ſimplicitas digna fauore fuit. Horror. non potuit reſiſtere. Obſtruit. occludit. quod Sabell. approbat audacius q̄ obruit, q̄uis non abijciendum quum codices faueãt: nec aliena ſit verbi ſignificantia. Aures obdunt & occludunt qui dicta audire negligũt, ꝙ ſi cęram iungis, ab Vlyſſe fingis deductum. Prenſa. vel preſſa. Condi. abſorberi aut vna etiam deſcendere ad inferos. Voces. quæ habebantur de proditione patris, & pudoris proſtitutione. Illa. Circe, ſeu Venus Circes habitum gerẽs. Portis. ne legatur potius ex cod. Bonoñ. Echionia. Thebana. Steph. Nig. ait Chthoniũ, Hyperenora, Pelorum, Vdęum & Echionem a dentium ſatu σπαρτουσ cognominatos. & Echiona generum Cadmi genuiſſe Penthea Orgiorum contẽptorem. Hellanicus in primo ait ſerpenti dẽtes fuiſſe a Cadmo Martis filio detractos: & inde hos quinq; procreatos. Penthea. Fabulam explanat Ouid. iij. Met. Is Echionis filius ad Cytheronem peruenit: arboreq; conſcendit excelſam: vnde Bacchas conſpiceret: a quibus deꝑhenſus viuus diſcerptus eſt. Poſtea oraculis datum eſt vt arborem Corinthij æque ac numen colerent. Euripides ait Penthea a triplice Baccharũ choro dilaniatum. Patris. Bacchi. Pudibunda. quia muliebria. Sen. in Hercul. fur. Non erubeſcit Bacchus effuſos tener Sparſiſſe crines: nec manu molli leuem Vibraſſe, Thyrſum: quũ parum forti gradu: Auro decorum ſyrma barbaricum trahit. Tympana. quæ quatiebant Thyades. Haſtam. Thyrſum. Deſerta. Iam enim Venus exceſſerat. Auditę. quas Venus impreſſerat. Externo viro. Iaſoni. nec legas extremo: licet dici forſan poſſet q̄ſi poſtremo aduerbiũ. ſed externo ſcelus adauget. videt nãq; Med. dura ſe externo patrẽ ꝓdere. Sic Minoi cretenſi Niſum Megarẽſem proditum legimus a Cyri filia. Famã. quę proſtituta tam fœde pudicitia, facinore tam graui admiſſo prouidet miſere perituram. Tartara. ſuperos inferoſq; nominat. Vncis. exprimit geſtum furore perciti hominis. qui mente turbatus & extra rationis circulum digreſſus dẽtibus frendet, oculos volutat, pulſat humũ pedib⁹, murmurat, & manus curuat vnguibus violente impreſſis: fitq; cõſternatio, & a vero ſenſu alienatio fœdior ſi ditis inuocatio ſequitur. Noctis heram. Proſerpinã. Morte. eſt ſuperorum vita, inferorũ morte ſuccurrere: ſi ſuccurrere eſt vita aliquando priuare. Ipſumq;. Iaſona: vt cũ eo moriatur ſine quo viuere nequit. Q uem propter. anaſtropha. Poſcit. cũ duobus accuſatiuis. Sæpe. Mẽtis Medeę fluctuatio eſt. Vna. ſunt qui habent ima. medullitus concepta. Diſcernit. alij habent decernit: ſed eorum vna eſt interdum ſignificãtia. Proiecta. prouoluta. Viſa vocari. id faciebat vehemens conceptio. Neſcio quo. nam quid amor eſſet nondũ nouerat. Abſciſſum. reſectum & ſublatum omne honeſtum. Penetrale. quæ enim vulgo damnantur in occulto fiunt. Et nunc in conclaui magicam exercebat Med. vnde Sene. in Med. Nanq; vt attonito gradu euaſit & penetrale funeſtum attigit, totas opes effudit. quæ vero ſequũtur multa, ad rem non parum faciunt. ipſa lege. Magicis venenis. Sene. Tracta magicis cantibus ſquãmea latebris turba deſertis adeſt. Nec legatur. Et omne monſtrum tractat. magicis cantibus. licet interpres Bernardus exponat pro manib⁹ cõtractat. aſſuitur enim & omne monſtrum pręcedentibus. Ponto. quã Virgi. dixit viroſam. Manibus. intelligit hęrbas ſepulchrales. Diſtrinxit. falce vtebantur veneficę mulieres ad hęrbas ſecandas. Q uod Cęl. pluribus exponit capi. l. libr. x. & capi. v. lib. xvj. Lunæ. vnde apud Senecam Med. non contenta venenis terreſtribus, ſub perſona nutricis. Parua ſunt (inquit) mala: & vile telũ eſt ima qđ tellus creat. Cęlo petam venena. Sunt qui diſtinxit legunt. Tu ne. Med. ſeipſam alloquitur. Q uum tibi. quũ tot modis & mortẽ & ſcelus vitare potes. Peſtiferam. Venerẽ. quæ peſtem attulerat.

Verba.

Echion. Dentigenę. Pentheus.

Bacchi mollities.

Falx veneficarum.

O nimium iucunda dies: q̃ chara ſub ipſa
Morte magis ſtetit: & ſeſe mirata furētem eſt.
Occidis heu primo potes hoc durare ſub æuo?
Nec tu lucis ait: nec videris vlla iuuentę
Gaudia: non dulces fratris pubeſcere malas?
Hunc quoq; qui nūc eſt crudelis Iaſona neſcis
Morte perire tua: qui te nunc inuocat vnam:
Qui rogat: & noſtro quē primū i littore vidi?
Cur tibi fallaces placuit coniungere dextras?
Tunc poteraſq; iſtis iuuenē nō ꝑdere mōſtris.
Protinus ipſa etiam (fateor) tunc ipa volebā.
Teſtor chara tuas Circe Titania voces:
Te ducente ſequor: tua me grandęua fatigant
Conſilia: & monitis cedo minor. Hęc vbi fata:
Rurſus ad Aemonii iuuenis curamq; metūq;
Vertitur: hunc ſolū propter ſe viuere gaudēs:
Siue mori: quodcunq; velit maiora precatur
Carmina: maiores Hecaten immittere vires
Nunc ſibi: nec notis ſtabat contenta venenis.
Cingitur inde ſinus: & qua ſibi fida magis vis
Nulla: Promethęę florem de ſanguine fibræ
Caucaſeum: tonitru nutritaq; gramina ꝑmit
Quæ ſacer ille niues inter triſteſq; pruinas
Durat editq; cruor: cum viſcere vultur adeſo
Tollitur e ſcopulis: & roſtro irrorat aperto.
Idem nec longi langueſcit finibus æui
Immortale virens: idem ſtat fulmina contra
Sanguis: & in mediis floreſcūt ignibus herbę.
Prima Hecate Stygiis duratā fontibus harpē
Intulit: & validas ſcopulis effodit ariſtas.
Mox famulę mōſtrata ſeges: q̃ lāpade Phoebes
Sub decima: iuga fœta metit: ſequitq; ꝑ omnes
Relliquias: ſanieq; dei gemit irritus ille
Colchidos ora tuens: totos tūc cōtrahit artus
Mēte dolor: cūcteq; tremūt ſub falce cathenę.

Iocundus.
Iocunda. prima trahitur. Bebelius quidā de-
ducit a Ioco: ideoq; primā iubet corripi: perin
de ac vellet dicere deductas dictiōes originis
naturā ſemper ſequi. qđ verum ne ſit ſciunt
eruditi. Siue autē iocundus a iuuo iocove di-
xeris, prima profertur lōga, licet dictio prima
vocalem habeat breuē. niſi quis vellet ad iu-
ui naturā referre: & ſemp retinere u. Aeuo pri
mo. iuuenta. Durare. manere & viuere. Lucis.
Aegialus.
vitę. Fratris. Aegiali: quem dixerunt Abſyr-
Iuſtini locus.
tum. vnde Iuſt. Et filium Aegei Aegialum
interfecerat. vbi legendū eſt Aeetę. nec ſigna
Abſyrtus.
tur nunc Abſyrtus qui armatus eſt in Argo
naut. vt dicetur in vlti. & bello interfuit Col-
chico. niſi & Neoptolemū quis vellet dicere:
ſed ille quē vt cęteri poetę aiunt e cunis ſubla
tum Medea diſcerpſit. Licet dicatur etiā Ab-
ſyrtus. vnde Abſyrtides. Sic varia tradunt
poetæ. Hunc quoq;. O crudelis Med. Neſcis
Iaſona periturum niſi auxilio ades. vł qui. ſ.
nunc eſt crudelis quum intrepidus morti ſe
obijciat. Nunc eſt. nūc viuit ſtatim periturus
aut nunc eſt crudelis. Tunc poteras. ſenſus.
quū dextras iunximus potui Iaſona tū libe-
rare, & volui &c. Tunc pater atq;. habet Bo-
noñ. codex, pro tunc poteras: qđ non placet.
Grādęua cōſilia. his puellarum credulitas ca-
Lenarum per nicies.
pitur: lęditur ſimplicitas. Turpiſſimū ſane le-
narum ſtudium: quę virgineas mentes melle
perungūt vt fel infundant, promiſſis euerbe-
rant, molliunt dulciloquijs, honeſtatis ſpecie
& vtilitatis, damna ingerunt & inhoneſta: op
portunū tēpus aucupantes laqueos tendunt,
quos vix Lucretia vitaret: eſcam parant quā
vel ſatur Hippolytus ſumeret: arma mouent
quę virginitatis dea Aegide nō propulſaret:
munera oſtēdunt (Danaen omitto) incōcuſ-
ſum Penelopes animū euerſura: minas obij-
ciunt quas Suſanna expaueret. Quot quæſo
Proſerpinas his harpagonib⁹ Pluto corripit.
Hę ſane ſunt virgę ſoporiferę quibus animę
contactæ ad orchum deſcendūt. Hoc gluten
quo compactę mentium alæ ſurſum euolare
nequeunt. Dęmonū ancillæ: quæ ſucculentia
exhauſtę ſucculentas quęrunt, ſolicitant, ven
dūt, moroſę, difficiles, vietę, flaccidę, rugoſæ,
rapaces, languidę & (vt ex Plauti Meuularia
ſeu mauis Ciſtellaria in has malorū ſentinas
deijciamus) Stractię & Scruppęę. Harum ſan
cta ſalubriaq; videntur conſilia: quę veneran
da ſenectus fingit mentiturq; vera & ſeuera,
quib⁹ nihil exitialius. hoc capitur laqueo Me
dea, quæ nimis credula aures ſireni patefacit
fideſq; ideo facile habita eſt, ꝙ cōſanguinea,
regina potens, multorū experiētiſſima & grā
dęua. Cedo. quū deceat minores parere maio
ribus. Maiora. efficaciora. Cingitur. non tan-
tū vt expeditior ſit euolatura, q̃ vt qđ talib⁹
eſt ſacris accōmodum nō omittat ſacrificatu
ra. quæ autē ſint vinculorū vires iam dictum
Prometheum pharmacum.
puto. Promethęę. Prometheū intelligit phar-
macū. Nec omittendum eſt qđ apud Sen. in
Med. dicit. Ignis fuluo clauſus in auro Latet
obſcur⁹: quē mihi cæli Qui furta luit viſcere
fœto Dedit & docuit cōdere vires arte Pro-
metheus Dedit & tenui ſulphure tectos mul-
ciber imbres. lege ipſum Sen. Durat. dura fa



Talibus infelix contra ſua regna veneris
Induitur: noctiq; tremens infertur opacæ.
Dat dextrā: blādeq; pauēs vocē Venus: & quā
Alloquiis: iunctoq; trahit per mœnia paſſu.
Qualis adhuc teneros ſupremū pallida fœtus
Mater ab excelſo produxit in aera nido:
Hortaturq; ſequi: breuibuſq; iſurgere pinnis.
Illos cęrulei primus ferit horror olympi:
Iamq; redire rogāt: adſuetaq; queritur arbor.
Haud aliter cęcę per mœnia deficit vrbis
Incedens: horretq; domos Medea ſilentes.
Hic iterum extremæ nequicq̃ in limine portæ
Subſtitit: atq; iterum fletus animiq; ſoluti:
Reſpexitq; deam: paulumq; his vocibus hęſit.
Ipſe rogat certe: meq; ipſe implorat Iaſon?
Nulla ne culpa ſubeſt? labes non vlla pudoris?
Nullus amor? nec turpe viro ſeruire precanti?
Illa nihil contra: voceſq; abrumpit inanes.
Et iamiam magico per opaca ſilentia Colchis
Cœperat ire ſono: mōſtrataq; condere vultus
Numina: cumq; ſuis auerti collibus amnes.

cit. Promit. legitur etiam ponit ab aliquibus.
Edit. conſumit. Vultur. ponūt alij aquilam vt
dictum eſt. Idem. cruor. Immortale. ſemper.
Promethęę herbę vis.
Ignibus mirabilis eſt huius hęrbę Promethęę
vis q̃ in medijs ignib⁹ vireret. Ex Apoll. Cęl.
colligit Pharmacū dici Prometheū qđ fit ex
hęrba: quā cruor & ſanies in terrā diſtillans a
iecore vulturis vel aquilę vnguibus & roſtro
petito, laceratoq; creauit: cuius flos cubiti mē
ſura ꝑminet, colore corycio, aſſimilis croco,
gemino caule. radix ſub terra caro videtur re
cens inciſa, ſuccus tanq̃ phagi nigricans. in-
de ex eodē Apoll. vim exprimens ſubiūgit.
Si Proſerpinę (Val. vocat Hecaten) re diuina
noctu peracta ſucco linias corpus, ferro nulla
tenus lędi poteſt: neq; ignis incendia ſentire.
hæc & plura Cęl. in. iiij. lib. cap. xxj. & pręcedē
tibus de Prometheo ex Apoll. & interprete.
Harpe.
Harpen. falcem ſignat qua hærbæ ſecantur a
veneficis. Fontibus. quorum perfuſione du-
rius eſt ferrū vt quorūdam fluuiorum. Effo-
dit. foſſa fctā euulſit. Famulę. Med. Decima.
Luna decima.
Cum luna ſilens eſt & (vt dicunt) in coitu, ra-
rum lumen diffundit, aut nullum: eſtq; vt lu-
mine ita virtute vel pertenui vel nulla vt ple-
riq; aſſerunt. ſic in corpora ſolet agere inferio
ra luna. Et Gel. loquēs de his quę ſympathiā
cū luna habere videtur, oſtēdit multa tabeſce
re & deficere luna ſeneſcēte & decreſcēte, quæ
gliſcunt implentur pingueſcūtq; luna creſcē-
te. quod & in hęrbas maxime & plantaria ex-
periri eſt. Ideo Virg. poetarum maximus quē
nihil latuiſſe putam⁹, ſcitiſſime dixit. Ipā dies
alios alio dedit ordine luna Felices operum.
plurimū eñ refert an id vel illud luna ſilente
neomeniaq; aut plena tu feras, planteſq;. qđ
ſi fomēto careat, exuccum manet & ſterile pri
Luna quinta.
ma luna & altera, quin & quītā poeta. Georg.
primo docet declinandam. Quintā fuge: pal-
lidus Orchus: Eumenideſq; ſatę: tū partu ter
ra nephādo Cœūq;, Iapetumq; creat: ſæuūq;
Tiphoea: Et cōiuratos cęlū reſcindere fratres. Et Seruio teſte numerus ille Mineruę eſt cōſecratus quā cōſtat eſſe
ſterilem. vnde omnia ſterilia quinta luna naſci dicūtur. ſicq; virgines Furias ex eodem Virgi. diximus. vbi autē
luna ſuccreſcit & virtus augetur: vt cū eſt ſeptima fortiorq; & violentior: magiſq; potenter in hęrbas & corpora
inferiora agens. vnde poeta. Septima poſt decimā felix & ponere vites: Et prenſos domitare boues: & licia telę
Nona.
Addere. & de nona ſubiūgēs ait. Nona fugę melior contraria furtis. multa Virgi. addit: quę potes penſitare. Ser
uius autem acutiſſ. locum illum interpretans ait ſeptimā lunam eſſe felicem, decimā tamen feliciorem. ita vt pri-
mus felicitatis locus linquat decimæ. Iungit idem alijs placere vt decimaquarta intelligat. ſi ſeptima enim felix
Xiiij.
eſt ſimplex, & duplicata. Rhodig. in vndecimo ait ſimiliter. xiiij. omniū calculis cōprobari fœlicem: quæ tūc ple
nam faciat viſitationem. Item ſeptimā, quę dimidio orbe cęſa cōſpicitur: & decimam αμφικυϱτου decliuem &
Quarta.
vtrinq; gibboſam. iungens vtrobiq; humorē affatim, caloremq; radicibus facile poſſe defundi. Qui vero quar
ta naſcuntur luna ait Tetradiſtas appellari, vita laborioſos, multis occurſantes turbinib⁹, crebraſq; fortunę con
Decima.
flictatos inſultibus vt Herculē. Decimā itaq; lunā modo non incōmode exponemus valentiſſimā, maxime po
tentem, & vt de fluctu decimo dictū eſt virtutis maximę & violētę. Relliquias. ergo nō totus erat ab Herc. diſtra-
ctus. ſic & ſanguis & vlulatus ꝑdijt ab arbore vt canit Ouid. Eriſicthonis impietatē oſtēdens. & Virg. in tumulo
Polydori idē cōtigiſſe declarat. Dei. Prometheum intelligas vt prius. Stupet ipſe dei clamoribus ales. Saniem.
cruorem putridum manantem. Ille. Prometheus. quem diximus Herculis auxilio liberatum. ea eſt fabularum
conuerſio. Irritus. ab in & ratus. vt Irrita perpetua &c. qđ enim ſupererat irritum manebat & impotēs. Cathenę.
quibus vinctus erat. Infelix. quia cōtra patrem, patriāq; externo fauebat. Pauens. vt facilius deciperet. Pinnis.
Pinnę.
pennis. Rogant. optant. Idq; cantu ſeu gemitu teſtantur. Adſueta. ex qua pendet nidus. Sic Medeam docet
Venus receſſum, vt auis pullos volatum: quos interdum ſuccollat quum redire nequeunt. Illa nihil. Nā quid di
ctura verum reſponderet dea præter id quod Medeam a propoſito deturbaret. Silentia. noctem ſilentem dici-
mus & loca ſilentia. Ang. Polit. multis explanat illud Virgilij. Per amica ſilentia lunæ. in Miſc. Et iātam. carmi-
num eſt principium quibus vſa eſt. Condere. condebant. Numina. Lunam ſignat & aſtra quorum lux vi carmi
Amnes auerſi.
num obtenebratur. vnde Sene. Triſtem pallida lucē funde per auras horrore nouo terre populos. Amnes. auer
tebantur a cōſpectu incantantis fluuij ad originem. vnde Sene. Violenta Phaſis vertit in fontem vada. Et iſter
in tot ora diuiſus truces compreſſit vndas: aut fluuij horrore magico moti cum ſuis fluctibus alio vertebātur.

Pauor. quod modo ex Sen. diximus. Horro
re nouo terre popl'os. Sepulchris. q̄ Med. adi
bat manes excitatura, hęrbaſq; ſepl'chrales &
faces. lectura Sen. Tibi de medio rapta ſepul
chro Fax nocturnos ſuſtulit ignes. Hęrbę vl'
li ſolebāt a veneficis. vt docet Hora. in epod.
Iubet ſepulchris caprificos erutas : iubet cu-
preſſos funebres &c. quę ad textum faciunt.
Trabes. arbores luci Hecates. Emicuit. pul-
cher apparuit. Virgo. Medea. Thaumantias.
Iris. quę iuſſu Iunonis Iaſona ad Hecates lu-
cū deduxerat. Dilapſa. Medeam reliquit. Ma
giſtris. pecorum cuſtodibus. Impingit. inge-
rit. Sine vocibus. cū ſint incorporeę, nec vo-
cem formantes. Abietibus. proceleumaticus
eſt pes. vt prius arietat, & tenuia : & forſan in
ſecundo vehicula: vbi tutius ſpicula reponen
dum cenſuimus nō per loca nec pericula, quę
Cypariſſus. ſapientum cenſurę ſubijcio. Cypariſſis. arbor
eſt cypariſſus cypreſſus & cupreſſus procera
conos ferens vnde Virgi. Coniferę cypariſſi:
Rhod. ait a Phocione celebratum illud pro-
Verba cupreſſis ſimilia. uerb. verba cupreſſis ſimilia: q̄ pulchra viden
tur & ſublimia, cæterū inutilia & fructu caren
tia. Flagrantes. ardentes, rubētes pre pudore.
Spem lucis. vitæ. Haud tales. tā lętos, & pul-
chritudine excellētes, miteſq;. Arguit eñ ple
runq; vultus & oris lineamētum pectoris ar-
cana, hominū mentes & ingeniū & mores. Ita
In facie legit̄. vt adagium ſit In facie legitur. Et hęc eſt na-
turalis lex: quā dicūt φυσιογνωμιαν. Idq; vt te-
ſtis eſt Diog. Laer. inuidos quōdam fefellit
& loquaculos qui Satyrum dixere Socratem
ſolum perpenſa facie. Haſcine. vt apud Te-
rent. Hanccine ego contumeliam &c. Grates.
vt apud Virg. Grates perſoluere dignas Nō
opis eſt noſtrę dido. Dona. præmia & merce-
dem. Sic te ſub teſte. Fas ne fuit tuū Iaſona
ſine debito vellere te vidente ſic remitti? Nam
te, non eſt nec te legēdum. Expendere. luere.
Iphis cędes. Iphis. ergo cęſus in bello fuit Colchico: quod
vix ex ſexto collegeris. Scythiæ manus. ceci
dit. ſ. ſub mœnibus veſtris. Iuſſiſſet. ante pu-
gnā debuit monere nos ſup diſceſſu : & non
poſt meritum ingratitudinē ſua teſtari crude
litate. Qua lege. q̄ iubebat cū tauris & ſerpen
te concurrēdum. Sedet. placet. Virg. Idq; pio
ſedet Aeneę. Quæ non quęcunq;. q̄ non pare-
re patris imperio vtcūq; ſęuo. Quave tenus.
non videt quatenus debet collocutura ꝓgre-
di, eſtq; tmeſis. Potes etiā dicere duas eſſe di-
Tenus. ctiones: nam tenus ponitur cū ablatiuo, inter
dum cum genitiuo rei geminatę. Docuimus
quoq; a Val. dictū Tanaim tenus ex Deſp. ſe
quente Calep. Prima voce. voluiſſet abſolue
re omnia vno verbo. nō enim parum eſt peri
culi in multiloquio, qđ ſi fiat inter duos cuiuſ
modi ſunt Iaſ. & Med. vides facilem eſſe ad
cæteras veneris lineas progreſſum. Ideo ſan-
ctę monētur puellę ne aures paſſim aperiant:
reſpondeantq; facile queſitis. Fretus virtute.
quare rem adgreſſus es quā tua nequeas vir-
Temerarij. tute exequi? eſt ſane temerariorū audentia ta-
lis explodenda, qui rem arduā ſubeunt, quā
ſine Theſeo aut Med. exeq deſperāt. Timuiſ
ſem. verita fuiſſem : & timor exceſſum cohi-
buiſſet. Textū ſentit caſtigatiorē Sab. quū le

Iā ſtabul': gregib⁹q; pauor: ſtrepituſq; ſepl'chris
Inciderat: ſtupet ipſa graui nox tardior vmbra.
Iāq; tremens lōge ſequit' Venus: atq; ſub altas
Peruenere trabes: diuæq; triformis in vmbrā.
Hic ſubito ante oculos nōdum ſperatus Iaſon
Emicuit: viditq; prior conterrita virgo.
Atq; hic ſe profugam volucri Thaumātias ala
Suſtulit: inde Venus dextrę dilapſa tenenti.
Obuius vt fera cum ſe ſub nocte magiſtris
Impingit pecoriq; pauor: qualeſve profundū
Per chaos occurrūt cæcæ ſine vocib⁹ vmbrę.
Haud ſec⁹ i mediis noctis nemoriſq; tenebris
Inciderant ambo attoniti: iuxtaq; ſubibant:
Abietibus tacitis aut immotis cypariſſis
Aſſimiles: rapidus nondū quas miſcuit auſter.
Ergo vt erat vultu defixus vterq; ſilenti:
Noxq; ſuum peragebat iter: iāiam ora leuare
Aeſoniden: fariq; cupit Medea priorem.
Quam ſimul effuſis pauitātem fletibus heros:
Flagrāteſq; genas vidit : miſerumq; pudorem:
Has tādem voces dedit: & ſolatus amantē eſt.
Fers ne aliquā ſpem lucis ait? miſerata laborē
Nempe venis? an & ipſa mea lætabere morte?
Ne precor infando ſimilem te virgo parenti
Geſſeris. haud tales decet inclementia vultus.
Haſcine nunc grates: hæc expectata laborum
Dona dari decuit? ſic te ſub teſte remitti
Fas mihi virgo tuum? iuſtas da vocibus aures
Nec pater ille tuus tātis me opponere mōſtris
Quid meritū aut tales voluit me expēdere pœ
nas:
Iā iacet ext'na q nūc mihi cuſpide Cāth⁹:
Quiq; meus veſtris cecidit pro mœnib⁹ Iphis:
Aut Scythię tanta inde manus? iuſſiſſet abire
Perfidus: atq; ſuis extemplo cedere regnis.
Spem mihi ꝓmiſſam ꝑ quę diſcrimina rurſus:
Et reddat' qua lege vides. occumbere tandem
Poſſumus: idq; ſedet: q̄ nō quęcūq; ſubire
Patris iuſſa tui. nunq̄ ſine vellere abibo
Hinc ego: degenerē nec me tu prima videbis.
Hæc ait. illa tremens: vt ſupplicis aſpicit ora
Conticuiſſe viri: iamq; & ſua verba repoſci:
Nec qb⁹ icipiat demēs videt: ordine nec quo:
Quave tenus: prima cupiens effundere voce
Oia: ſed nec prima pudor dat verba timenti.
Hęret: & attollens vix tandem lumina fatur.
Quid precor i noſtras veniſti Theſſale terras?
Vnde mei ſpes vlla tibi? tantoſq; petiſti
Cur non ipſe tua fretus virtute labores?
Nēpe ego ſi patriis timuiſſem excedere tectis:
Occideras: nēpe hāc aiam pars ſęua manebat
Funeris. o vbi Iuno: vbi nunc Tritonia virgo:
Sola tibi quoniam tantis in caſibus adſum
Externæ regina domus: miraris & ipſe
Credo : nec agnoſcunt hæ nūc Aetida ſyluæ.
Sed fatis ſum victa tuis. cape munera ſupplex
Nō mea: teq; iterum Pelias ſi perdere quæret:
Inq; alios caſus: aliaſq; immittet ad vrbes:
Heu formę ne crede tuę. Titania iamq;
Gramina: Perſęaſq; ſinu depromere vires
Cœperat : his iterum compellat Iaſona dictis.
Si tamē aut ſuperis aliquā ſpem ponis in ipſis:
Aut tua præſenti virtus educere leto
Si te forte poteſt : & iam nūc deprecor hoſpes
Me ſine: & inſontem miſero dimitte parenti.
Dixerat. extemplo (neq; enim matura ruebāt
Sidera: & extremum ſuffixerat axe booten)
Cū gemitu & mſto iuueni medicamina fletu:
Non ſecus ac patriam pariter famāq; decuſq;

gitur renuiſſem. Nā Med. timere potuit, nec
renuere: ardua enim ſine timore non adgredi
mur. Si ergo noluiſſem domū patriam relin-
quere, de te actū erat. O vbi. vocalis ante vo-
O vbi. calem protrahitur. vt O vtinā tunc cū lacedę
mona &c. apud Ouid. interdū corripitur. Te
Tritonia. corydon o Alexi. apud Virg. Tritonia. a Tri-
Itonia. tone palude iuxta quā virgineo habitu appa
Itonis. ruit. aut Tritone Creta genito. Dicit̄ & Itonia
ab vrbe in Bœotia: ſeu Itonis. Sunt qui Itho
nia legūt. Apoll. Itonida dixit Pallada. εργον
αθηναιησ ιτωνιδοσ η δε και αυτουσ ηρωασ.
Nec agnoſcunt. vix credunt hę ſylue me eſſe
Medeam quę nunc ſola licet regis filia hic te-
cum colloquor. Non mea. ſed deorū. aut ve-
rius Iaſonis. mos eñ iſte loquēdi honeſt⁹ vi-
detur vel noſtratibus quum munus offerūt.
Sabel. legit Nūc mea. q̄ neceſſario, iudicetur.
Ne crede Virgil. Nimiū ne crede colori. For-
mę. pulchritudini. quæ multos fallit. Titania
Titania gramina. gramina. medicamina hęrbaſq;. Aconita eſſe
poterunt illis ſimilia qbus Hecate Titanis pa
trem ſuſtulit. Inuenta autem ſunt ab Hecate
quū per ſaltus vagaretur. Siue autē ſignetur
Hecate Perſei filia fratris Aeetę: ſeu Aſteriæ
& Perſei Titanis, dici poſſunt gramina Tita-
nia. Poſſunt & dici Titania a Luna Titanide:
nam dictū eſt. Et quę ſanguinea lunæ diſtrin
Perſea. xit ab ira. Gramina. ergo hærbas. Perſęas. ab
Hecate quæ Perſeis dicit̄ & Perſeia immiſſas
hęrbis vt diximus. Depromere ſinu. ergo an
te poteſt dici Nutritaq; gramina ponit. ſ. in ſi
nū. Nam dictum fuerat Cingitur inde ſinus.
Superis. Pallade & Iunone. Virt⁹ educere. vl-
tima protrahitur. vt in iuuentus, ſenectus, pa
lus & ſimilibus. Et Quintil. in primo orat. In
ſtitut. ait vltimā eſſe longā. Palus aliud prio-
re ſyllaba longa, aliud ſequenti ſignat. Horat.
tamē vltimā dictionem nouiſſima vocali cor
repta protulit Palus aptaq; remis. Quē imi-
tatus eſt Romulus: modo libellus ſit illius au
ctoris. Palus obuia venit. Et apđ Sen. in Her
cu. Oeth. legitur. Tibi virtus illa quæ tot eli-
Vs q̄ lōga ſit correpta aut s eliſa. ſit mala. cui⁹ cauſam dixi colliſionē & abſum
ptionem litteræ. s. Nec primus fuit Sene. qui
id fecerit. Cicero. iij. queſt. Tuſc. lib. carmē ex
Sophocle vertens audiat. Sed fœminata vir
tus afflictu occidit. Erunt vt conijcio qui au-
rem vtrāq; limo obturantes. s. abſumi a Ca-
pella indigne cōſpicient. Interrinata marmo-
re tellus erat. vt a ſuperiorib⁹. quiq; apud Vir
gil. Aut ouium fœtus aut vrgentes paſce ca
pellas. & Inter ſe coiſſe viros & decernere fer
ro. non admittent, lecturi aut fœtus ouium &
cernere. audebuntq; dicere Capellam indignū
qui legatur, corruptūq; Virg. ab his qui Lucre
tianę fuerunt licentię ſtudioſi. frequentiſſime
eñ. s. apud Lucretiū colliditur. Ciceronis au-
tem citatum carmen tanti faciēt, quāti O for-
tunatam natam &c. aut cū Pacuuianis & Ac-
cianis ſpondeū a ſedib⁹ nō repellēt parib⁹. Et
apud Sen. Tibi illa virtus, ꝑdicabūt legendū
Romulū quoq; temerariū qui Horat. licentia
abuſus ſit referēt: cū vno ex Neotericis dicēte. Atq; gradu tacito pulchra iuuētus abit. Quæ oia exēpla poſſunt
(vt forte dicent) facilius credulos decipere q̄ inſtruere. Pręſenti. inſtāti. Si te forte. Si tibi nō eſt opus mea opera,
me incolumē, integrāq; patri reſtitue. Matura ruebant. Tractum id a fructib⁹ qui vt maturuerūt ab arbore deci-
dunt. dicūtur autē ruere cū ſole ſuccedēte paulatim cedūt. Nā qđ Virg. in Georg. cecinit. Sæpe etiā ſtellas vento

impendere videbis. Precipites labi cęlo: noctiſq; per vmbras Flãmarum longos a tergo albeſcere tractus. ſequi
tur vulgi opinionem, inquit Seruiꝰ. Suffixerat. Med. ſ. vi carminum. Decus & famam. Nãq; eſt venalis mulier
quæ munera prendit. Quæ dat, ſe dedit: ſeruat cui dextera cęca eſt. qua ſententia vtuntur noſtrates veriſſima.

Omnẽ vim. herbas oẽs quarũ vis erat ma=
xima. Inde vbi. attendãt: quos innocẽtia ſer=
uat, tegit verecũdia, pudor honeſtat. hęc ſi flu
xerint: quę mõſtra debeãt ſuccedere, vna do=
cet Medea. Q̃ diu pudor fuit in oculis, in pa=
triã, patrẽq; aut famã nihil molita eſt. vbi au=
tẽ primũ ceſſit ab ore pudor, nulla reuocabi=
lis arte: prodidit & patrẽ & famã: ſucceſſit erin
nys. Aeſonidę. Iaſonis. verior eſt textus. licet
q̃s poſſet dicere figit Aeſonida: ſed minꝰ cõ=
Septenarius. mode. Septeno. numerus pfectus eſt. de quo
multa apud Gell. Apud Sen. autẽ in Medea
Nouenarius. Impar numerus affertur nouenus. nouena q̃
ſerpẽs ligat. Et apud Ouid. in. xiiij. Terdecies
carmẽ magico demurmurat ore. loquentẽ de
Circe. & nos ante ſat multa. Per artus. quibus
non noceret ignis taurorũ nec terrigenarũ ſpi
cula. Iamq;. vis mira carminũ in ea quę abſen
tia ſunt. Funerea. a funus eris dicitur. Diſcor
dia. ſignat futurã inter terrigenas diſcordiam
quã inter Iaſona & Creuſam volens Med. ſta
tuere ait. Tibi hæc Typhoeus membra quæ
diſcors tulit qui regna concuſſit Iouis. Verre=
ris. a verro. aut verteris dicas a verto. Meſſes.
milites. Pater. Aeetes, qui coniiciet vires tuas
meis medicaminibꝰ iuuari. Pandẽtes. vt apd
Virg. Velorũ pãdimus alas. Contra. viciſſim.
Quod latꝰ. ſi poſt diſceſſum ego tui memor
velim oculos in Theſſaliã dirigere, quam cęli
partẽ ſpectabo? Noſtra. licet tua dixerim quę
offero. Natęq; manent. ſ. gẽtis tuę. vt Creuſa
vel nati. Lucẽ. vitã. Tyrãno. patri tuo. Exue.
nam ꝑ artus erãt fixi. Tuo vellere. qd tua par
tum fuerit arte & induſtria. Superis. Nã & in=
feri & ſuperi ſunt Pluto Proſerpina ſeu He=
cate Iuno Pallaſq;: quibus potentior videtur
Medea quũ vbi defecere deæ Iaſona iuuet. in
ſuper quãtum in deos viriũ habeãt carmina
ſępe repetitum. Et de venere dictum eſt. Iãq;
tremens longe ſequitur Venus. & de alijs Mõ
ſtrataq; cõdere vultus Numina. idq; gratius
eſt q̃ ſi de magnis dijs & infimis haberetur in
terpretatio. Virgo. deleatur ergo. Sydera i ſu=
Horę. pera numina poteſtatẽ habent. Horas. tanq̃
numẽ teſtatur tẽpus periculi. Sed & deæ ſunt
Horę vt diximꝰ. Noctiſq; nec. ne legat̃ Si te
Liqui. immemor. Si te liquiſſe. Neſtor ait liqui pri=
mã habere cõmunem: probatioq; eſt ex car=
mine. quod eſſe Virg. teſtatur. Nãq; ſuam pa
triam liquerat tellure ſepultam. qd integrius
emaculatiuſq; ita legit̃. Tum breuiter Barcen
nutricẽ affata Sichei. Nãq; ſuam patria anti=
qua cinis ater habebat. Lauren. Vall. quid de
hoc ſentiat oſtẽdit dicẽs. Sed vel poeticã licẽ
tiam excuſandã reor vel operis imperfectio=
nem. Etenim credere libet Virgi. quum talem
quẽdam verſum faceret. Nãq; ſuam patriam
liquerat tellure ſepultam, impeditũ prima ſyl
laba verbi longa mutaſſe formã dicendi, atq;
in ſolœciſmum ſi dictu fas eſt incidiſſe. Hęc
Neſtorem mouerunt forſan in errorem: qui
hoc verſu lecto fuiſſet pertinacior ſi macula=
tiſſimum ſuſcepiſſet. nam Bonoñ. codex ha
bet. Si te ſceptra domũ, ſi te reliquiſſe paren=

Obiicit. ille manu ſubit: & vim corripit omnẽ.
Inde vbi facta nocens: & non reuocabilis vnq̃
Ceſſit ab ore pudor: propiorq; ĩpleuit erinnys:
Carmina nunc totos ſoluit: figitq; per artus
Aeſonidę: & totum ſepteno murmure fertur
Per clypeũ: atq; viro grauiorẽ reddidit haſtã.
Iamq; ſui tauris languent abſentibus ignes.
Nũc age: & has (inqt) criſtas: galeãq; reſume:
Quã modo funerea tenuit Diſcordia dextra.
Hãc iace ꝑ medias (cũ verreris ęq̃ra) meſſes.
Protinus in ſeſe conuerſa furoribus ibit
Cũcta phalanx. atq; ipſe fremẽs mirabit̃: & me
Reſpiciet fortaſſe pater. Sic deinde locuta
Iam magis atq; magis mẽtem ſup alta ferebat
Aequora: pandẽtes Minyas iam vela videbat
Se ſine. tum vero extremo percuſſa dolore
Arripit Aeſoniden dextra: ac ſummiſſa ꝓfat̃.
Sis memor oro mei: cõtra memor ipſa manebo
(Crede) tui: quãtũ hic aberis dic q̃ſo: ꝓfundi
Quod cæli ſpectabo latus? ſed te quoq; tangat
Cura mei quocũq; loco: quoſcũq; per annos.
Atq; hunc te meminiſſe velis: & noſtra fateri
Munera: ſeruatum pudeat nec virginis arte.
Hei mihi cur nullos ſtringũt tua lumina fletꝰ?
An me mox merita morituram patris ab ira
Diſſimulas? te regna tuę felicia gentis:
Te coniunx nateq; manẽt: ego prodita abibo?
Nec queror: & pro te lucẽ quoq; lęta reliquã.
Protinus hoſpes ad hęc. (tacitis nã cãtibꝰ illũ
Flexerat: & ſimili iãdudum adflabat amore.)
Tun ait Aeſoniden quicq̃ te velle relicta
Credis: & vlla peti ſine te loca? redde tyranno
Me potius: recipe ingratos atq; exue cantus.
Quis mihi lucis amor? patriã cur ãplius optẽ?



Si nõ & genitor te primã amplectitur Aeſon?
Teq; tuo longe fulgentem vellere gaudens
Spectat: & ad primos ꝓcubit grecia fluctus?
Reſpice ad has voces: & iã ꝓcor annue cõiunx.
Per te quæ ſuperis: diuiſq; potentior imis:
Perq; hæc ergo tuo redeuntia ſidera nutu:
Atq; per has noſtri iuro diſcriminis horas:
Vnq; ego ſim meriti noctiſq; ſi immemor huius:
Si te ſceptra: domum: ſi te liquiſſe parẽtes
Senſeris: & mea tũ nõ hæc promiſſa videntẽ:
Tum me non tauros iuuet euaſiſſe: feroſq;
Terrigenas: tum me tectis tua turbet in ipſis
Flamma: tuæq; artes: nullus ſuccurrere contra
Ingrato queat: & ſi quid tu ſæuius ipſis
Adiicias: meq; in medio terrore relinquas.
Audiit: atq; ſimul meritis periuria pœnis
Deſpondet queſtus ſemp furor vltus amãtis.
Hæc vbi dicta: tamẽ perſtant defixus vterq;:
Et nunc ora leuant audaci lęta iuuenta:
Ora ſimul toties dulcis rapientia viſus.
Deiicit hinc vultus ęger pudor: & mora dictis
Redditur: ac rurſus conterret Iaſona virgo.
Accipe ꝑdomitis quæ deinde pericula tauris:
Et quis in Aeolio maneat te vellere cuſtos.
Nõdum cũcta tibi (fateor) promiſſa peregi.
Sęuior ingenti Mauortis in arbore reſtat
Crede labor: quem tãta vtinam fiducia noſtri
Sit mihi nocturneq; Hecates: noſtriq; vigoris.
Dixerat: vtq; virũ doceat quę mõſtra ſupſint:
Protinus immẽſis recubãtẽ anfractibꝰ anguẽ
Turbat: & æmonii ſubito ducis obiicit vmbrã.
Ille (qd haud alias) ſtetit: & trepidantia torſit
Sibila: ſeq; metu poſtq̃ ſua vellera circum
Suſtulit: atq; omnis ſpiris exhorruit arbor:
Incipit inde ſequi: & vacuo furit ore ꝑ auras.

tes. Tua flãma. Nec fruſtra dicta ſunt quorũ
pars maxima ceſſit. Steph. Nig. ait Medeam
poſt repudium Iaſoni perſuaſiſſe vt ſub Ar= Iaſonis exitiũ
go paulum quieſceret: qd complẽs a vetuſta
naue diſſoluta colliſus piurij pœnas luit. Di=
cunt alij ſibi mortem cõſciuiſſe. quidã addũt
reconciliatum vt docuimꝰ. Ingrato. id narrat
Diod. q quũ ob ingratitudinẽ a ſuis deſpice
retur, ſeipſum confecit. Sęuius. vt natos occi Nati occiſi.
dere. Nam Mermerũ interfecit & Pheretẽ ſe=
cundũ aliquos. Eriopin autem minime. alios
ante nominauimus. Relinquas. qd Sen. pro=
bat in Med. Furor. Nam in furorẽ verſum Ia
ſona dicunt ſe peremiſſe. Signare autẽ vult
poeta vim Nemeſis, quę dicit̃ Rhãnuſia Io= Nemeſis viſ.
uis filia teſte Euripide, vltrix amorum inquit
Ouid. vnde Narciſſum in ſui amorẽ impulit:
amorẽq; faſtidientes perſequitur & ſupbos.
Quod voluit Sene. in Hercu. fur. innuere di=
cens. Sequitur ſupbos vltor a tergo deus. Et
nunc Val. ait furor vltus, ſatis aperte oſtẽdẽs
Nemeſim eſſe. Vide Strab. in. xiij. Adraſtiã
vocantem. Ang. Polit. in miſcell. Ioã. Bapt.
Pium in adnot. Heraſmus autẽ in ſcda Chil.
prouerb. multa docte & eleganter digerit: qui
te docebit originem Adraſtiæ & Rhãnuſiæ.
Hoc vnũ ſubiũgo q græci dicũt αδρασειαν. Adraſtia.
Interpretes vero Strab. poſuerunt penulti=
mã breuem: quum tamen Antimachus dixe
rit ευ θατε τιμηται τε και αδρασεια καλει=
ται. Semper. Nam nocẽs inquit Heraſ. meri=
tam pœnã nuſq̃ effugit. Audaci. ſanguinis
abũdans viribus polleat: quũ ſenecta viribus
effœta & ſanguine trepida ſit & tremula. Ac=
cipe. intellige. Aeolio. ſunt qui Aeęo habent
vtrunq; placet. Cuſtos. ſerpens peruigil. Qd
haud alias. Nunq̃ ante ſteterat. Spiris. nodis
& circulis. Ore vacuo. ignem non vomente.
Poſtremũ. Is eſt poſtremꝰ labor tuus. Vix de
inde. malo legere, mihi deinde mori. Mœnia.
a munio. ſic & pœna a punio. Sũt quę indiffe
renter œ vel u habent, Mœrus & murus. Vn=
de apud Gell. in. xix. dicit̃. Sicut arma & mœ Gel. lo.
nia & comitia & inimicitias, pro munia. Licet
vtrũq; nomẽ ſingulari numero careat: quum
tamen ſequitur. Neq; de armis, & de Mœnijs
comitijs quin figura multitudinis ꝑpetua cẽ=
ſeantur. dicendũ eſt poſitum mœnia pro mu
nia: ſignatq; tunc officia, obſequia ve lege de=
bita & publice præſtari ſolita. Docetq; Feſt.
Pomp. amœna dici: ſine munere. Et iam pu=
niceo. Ortus aurorę puniceus ſignat̃ & aureꝰ
vñ Hom. μ. ο δυσ. χρυσοθρονοσ ηριγενεια.
Spes vna. hoc vnum ſperabat q ea nocte Ia
ſon ſibi timens fugiſſet: & hæc vna ſpes eue=
hebat Aeetę animũ. Non tamẽ ſpernẽda eſt
lectio q̃ habet vana, & neſcio an qui vna ſpes
ſcripſerũt nox vna fefellerit: qd ſequit̃. Spes
enim regis vana erat: quũ Iaſon fugam non
meditatꝰ eſſet. Nox vna. vna nocte ſperabat
Iaſona plurimũ maris nauigio ꝑegiſſe. Tiba
rine. Facit hæc dictio nauigationẽ mihi aſpe=
riorẽ: q̃ ſi ꝑ flu. poneret̃ (qd tñ nuſq̃ legi) ſen=
ſum daret apertiſſimũ. Tibarine fretis iã vul=
tus apto. ſ. ſpes vana Aeetan euehebat. ſpera
bat enĩ Aeſoniden vna nocte maxĩa dirẽptũ
vnda, vultũq; fretis eẽ apto Tibarine i tertia

decl. nam apparuiſſet tunc freti ſuperficies ſi Argo. Tibarinem liquiſſent. Cæterũ cum nemo adſtipuletur, inuento textui adhęrens poterit apoſtrophe vti ad Tibarinũ licet remotiſſimũ: ſed cuius littora fugiens Aeſonides iã contigiſſe credatur, dicturus O Tibarine quãtis fretis nox vna diremerit Aeſoniden p vndas. Nam conijciebat nauigio non pedibus a Colchico littore diuiſũ: ſicq; nõ terra ſed vndis diremptũ. Eſt quoq; tũc ablatiuorũ diuerſa ratio. Sequit̃ inde. Iã vultus apto. qđ iterũdũ eſt repetitus ſuperioribus. ſ. ſpes vana &c. ſperabat ſiquidẽ vultũ eſſe mari iam apto: & ipſum mare totũ ſilere vt prius. dũq; ea vellet explorare, venit Echion. Id ſi nõ placet, poteris forſan tutius dicere fretis iam vultus apertus. qđ & Aſcẽſius doctiſſi. ad cuius portum inter nauigandũ procellis agitat⁹ cõfugi, perpendendũ monebat: qui ſubdebat poetã quędã de induſtria & dedita opera afferre obſcure loquentẽ, quędã p Apoſiopiſin ſubticentẽ. vſqueadeo graphice Aeetę animũ varijs fluctibus ęſtuãtem depingit: qđ & poetę interdũ moliunt̃. Aeneas apđ Virg. i. ij. iuuenes fortiſſima fruſtra &c. ſimili vtit̃ inuolucro. Itaq; ſic implicitũ Aſcẽſ. extricabat. Et iam ſub ortu puniceo ſpes vana extra regiã tulerat regem dicẽtem ad Tibarinũ. (Nam ſolũ regem non decuit prodijſſe.) O Tibarine quantis vndis putas nox vna diremerit? q. d. maximis. Et optat. ſupp. vt. i. vtinã vultus ſit fretis iã apertus vt poſſit fugientes pſpicere: Et vt mare totum ſileat prius q̃ ipſe ad littora veniat. Et dum. i. donec queat explorare ea. ſ. freta longe: ſed contra venit Echion dicta ferẽs. Hæc doctiſſ. Aſcen. Et re vera cũ Tibarenus ante dixerim⁹ ex codice gręco habẽte τιβαρηνοσ vix mihi pſuaſero pro illa gẽte Tibarena nũc dictionẽ apponi. Scio apud Strab. frequẽter ſcribi tibaranica gens, & tibarena nonnunq̃: & perperã tibarna. Sed nec me latet q̃ difficile recipient eruditi η in ι etiã longum mutatũ: quibus ingratũ eſt dicere paraclitus a dictiõe παρακλητοσ: & nunc Tibarinus a noie τιβαρηνοσ. ea ſubiũgere volui: vt ſequẽtes, ſcopulum in quẽ ipſe incidi cautius declinarent, qui ſi male retect⁹ eſt, nõ me pigebit obuerſis velis curſum corrigere ſi moneat Helenus, vateſq; Phineus doceat: quęq; dedi ſupra repetam: funẽq; reducã vt agam cũ Perſio. tantũ velim carinulã noſtrã depromi dũ Delius natator, Cres, Phęaxq; nauta meliori alite in altũ vehat̃. Vtq; prius. nõ agitetur remis ſicq; ſileat vt prius q̃ foret Argo. peruiũ & apertũ. Arcas. filium diximus Mercurij Arcadici. Mauortis. ſic Ouid. vij. Met. Cõueniũt popli ſacrũ Mauortis i aruũ. Virũ. Iaſona. Aeripedes pedes æreos habentes. ſic Ouid. Ecce adamãteis Vulcanũ naribus efflant Aeripides tauri. (Aeripedes.) Mart. dixit. Ignipedes poſſit ſine Colchide vincere tauros. Dixit. Aeetes. Spes. in plurali. vt ſæpe dictũ eſt. Flãmas. quas tauri igniuomi fundẽt. Voluite flãmas. ignes mittite. Exeat. prodeat e terra. Partim. tuus eſt ſerpens o Medea, partim graius. Sũt qui habẽt gradiue pater, tũcq; opus eſſet dicere draconẽ & Martis & Medeę qđ eſt iã dictis cõſonum: ſed in-

Quis fragor hic? quæ nã tantę dic virgo ruinæ
Exclamat ſtricto Aeſonides ſtãs frigidus enſe,
Illa trahit ridens: tandemq; ait angue repreſſo,
Hunc tibi poſtremũ noſtri parat ira parẽtis?
Heu miſer: heu tãtis iterũ mihi chare periclis.
O vtinam vt nullo te ſim viſura labore
Ipſam cęruleis ſquallentem nexibus ornum?
Ipſaq; peruigilis calcantem lumina monſtri.
Contingat vix deinde mori. Sic fata profugit:
Seq; ſub extremis in mœnia rettulit vmbris.
Et iam puniceo regem ſpes vana ſub ortu
Extulerat. quantis nox vna diremerit vndis
Aeſoniden Tibarine: fretis iam vultus apert⁹:
Vtq; prius totum ſileat mare: dumq; ea longe
Explorare queat. contra venit Arcas Echion
Dicta ferens. iam Circęis Mauortis in agris
Stare virum: daret æripides in prœlia tauros.
En vocor en vltro dixit: ſpeſq; addidit aula.
Vos mihi nunc primũ in flãmas: mihi vertite tauri
Aeq̃ra: nũc totas apite & voluite flãmas.
Exeat Aemonio meſſis memoranda colono.
Tuq; tuum partim graium da nata draconẽ,
Ipſius aſpectu pereant in vellera: & ipſa
Terga mihi diros ſeruent infecta cruores.
Fatur: & effuſis pandi iubet æquora tauris.
Pars & Echionii ſubeunt immania dentis
Semina: pars diri portant graue robur aratri.
At ſua magnanimũ contra Pagaſęa iuuẽtus
Proſequitur ſpecioſa ducẽ: tum maxima quiſq;
Dicta dedit: ſęuuſq; procul diſceſſit in agros.
Fixerat ille gradus: totoq; ex agmine ſolus
Stabat: vt extremis deſertus ab orbibus axis:
Quem iam lapſa dies auſtriq; ardentis arenæ:
Aut quem rhiphęas extantẽ rurſus ad arces,
Nix & cærulei boreæ ferus abſtulit horror.



Cum ſubito attoniti lõgiſſima Phaſidis vnda:
Caucaſeæq; trabes: omniſq; Aeetia tellus
Fulſit: & ardentes ſtabula effudere tenebrę.
Ac velut ex ima ſiquando nube coruſci
Ira Iouis torſit geminos mortalibus ignes:
Aut duo cum pariter ruperunt vincula venti:
Dantq; fugam: ſic tunc clauſtris euaſit vterq;
Taurus: & immani proflauit turbine flãmas
Arduus: atq; atro voluens incendia fluctu.
Horruit Argoæ legio ratis: horruit audax
Qui modo virgineis ſeruari cantibus Idas
Flebat: & inuito proſpexit Colchida vultu.
Non tulit ipſe moras: ſeſeq; immiſit Iaſon:
Diuerſos poſtq̃ ire videt: galeamq; minantem
Quaſſat: & errantem dextra ciet obuius ignẽ.
Vt tandem ſtetit: & toruo ſe lumine flexit:
Qui prior aduerſi reſpexit Iaſonis arma:
Cunctatus paulum ſubito furit: æquora nõ ſic
In ſcopulos irata ruunt: eademq; recedunt
Fracta retro: bis fulmineis ſe flatibus infert:
Obnubitq; virum: ſed nõ incendia Colchis
Adſpirare ſinit: clypeoq; illiditur ignis
Frigidus: & viſo palleſcit flamma veneno.
Iniicit Aeſonides dextram: atq; ardẽtia mittit
Cornua: dein totis propendens viribus hęret.
Ille virum atq; ipſam tunc te Medea recuſans
Concutit: & tota nitentem carminis ira
Portat iners: tandem grauius mugire recedẽs
Incipit: & feſſo victus deſcendere cornu.
Reſpicit hinc ſocios immania vincula poſcens
Aeſonides: iãq; ora premit: trahiturq; trahitq;
Obnixuſq; genu ſuperat: cogitq; trementes
Sub iuga ahena toros: aliũ dehic turbida Colchis
Exarmat: lẽtũq; offert: timideq; minãtẽ.
Iãq; propinquãti noctẽ implicat: ille fatiſcens

termiſſa coniunctio vix hoc patitur. qui autem habent damnata, falſi ſunt codices. Ipſius. Draconis. Pereant. Iaſon pereat et ii qui ſunt cõgreſſuri. Aequora. cãpos æquos. Echionij dentis. vnde natus fuit Echion. vt canit Ouidius. Maxima dicta. hortatus maximos, quibus audacia creſceret ſimul & induſtria. Orbibus. rotis. Lapſa dies. vbi enim axis rotas deſereret in ortu lucis poſſet auxilium ferri: quo currus inſtauratus longius traheretur. Verum lapſa die ſolutus maneat neceſſe eſt. Sic & inter arenas quas auſter congerit multas, poſſunt currus morari. Quin & Pſillos aliquando obruiſſe arenas auſtro ſpirante legimus apud Herodotũ in Melpome. quod & Gellius decimoſexto refert. Arces. ad cacumina Rhipheorum mõtium. Fulſit. ignibus e taurorum naribus effuſis. Stabula. Hypallage eſt. ſtabula nanq; ſeu pro loco ſeu p tauris per Metonymian exponis, tenebras & fumum igni permixtum emiſere. Ira Iouis. quando Iuppiter vult genus humanum terrere, iram exercens vt ante expoſitum eſt, ignes & fulmina tonitruq; contorquet: tempeſtates agit: ventos excitat. Virgilium Georgicorum primo lege: qui hunc & Valerij in quinto locum de Iouis ira & vltione iuſta apertiorem reddet. Coruſci. ſic Virgilius. Ipſe pater media nimborum in nocte coruſca Fulmina molitur dextra &c. Ouidi⁹ comparationem ſumit a ſilicib⁹ coctis aqua perfuſis, & fornace. Vincula. quibus vinciuntur ſub poteſtate Aeoli. de quo Virgilius in primo Aeneid. Proflauit flammas. Gellius in ſimplice dixit inanes flaret glorias. (Flare.) Atro. propter fumum qui fluctus imitans prodibat ab ore. Flebat. nam indigne ferebat Iaſona muliebri ope, non propria virtute ſeruari. Colchida. tanq̃ pro Iaſone opem poſtulans. Diuerſos. tauros. Ciet dextra. mouet ignem ſerpentem, & reijcit manu. Stetit. taurus. Irata. turbata & ventis agitata. Obnubit. tegit Iaſona ignibus. Adſpirare. licet funderentur flammę, non tamen ſinebat Medea Iaſona propiori ſpiritu lędi. Ouidius. Ille nec vllos Senſit anhelatus: tãtum medicamina poſſunt. (Anhelatus.) Illiditur. frangitur vis flammæ. Sabell. illuditur repellit: quod potuit tolerari. Palleſcit. quæ erat prius ignea. Mittit. ſubmittit & detrahit taurum cornu apprehenſo. Sunt qui habent nectit. Ille. taurus nec Iaſoni, nec Medeæ carminibus parens Iaſona trahebat. Iners. vi carminum ſublata erat ſæuiendi flammaſq; fundendi poteſtas. Mugire. id quoq; Ouidius ait. Fumificiſq; locum mugitibus impleuere. Deſcendere. qui prius collum & caput efferebat impatiens iugi. Vincula. quibus domitum vinciret. Toros. colla toroſa. Ahena. ferrea. Exarmat. ſpoliat flammis. & ſęuitia, quibus vtebatur vt armis. Lentum. placitum. Iamq;. Medea alterius tauri propius accedentis ignem & fumum ne noceret implicuit. Ni manis connectere ſequentia vſq; Inq; humeros. Tuncq; ſenſus erit: Taurus iam fatiſcens implicat noctem in Iaſona propinquãtem. Proruit. procũbit

In caput inq; humeros ipſa vi molis & iræ
Proruit:inuadit:totuſq; incumbit Iaſon
Deſuper:atq; ſuis defixum flatibus vrget.
Vtq; dedit viclis:validoq; obſtrinxit aratro
Suſcitat ipſe genu:ſeuaq; agit inſuper haſta.
Non ſecus ac medio q̄ ſi telluris hiatu
Terga recentis equi:primuq; inuaſit habenis
Murmur:& in ſũma Lapithes apparuit Oſſa
Ille velut campos Libyes ac pinguia Nili
Fertilis arua ſecet:plena ſic ſemina dextra
Spargere gaudet agris:oneratq; noualia bello.
Martius hic primũ ter vomere fuſus ab ipſo
Clangor:& ex omni ſonuerunt cornua ſulco.
Bellatrix tunc gleba quatit:pariterq; creari:
Armariq; phalanx:totiſq; inſurgere campis.
Ceſſit:& ad ſocios paulum ſe rettulit heros
Oppeniẽs:vbi prima ſibi dare germina tellus.
At vero vt ſummis iam rura recedere criſtis
Vidit:& infeſta vibrantes caſſide terras:
Aduolat:atq; imo tellus qua proxima collo:
Necdũ humeri videre diẽ:prior enſe ſequaci
Aequat humo truncos rutilũ thoraca ſequẽtis
Aut primas a matre man⁹ ꝑmit obuius ante.
Nec magis aut illis:aut illis millibus vltra
Sufficit:ac diræ q̄ cum Tirynthius hydræ
Agmine Palladios defeſſus reſpicit ignes.
Ergo iteꝝ ad ſocias cõuertere colchidos artes:
Et galeæ nexus ac vincula diſſipat imę.
Cunctaturq; tamen:totiq; occurrere bello
Ipſe cupit:ſpes nulla datur:ſic vndiq; denſant
Terrigenę iam ſigna duces clamore tubæq;.
Iamq; omnes videre virum:iãq; omnia contra
Tela volant:tum vero amens diſcrimine tãto:
Quam modo tartareo galeam Medea veneno
In medios torſit:conuerſę protinus haſtę.

Dedit vinclis.cõpegit in vincula. Suſcitat.ſtimulat & vrget genu. Recẽtis equi.tãgit fabulã:quã canũt poetæ de ꝓductiõe equi Neptunij in Theſſalia.quã primã a Virgi.ſignari terram aſſerit Egnatius in Racemat. Tuq; o cui prima fremẽtem Fudit equum tellus magno percuſſa tridẽte.etſi Seruius Athenas nominat.Egnatij ſane opinionem Val.hic non parum poteſt iuuare.modo tamen apud illũ dicatur. Neq; eñ in hac contẽtione equum ſed terra Athracia quũ ſcopulum ꝑcuſſiſſet quẽ primã tellurem a Virgi. nuncupatam credide rim,enatum equum ſcriptũ inuenimus. Sunt qui Parnaſum nominãt: quem cataclyſmi tẽpore cõſeruatum poetæ canunt. queq; petierunt hoies ratibus vecti. Iuſt.eſt auctor. Grauis eſt cõtẽtio inter Ioã.Bapt. Pium & Egnatium ſup his. Legatur vterq;.hic cap.viij.Racem.ille in ſextũ Lucret. Lapithes. Theſſaliæ populus eſt vt diximus equitãdi peritiſſim⁹. Ille velut. Iaſon perinde ac foret in cãpis Libycis aut Aegyptijs qui ſunt adprime feraces,ſemina iactat. Gaudet agri. Sunt qui ſcopulum volentes vitare in profundiſſimas labũtur voragines. Legunt eñ acriq; oneratq; fœde capti: quũ corripiũt ſyllabã naturaliter productam. Nec eos excuſat mutam liquida cõſequens:quũ longa non ſit corripienda illarum concurſu vt docuimus in ægroto. Alij Bonoñ. nacti codicem acri oneratq; legunt: tũcq; vltimã gaudet,ꝓtrahit: vt antiqui in eſſet:& ſcd̃m alios apud Val.in erexit. Qui vero arans nõ acri ſubdiderit,habebit quãtitatẽ cenſui nõ obſiſtẽtem. Sed qđ ex poeta nõ eſt itaq; his oib⁹ poſthabitis cẽſeo ſpargere gaudet agris legẽdũ.qđ nõ improbabũt(vt reor) eruditi.ego ſane ſub cẽſoria virgula relinquo oia. Hic primũ. Nã prodibãt dentigenę milites. Bellatrix gleba. ex qua gens belli cupida creabatur. Id ex Ouid. Spargit humi iuſſos mortalia ſemina dentes. Inde fide maius,glebę cœpere moueri: Primaq; de ſulcis acies apparuit haſtę: Tegmina mox capitũ picto nutãtia cono. Mox humeri,pectuſq; oneratataq; brachia telis Exiſtũt: creſcitq; ſeges clypeata virorũ. Dare.prębebat. Enſe ſequaci. ſunt q ſequẽti legunt cũ eodẽ ſenſu.ſecanti admittit Sabell.ſi ſecaci dicatur fiet vt bellax. A matre. gleba ſeu terra.vñ terrigenę. Nec magis. Senſus eſt,Iaſona non magis ſufficere cędẽdis militibus,q̄ Hercu.defeſſum multitudine capitum Hydrę quũ auxilium poſtulauit ab ignib⁹ Palladijs.Bonoñ. codex habet agmina. Sed tunc legendum eſſet ad dirę q̄ cũ &c. Palladios ignes. tangit hiſtoriam quã Diod. in.v. recitat. Non enim viribus ſed ingenio fuit opus ad Lernę ſuffocationem. Tunc ab Iolao adiutus inciſa capita face lignea ne ſanguis efflueret percuſſit. Agmine. centum habuit capita. Reſpicit. vt Iaſon Medeam ſic Hercules reſpexit ignes. Conuertere.ſe conuertebat. Terrigenę. ſic & Protoplaſten dicimus Terrigenam. Poetę quoq; aiunt Deucaliona genus humanum terra reparaſſe. vnde Columel. in vndecimo. Iſta Prometheæ genitrix fuit altera Cretæ. & paulo poſt. Nos abruptæ tum montibus altis Deucalioneæ

Equi ꝓductio
Prima tellus equifera.
Dentigenę.
Terrigenę.



Qualis vbi extimulat mœſtę Phrygia agmina matris
Ira:vel exectos lacerat Bellona Comanos:
Haud ſecus accenſas ſubito Medea cohortes
Implicat:& miſeros agit in ſua prœlia fratres:
Omnis vbi Aeſoniden ſterni putat.oibus ira
Talis erat.ſtupet Aeetes:vltroq; furentes
Ipſe viros reuocare cupit:ſed cuncta iacebant
Agmina:nec quiſq; prim⁹ ruit:haud ſup vllus
Linquitur:atq; hauſit ſubito ſua funera tellus.
Protinus in fluuium fumãtibus euolat armis
Aeſonides:qualis Gethico de puluere Mauors
Intrat equis:vritq; grauem ſudoribus Hebrũ.
Aut niger ex antris rutiliq; a fulminis æſtu
Cũ furit:& Siculo reſpirat in æquore cyclops.
Redditus hic tãdẽ:ſocioſq; amplexus ouãtes.
Haud tam mendacẽ promiſſa repoſcere regẽ
Dignatur:nec ſi ipſe ſibi terga ingerat vltro
Qui pepigit:velit in pacem dextramq; reuerti
Ampli⁹:ambo truces:ãbo abſceſſere minãtes.

cautes peperere:ſed ecce Durior æternuſq; labor. Quare & poſt Lact. Cęlius apud Virg. legit Terrea progenies duris caput extulit aruis.vbi alij ferrea ſupponunt. Clangore. Sic placet Sabell. alijs recipientibus clamore.qđ nec improbo quũ ad duces referri queat vt illud ad tubã.& in tertio Met.dicit. Ne cape de ꝑpľo(quẽ terra creauerat) vn⁹ Exclamat:nec te ciuilib⁹ iſere bellis. licet referaẽ ad Cadmũ. Quã modo.ibuerat ſubaudi,aut ſimile. Tela volant.iuuant deleatur admiſſo volãt:vel vt vult Sabel.ruũt.Galerũ.Ouid.ait. Ille grauẽ medios ſilicẽ iaculat⁹ i hoſtes A ſe depulſum Martẽ cõuertit in ipſos. Matris. Cybeles. Comanos. Legũt aliqui comatos.ſcrupulus iſte me male diu habuit:quẽ excutere conatus codices varios aggeſſi:at quũ omniũ vna eſſet peſtifera cõcordia,quorſum mentẽ verterem nõ habebã,quũ meũ Strab.amplexus comatos reijciendũ facile cognoui: & Comanos tutiſſime reponẽdum. Ait eñ Strab.in fronte xij. In Antitauro cõualles ſunt ꝓfundiſſimæ & anguſtę: in quib⁹ ſita ſunt Comana ciuitas memoratu digna,& Bellonæ fanũ,qđ illi Ma vocãt. Ea ciuitas clariſſima eſt,maximeq; numine adflatorũ,& ſacrorũ ſeruorũ multitudinem habet &c. Nec pauciora in medio adfert lectioni nõ incõgrua, licet loquaẽ de vrbe põtica,vbi idem ritus eſt, eadem ſacerdotis poteſtas:ideq; eiuſdem deę cultus. Apđ Pomp. Mel. legitur Coamanos. Sũt & qui Comaros ſuſcipiũt. Nam & Pli.ca.xvj.li.vj. Ochanos, Chomaros, Coamanoſq; & Choraſmos nominat,diuerſos tamẽ modo emaculatus ſit liber. Ponit quoſdã Comanos Ptol. in gallia Narboneñ,& Comanã põticam,& Comaros iuxta Iaxartem fluuiũ. Hermol.ait Comanã dici a comis:quas Oreſtes & Iphigenia luctu ibi poſito totonderãt qđ & Strabo aſſerit.dupliceq; eſſe,Ponticam quã alluit Iris fluuius,Cappadocã Sarus. Eſtq; prima breuis. Nec te moueat gręcus codex maculatus habens ομ οισ ἵδρυται τα κομμαμα και το τησ ενυουσ ἱδρυμο εκεινοι κομαμα ονομαζουσι πολισ δ' εσιν αξιολογοσ. Eſt eñ delẽdum alterũ.μ. Nã de Comanis ponticis iuxta Pharnaciã ſequitur. υπερ δε τησ φαρνακιασ εσι τα κομαμα εμ τω πομτω ομωμυμα ταισ εμ τη μεγαλη καππαδοκια &c. Exectos. vt in ſacris Cybeles. Bellona. Nã vt diximus colitur a ſeruis numine afflatis Bellona:quę Comanis fanũ habet.(Dicit autem i plurali Comana vt Hieroſolyma: quę ſing.reperiunẽ & fœmi.gñis) Exectos quidẽ intelligas ꝙ ſe gladijs petant mutuis ſanguinẽ in honorẽ deę fundẽtes: aut exectos euiratos caſtratoſq; vt Cybelleos dicas:quia molles & delicatos habuere incolas Comana: vt mulieres plurimas operatrices & maxima ex parte ſacras:quo ſe multi cõferebãt viri & mulieres. Eam vrbẽ Strab.ait eſſe tanq̄ corinthũ alterã ad quã multi proficiſcebãtur ſacra peracturi,propter meretricũ multitudinẽ quæ Veneri erant ſacratę. Bellona in vtraq; vrbe in ſũmo habebaẽ honore. Strab.ait gen⁹ ſacrorũ fuiſſe illinc ab Iphigenia & Oreſte allatũ ex Scythia Taurica quę fuerant Tauropolę Dianę. Accenſas. aduerſum Iaſona. Primus. quia oẽs vna interierunt. In fluuium. quo puluerẽ ſudoreq; pelleret:ſeq; aqua luſtraret. Cyclops. qui fulmina Iouis fabricat in officina Vulcani. Amplexus. Ouid.ait. Grataneẽ Achiui:Victoreq; tenẽt:auidiſq; amplexibus hęrẽt. Haud tã. Iaſon a rege perfido ꝓmiſſum vellus petere dedignatus eſt:cũ quo pacẽ vltro petitam noluiſſet inire. Ambo. Iaſon propter negatum vellus regi minabaẽ.cõtra etiã Aeetes ſuapte natura immanis ꝓpter decus tantũ pręter ſpem cõparatũ.

Comani.

In vltimũ Val. Flac. Librum Aegidij Maſerij Argu.

Excedens Medea graui mœſtiſſima planctu
Opprimitur. Graio tandem iungenda marito
Effert virgineis medicamina ſæua caniſtris.
Serpens obruitur ſomno. Fuluo exuit ornum
Aeſonides auro. cedentes excipit Argo.
Frater in arma ruit. ripæ pater aduolat. auras
Queſtubus ipſa parens pulſat. volat aurea claſſis
Cyaneos linquens ſcopulos. connubia lęti
Aemonidæ celebrant:quæ Colchica nauis in enſes
Vertit. carceribus reuocat Saturnia ventos.
Mergitur Albanus. monitis ingratus Iaſon
Flectitur. hoc ſentit virgo:magnumq; minatur.

Aegidij Maſerij Pariſienſis in vltimum Argo. Commentarij.

AT trepidã &c. Sceleꝝ cõſciẽtia eſt quæ ſine teſte hominem iudicat. Nec cęrulei. quæ prius maris ꝓcellas expauerat. Nec ꝓcul. quę prius plurimum ſemota ab orbe Colchico Theſſalia viſa fuerat: nunc cenſetur proxima vſq; adeo patris iram reformidat. Quaſcũq;. ſeu periculum immineat. Quãcunq;. etiam ſi nõ foret diuina arte cõſtructa. Virgineis. quę virgini placuerant, & quibus virgo fuerat adornata. Complexa. prius diximus ceſſuros, fores, thoroſq; & quæ grata forent amplecti ſolitos. Crinemq;. Medea viſa ſibi fuerat inter dormiendum crines vellere, genas lacerare: quod nunc exequitur: priuſq; cedat. ea ſunt veſtigia ſomni, quæ repetebat.

Aeeta in vtroq; recto.

Aeeta. in vocatiuo, cuius rectus non eſt Aeetes nec Aeetas vt dictũ eſt. Nam protraheretur a in vocatiuo. Virgil. Vigilas ne deum gens Aenea: vigila. Idem. Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſupbo. Sed a recto Aeeta. Scio quoſdam in vocatiuo Anchiſa deducere a recto in a, quos nec mouet vltimæ ſyllabæ protractio. Priſcian⁹. in. vj. ait. a in recto cuius naturam ſequitur vocatiuus, corripi: quæ in græcis aliquot protrahitur: vt Nemea, tegea apđ Papiniũ quem citat. Nam ſi a in vocatiuo fuerit a recto in as, protrahitur: vbi vltima recti eſt longa vt calchas Calcha: vbi breuis, vocatiuus a corripit vt lampas lampa. Si

Calcha.

quis autem Calcha legerit vltima breui in vocatiuo, a recto eſt Calcha in prima declin. quã Plaut. adſeruaſſe oſtendit. Nouiſtin illam? noui cum Calcha ſimul. Cũ apud gręcos in quita deberet & in an & as vocatiuũ terminare: vt pallas pallan & pallas apud Virgil. o Palla cum genitiuus n t retinet. Non charior. Iubet deus mulieri vt patre relicto hęreat marito. Sed Iaſon non erat Med. Aeeta charior: cui nondum nupſerat. Tu precor. needum in patrem pietatem filia exuit. Melior. q̃ ego. Cætera pubes. Aegialeus Abſyrtus ve quem diximus ex Apollo. Phaetonta. Nunq̃ ſpernenda. non q; nunq̃ ſpreta fuerit: ſed non merita quæ deſpiceretur. Ciſtis. caniſtris. Hinc de-

Canephoros.

duximus canephoros. g. f. quę caniſtrifera in ſacris eſt quibuſdam. Diximus aliquos canephoram vſurpare, qui. F. Põp. habent auxi-

Canephora.

lio dicẽtẽ. Canephora eſt mulier quæ fert cannam. i. qualum: quod eſt ciſtę genus. Medicamina. philtra, hęrbas, & aconita, vñ recte addit letiferis ciſtis. Sinus. veſtes amplas & ſinuoſas. Monile. quo vſa eſt in Creuſam. Enſem. quo filiorum membra diſſecuit: & fratris ſecundum Ouidium. Ino. vxor Athlantis quæ Learcho & Euryclea cęſis cum Meli-

Eurycle a.



C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON LIBER OCTAVVS.

AT trepidã in thalamis
etiã ſua facta pauẽtem
Colchida circa oẽs pariter furięq; minęq;
Patris habẽt: nec cærulei timor ęquoris vltra.
Nec miſeræ terra vlla procul: quaſcunq; per vndas
Ferre fugã: quãcũq; cupit iã ſcandere puppem
Vltima virgineis tũc flens dedit oſcula vittis.
Quoſq; fugit cõplexa thoros: crinẽq; genaſq;
Ante per antiqui carpſit veſtigia ſomni.
Atq; hæc impreſſo gemuit miſeranda cubili.
O mihi ſi profugę genitor nunc ille ſupremos
Amplexus Aeeta dares: fletuſq; videres



Ecce meos. ne crede pater: non charior ille eſt:
Quẽ ſeqmur: tumidis vtinã ſil' obruar vndis.
Tu ꝑcor hęc lõge placid⁹ mox ſceptra ſenectæ
Tuta geras: meliorq; tibi ſit cætera pubes.
Dixit & Aemonio nunq̃ ſpernenda marito
Condita lethiferis prodit medicamina ciſtis:
Virgineoſq; ſinus: ipſumq; monile venenis
Implicat: ac ſęuũ ſup omnibus addidit enſem.
Inde velut torto furiarum erecta flagello
Proſilit: attonito qualis pede proſilit Ino
In freta: nec parui meminit conterrita nati:
Quẽ tenet extremũ cõiũx. ferit irrit⁹ iſthmos.
Iam prior in lucos curis vrgentibus heros
Venerat: & nemoris ſacra ſe nocte tegebat:
Tum quoq; ſiderea clarus procul ora iuuẽta.
Qualis adhuc ſparſis comitũ ꝑ luſtra cateruis
Latmius æſtiua reſidet venator in vmbra:
Dignũs amore deę: velatis cornibus & iam
Luna venit: roſeo talis per nubila ductor
Implet honore nemus: taléq; expectat amãtẽ.
Ecce autem pauidę virgo de more columbę:
Quę ſuper ingenti circũdata prępetis vmbra
In quẽcũq; tremẽs hoiem cadit: haud ſecus illa
Acta timore graui mediam ſe miſit. at ille
Excepit: blandoq; prior ſic ore locutus.
O decus in noſtros magnũ ventura penates:
Solaq; tantarum virgo haud indigna viarum
Cauſa reperta mihi: iãiam nõ vlla requiro
Vellera: teq; męę ſatis eſt vexiſſe carinæ.
Verũ age & hoc etiã (qñ potes) adiice tantis
Muneribus meritiſq; tuis: nanq; aurea iuſſi
Terga referre ſumus. ſocios ea gloria tangit.
Sic ait: & primis ſupplex dedit oſcula palmis.
Contra virgo iterũ notis ſingultibus orſa eſt.
Liquo domos patrias te ꝓpter: opeſq; meorũ.

certa in mare Ioniũ ſe dedit præcipitem. Nati Learchi. quem Ino territa patris manibus reliquerat ſumpto Melicerta qui deide dictus eſt Palemon. Zenodorus ait Athamanta Euricliam filiam inde Learchũ interfeciſſe ſubterfugiẽte Ino vxore cum Melicerta.

Learchus.

Iſthmos. Ino pręceps data appulit Megaras: & fili⁹ Corinthum. Illaq; dicta eſt a Megarenſibus Leucothea: Hic a Corinthijs Palemon. in cui⁹ honorem editos canunt poetæ Iſthmios ludos Rhod. multis explicat. lij. capi. lib. xj. quid ſit Iſthmon fodere.

Iſthmon fodere.

Clarus ora. ſynecdoche. Latmius. Endymion Aethlij Elidis regis filius Pęonis Epei & Aetoli pater: quẽ miro amore Luna cõplexa fingitur: q; primus vices Lunę & varietates indagarit. Multa ex Sappho, Nicandroq; Apoll. interpres collegit in quartũ de Endymionis philoſophia & Lunę amoribus. Heraſ. in prima chiliade prouerb. ait Endymiona ĩpetraſſe a Luna Ioue id ſinente vt perpetuũ dormiret ſomnũ: qđ & in prouerbiũ tranſijt.

Latmius ſomnus.

Latmius. a Latmio monte in Ionia. Strab. in. xiiij. ait circa Trageas inſulas quę ſtationes habent piraticas, Latmiũ eſſe ſinum. in quo eſt Heraclea oppidulũ: qđ prius dicebatur Latmius. quo etiã nomine fons imminẽs fuit: quẽ Hecateus putauit eũ eſſe quẽ poeta pediculorum mõtem appellauerit.

Latmius ſinus.

Iungit idem Strab. Endymionis ſepulchrum in quadã ſpelunca Latmij mõtis fuiſſe.

Endymionis ſepulcrum.

Dignus amore. propter miram ſpeciem, aut quia Lunę greges pauit. Velatis cornibus. fronte cornigera: qđ fuit pudoris argumẽtũ. Quinetiã veteres nõ ſolum facturi: ſed etiam quippiã parum pudice dicturi caput operiebant. Qđ Gell. li. xix. Socratẽ, inde Iulianum Rhetora feciſſe oſtendit, quo liberius amorem explicarẽt. Aut dicas Lunã deſcẽdere videri: quum ſublatis cornibus in cælo non apparet: aut in plenilunio neutro apparente cornu vt fabula nuda explicat, ruit ĩ amplexus Endymionis

Lunæ amor

Rhod. ait Lunam adamaſſe Endymiona: ex quo quinquaginta ſecũdum aliquos ſuſceperit filias. Pauſ. Aſterodiam, ſiue chromiã vel hyperippen dedit vxorem, filios vero Epeũ, Aetolum, Pęona, & filiam Eurycœdan. Cæl. lege cap. vij. lib. xj. loquentem de mutationibus lunæ, & nominibus, & quid ſit Phaſis in luna: & quot ſunt lunę Phaſes. Prępetis. Gel. ex Nigidio colligit prępetes dici aues quæ altius ſublimiuſq; volitent. Et ex Apollinare Sulpitio: quę exporrectas expaſſaſq; habent alas. Reperta. vt apud Ouidium. Tu non inuenta reperta es. Non vlla requiro. non peto vellera aurea præcipuã nauigationis cauſam ſed te ſolam. Quando tamen potes: & id munus adijce. qui nõnulla legũt, codicem ſequẽtes Bonoñ. veros ſenſus peruertunt. Socios. quibus mos gerundus eſt. & caute ſubiungit imperio Pelię & ſocijs ſatiſfaciendum qui ſola contentus Medea vellere ſibi opus nõ eſſe dixerat. Oſcula palmis. quę pudica ſunt. Regina loquor. Sabell. reponit vocor. Nemo tñ eſt (vt cõijcio) qui abſurdũ iudicet ſenſũ cũ loquor. Serua hãc. Eſto fidelis mihi quã abducis. Cętera ſunt ꝑ parẽtheſim legẽda. Ne quis dies. repudiũ metuit, quo accepto ad ſuos re-

Sen.lo.

dire cogatur: aut ne tandem patri reſtituatur. Flãmam conſpicit. locus iſte admonet apud Sen. legẽdum eſſe. Audijt ſonitum trepidante flamma. de quo ante nõ pauca. Vibrantes tenebras. quas illuminabat & vibrare faciebat lux oculorum ſerpentis peruigilis. Poli. qui rubur putabatur cæli eſſe, erat ſerpentis. Lugubre. qđ teſtatur luctũ. exiſtimabat forſan Iaſon cometam fulgere. Pauens. qui ad Medeę aduẽtum pauebat trepidante fuit oculorum acie. Exuuias. vellus aureum. Mergimus. male fuit ſuppoſitum mergitur. etſi dici poteſt cõgrue ſerpẽs mergitur oculos ſomno. imperſonale etiã interdũ iungitur accuſatiuo. Lego tamẽ mergimus vt verbo ſequenti reſpondeat in perſona. Subijt tum. Legũt alij Subijt vt virginis horror. Sicut apđ Oui. Subijt argẽtea proles. Carmina. Med. carmina fundebat Magiæ propria. Senec. in Oed.

Car.magica.

Carmẽq; magicum voluit: & rabido minax decãtat ore quicqd aut placat leues aut cogit

Rhombus.

vmbras. vtebaꝛ & Rhombo. Mart. Quę nũc theſſalico lunã deducere Rhombo. quod erat magicum inſtrumẽtum, quidam vocarũt corymbum. Apoll. interpres vocat rhombum rotulam quã loris diuerberantes circũagunt: atq; ſonum eliciunt. quo vſę ſunt in theſſalia mulieres veneficę. Propert. Deficiũt magico torti ſub carmine rhombi. vide Cęl. in. v. Pede. numero & ratiõe metrica a barbaris obſeruata.

Numeri ſacris apti.

Diuerſi ſunt numeri quibꝰ in ſacris vtũtur. Frequẽs eſt verſus Anapeſticus in ſacris Veneris vt docet Seruius in Virgil. Heroicus congruit oraculis, Trocheus inferis, mixtus iambicis dimetris trimetriſq; fit plerũq; verſus ſi de ſuperis inferiſq; agitur. Med. apud Sen. interdum vtitur anapeſticis Euripidijs. modo iambicis. Et in Hercul. fur. inuocatur ſomnus carmine Anapęſtico. Ciebat. vocabat, inuitabat.

Somni.
Cornu conſanguineus & natura.

Somne pr̄. apđ Pap. i. x. theb. & Ouid. in. xj. Meta. elegantiſſima eſt ſomni deſcriptio: ipſos lege. Tuo cornu. Sic Papi. cornu ſomno attribuit. Manꝰ hęc fuſos a tẽpore lęuo Suſtentat crines: hæc cornu oblita remiſit. Fratri letho. Virgil. Tum conſanguineus lethi ſopor. Ouid. Stulte quid eſt ſomnus gelidę niſi mortis imago. Et Sen. in Hercul. furẽt. Tuq; o domitor ſomne malorum, requies animi, Pars humanę melior vitę, volucer matris genus Aſtręę, frater durę languide mortis, veris miſcens falſa, futuri certus & idem peſſimus auctor. Pater o rerum, portus vitę, lucis requies, noctiſq; comes, qui par regi famuloq; venis, placidus feſſum, leniſq; foue Paui dum lethi genꝰ humanum cogis longam diſcere mortem. Simillime. eſt enim mortis imago. vnde ſomnũ dixere μικρον θανατον. Hom. quoq;. π. ιλ. ait υπνω και θαματω διδυμαοσιν οιραμιν ωκα. q; fratres gemelli fuerunt habiti. Plat. monente ſcimus inter mortuum & dormientem modicum eſſe interſtitium, & ex Ariſt. neq; omnino eſſe qui dormit, neq; non eſſe. vita nanq; eſt vigilia: quæ eo breuior, quo ſomnus longior eſt. illud celebre dictũ Ariſtonis Rhod. xvj. repe rit: q; breue admodũ viuendi tempus homini tributum eſt. Nam ſomnus veluti publi-

Nec iam nũc regina loquor: ſceptriſq; relictis
Vota ſeq̃r: ſerua hãc ꝓfugę (prior ipe dediſti
Quã) (ſcis nẽpe) fidẽ. di nr̄is vocibus adſunt
Sideraq; hæc te meq; vidẽt: tecũ æquora: tecũ
Experiar quaſcũq; vias: modo ne quis abactã
Huc referat me forte dies: oculiſq; parentis
Ingerat: hoc ſuperos: hoc te q̊q; dep̄cor hoſpes.
Hæc ait: atq; furens rapido per deuia paſſu
Tollitur: ille hęret comes: & miſeratur eũtem:
Cũ ſubito ingentẽ media inter nubila flãmam
Conſpicit: & ſæua vibrantes luce tenebras.
Quis rubor iſte poli? quod tã lugubre refulſit
Sidus ait? reddit trepido cui talia virgo.
Ipſius en oculos: & lumina torua draconis
Aſpicis: ille ſuis hæc vibrat fulgura criſtis:
Meq; pauens contra ſolã videt: aduocat vltro;
Ceu ſolet: & blanda poſcit me pabula lingua.
Dic age nunc vtrum vigilanti: hoſtẽq; videnti
Exuuias auferre velis: an lumina ſomno
Mergimꝰ: & domitũ potiꝰ tibi tradimꝰ ãguẽ.
Ille ſilet tantus ſubiit vt virginis horror.
Iamq; manus Colchis crinẽq; intẽderat aſtris
Carmina barbarico fundens pede: teq; ciebat
Somne pater: Somne oĩpotẽs te Colchis ab oĩ
Orbe voco: inq; vnũ iubeo nũc ire draconem:
Quæ freta ſępe tuo domui: quę nubila cornu.
Fulmina: q̃ & toto q̃cqđ micat æthere: ſed nũc
Nũc age maior ades: fratriq; ſimillime Letho.
Te quoq; Phryxęę pecudis fidiſſime cuſtos
Tempus ab hac oculos tandẽ deflectere cura.
Quẽ metuis me inſtãte dolũ? ſeruabo parũper
Ipſa nemus: longum interea tu pone laborem.
Ille haud Aeolio diſcedere feſſus ab auro:
Nec dare permiſſæ (q̃uis iubet) ora quieti
Suſtinet: ac primi percuſſus nube ſoporis



Horruit: & dulces excuſſit ab arbore ſomnos.
Contra tartareis Colchis ſpumare venenis:
Cunctaq; lethęi quaſſare ſilentia rami
Perſtat: & aduerſo luctantia lumina cantu
Obruit atq; omnem linguaq; manuq; fatigat
Vim ſtygiã: ardẽtes donec ſopor occupat iras.
Iamq; altæ cecidere iubæ: nutatq; coactum
Iam caput: atq; ingens extra ſua vellera ceruix.
Ceu reflueẽs padus: aut ſeptẽ ꝓiectus in amnes
Nilus: & heſperiũ veniens Alpheus in orbẽ.
Ipſa caput chari poſtq̃ Medea draconis
Vidit humi: fuſis circum proiecta lacertis:
Seq; ſuumq; ſimul fleuit crudelis alumnum.
Non ego te fera talem ſub nocte videbam
Sacra ferens: epulaſq; tibi: nec talis hianti
Mella dabam: ac noſtris nutribã fida venenis.
Qꝫ grauida nunc mole iaces: q̃ ſegnis inertem
Flatus habet: nec te ſaltem miſerande peremi.
Nę ſæuum paſſure diem: iam nulla videbis
Vellera: nulla tua fulgentia dona ſub vmbra.
Cede deo: inq; aliis ſenium nunc digere lucis
Immemor oro mei: nec me tua ſibila toto
Exagitent infeſta mari. ſed tu quoq; cunctas
Aeſonide dimitte moras: atq; effuge raptis
Velleribus. patrios extinxi noxia tauros:
Terrigenas infeſta dedi: fuſum ecce draconis
Corpꝰ habes: iãq; omne nefas: iã ſpero peregi.
Quęrẽti tunc deinde viã: qua ſe arduus heros
Ferret ad aurigerę caput arboris. eia ꝑ ipſum
Scãde age: & aduerſo greſſꝰ ait iprime dorſo.
Nec mora fit dictis: fidens Cretheia proles
Calcat: & aeream q̃uis perfertur ad ornum:
Cuius adhuc rutilam ſeruabãt brachia pellem
Nubibus accenſis ſimilẽ: aut cũ veſte recincta
Labitur ardenti Thaumãtias obuia Phœbo.

canus dimidium aufert. & dictũ Gorgię, Sopor apud fratrẽ me iam deponere adortꝰ eſt. Tempus. ſ. eſt. Permiſſę. quũ peruigil nequiuiſſet priꝰ dormire. At primi. Legi poteſt ac primi. Silẽtia. quæ ſunt circa ſomnũ. vt canit Papi. Rami lethęi. Id ex Virgil. eſt in. v. Ecce

Ramꝰ lethęus.

deus ramũ lethęo rore madentem. Vtq; ſoporatum ſtygia ſup vtraq; quaſſat Tẽpora. Lingua. qua verba fundebat. Manu. qua ſigna quędam faciebat & cõtrectabat. Obruit lumina. oppreſſit oculos graui ſopore. ne legas horruit. Iubę. ad ſerpẽtem nota iubam referri.

Padus.

Padus. ingens Italię fluuius: quem dicunt Eridanum, ſepiſſime imbribus & niuibus creſcẽs, inquit Strab. in. v. Is in multas partes effuſus eruptionibus occultum efficit oſtium. Seruius in. vj. Virgil. non pauca de Eridano

Nili oſtia.

affert. Nilus. ſeptẽ habet oſtia, Canopicum, Sebẽniticum, Phatniticum, Mendeſium, Taniticum & Peluſiacum.

Alpheus.

Alpheus. veniens ab Elide. Heſperiũ. Italicum & Siculum. Nam etſi diuiſa eſt Sicilia ab Italia, quę iuncta priꝰ fuerat Brutijs, inquit Pli. in tertio, tamẽ de orbe Italico agi videꝛ. Fabulanꝛ poetæ Alpheũ Arethuſę amore flagrantẽ eam vſq; ad Siciliam per meatꝰ ſubterraneos ſecutum. Lege Ouid. v. Met. De hoc ita Virgil. Alpheum fama eſt huc Elidis amnẽ Occultas egiſſe vias ſubter mare: qui nunc Ore Arethuſa tuo ſiculis confunditur vndis. Seq; ſuumq;. Legunt alij Se ſęuũq;. Mella dabam. Val. in primo. Et dabat heſterno liuentia mella veneno.

Nutribam.

Nutribam. pro nutriebam. vt apud Virgil. in. vij. Certatim ſquãmis ſerpẽtum aureq; polibãt. Fida. quę olim fida te veneno nutriui, modo perfida in ſoporẽ morti ꝓximũ reſoluo: aut cũ alijs loquẽdo, interimo. quod Diod. in. v. aſſeuerat.

Segnis.

Segnis. lentus & etiam ſine igni. nã flammas prius vomuerat. Saltem. ad Gell. recurre. Non peremi. Diodoro non accedit poeta. Ne ſęuum. ſunt qui habent nec ſęuũ paſſura. & ad Medeam referunt: quæ conſciẽtię ſtimulo agitata ſi ſerpẽtem fidum velleris cuſtodem, diuinitus miſſum, Marti ſacrum interfeciſſet, non ſine luctu vitam egiſſet. Sunt qui habẽt Ne ſęuum paſſure diem. referentes ad ſerpentem qui diem vtiq; nõ paſſurus erat ſęuum: cum ſublato vellere nulla ſupeſſet cauſa ꝑuigilij & inſomnij. Aut Nę dicas, ſi ſerpẽtem vis ſignare paſſurũ diem ſęuum vbi vellus raptum cognoſcet. Cede deo. ſomno. Senium. quod deponunt exuta veteri pelle.

Epilogus.

Patrios. beneficiorũ ſuccincta collectio ſub epilogo: cuius pars eſt anacephaleoſis. Item amplificatio & commiſeratio. Nec verba deſunt ornata & grauia affectus mouentia iuxta pręceptum Quintil. in. vj. & Cic. in. ij. ad Herennium.

Eia.

Eia per ipſum. vltima corripitur in eia. vt Quintia. hunc citãs locum recte monuit. Cretheia proles. Iaſon. Aeream q̃uis. quantũuis excelſam. Brachia. rami. Thaumantias.

Iris.

Iris. arcus dicitur ex ſolis radio nubi caue immiſſo factus. vnde nunc poeta Obuia phœbo. Et Lucret. in vlti. Hic vbi ſol radijs tempeſtatem inter opacam Aduerſa fulſit nimborum aſpergine contra, Tum color in nigris exiſtit nubilus arcus Nubibus accenſus.

Aurei velleris receptio.

Vix reddidit. quę idigne ferebat vellus Phryxi tādiu ſeruatū tolli. Cum gemitu. qm̄ inſonuit ramus forſan fragorē retinēs, aut more poetico arborē animauit. Triſtes tenebrę. fulgētiſſimo vellere ſublato. Triſtes. vt lux oculis lęta eſt, ita tenebrę triſtes. Ora. oſtia Phaſidis. Micat. illuſtratus fulgore auri. Villiſq; comātē. Codex Bonoñ. male receptū habet nullis. & ſignaī vellus. Talis. qualis redibat Hercules a Nemea cū pelle leonis, talis Iaſon cū vellere aureo a luco Martis. Gaudens ratis. quā diximus animatā. Victor. voti compos. Frater. Abſyrtus. Inflexit. neutrū eſt: niſi dicas hunc. ſ. patrē qui a filio excitatus in arma venit ad littus: qđ Diod. in. v. recitat. Nam & illic cæſus eſt. placet tamen hinc legere q; ſe-

Mater Medeę

nio fractus eſſet, licet æui immemor ad littus venerit. Bello. militibus armatis. Mater. Hecate, vt placet Diod. vł Idyia vt tradit Heſiod. aut Hipſea vt vult Ouid. Nō erat Aeetes ad quē deſperta veniret. Nō Hipſea parens Calciopeq; ſoror. Soror. Calciope vxor Phryxi. Nata potes. tuis. ſ. carminibus. Hic. in hoc regno Colchico. Barbara. O Medea quā dicent Barbarā mulieres Theſſalicę. Sic ab Hipſiphile Barbara narratur veniſſe venefica tecū. Vo-

Muliebre votum.

lucris. vtinā eſſem in volucrē cōuerſa vt poſſem vnguib⁹ ora Iaſonis laniare. Tyrāno. regi Styro. Hoc furto. nō iuſſit Medeā tolli cū vellere. Si quid ſup. ſi quid reſtat aut ſupereſt Quod nulę. ſigna erant amātis. Conſideret. a conſido. dis. Aura. ventus erat redeuntib⁹ Argon. gratiſſimus. Et notæ. ſenſus. Argonautis terrę cognitę poſt tergū relinquebanī. Tranſcurrere. tranſcurrebāt. Aeſonidę. ab Iaſone qui dux erat, cęteros Minyas vocat Aeſonidas Val. aut ponatur in genitiuo. vos cōtēti vellere Iaſonis. qđ placet. Cyaneas. Symplegadas rupes. Pater. honoris gr̄a, & qa pręfuerat arti quā alios edocuerat. Eluctanda. ſūmo conatu ſuperanda. debemus altera redire via. Eluctari eſt vitare & luctādo vicere. Iſtri.

Eluctari. Iſter.

Iſter teſte Gell. etiam Iſtrus dicit̄ in Europa fluēs non paruus inter alios fluuius, Nilo magnitudine pximus. Qui res geſtas Alexādri

Flu. maximi.

cōſcripſere Gangē præpoſuerunt, poſtea Indum, dein Iſtrum, ex quatuor nouiſſimū poſuere Nilum. Per hunc Iſtrū rediere Argo. in-

Saus. Nauportus.

de Saum Pannoniæ fluuiū ingreſſi aduerſo flumine vſq; Nauportum: qui locus inde nomē traxit. quaſi nauis portus. Et quū Adriaticū pelagus Argo. veniſſe loca pleraq; teſtētur, dixerunt quidā inter quos Theopompus

Iſtro an in Adriaticū ſit tranſitus.

& Eratoſthenes Danubiū ſeu Iſtrū in Adriaticum mare vno irruere oſtio. Subiunguntq; aliqui q; a Danubio tria manant flumina: ex quibus Nar ſecus Apolloniam, Aeas per Lyburniam, & Iſter alter a maiori in Iſtriam labuntur. Quin & Pompo. inquit. Per Iſtros Iſtrum qui in pontum labitur & a quo Iſtria dicitur. probātq; Colchos fuiſſe Iaſona vſq; Cretam Italiam & Adriam inſectatos. qui in traiectu illyrico amiſſis nauigijs aut ſpe reditus ſublata Polam conſtruxerunt. Volaterra. ait veniſſe per Iſtrū in Sai fluenta, inde Nauportum inter Aemoniam alpeſq; orientem. Euſtathi. quoq; Theopompum Eratoſthe-

Corripit optatum decus: extremūq; laborem
Aeſonides: longoſq; ſibi geſtata per annos
Phryxææ monimēta fugæ vix reddidit arbor
Cum gemitu: triſteſq; ſuper coiere tenebræ.
Egreſſi relegunt campos: & fluminis ora
Sūma petunt, micat oīs ager: villiſq; comātem
Sidereis totos pellem nunc fundit in artus:
Nunc in colla refert: nunc implicat ille ſiniſtrę.
Talis ab Inachiis Nemeæ Tirynthius antris
Ibat adhuc aptans humeris capitiq; leonem.
Vt vero ſociis qui tunc prędicta tenebant
Oſtia: per longas apparuit aureus vmbras:
Clamor ab ęmonio ſurgit grege: ſe q̊q; gaudēs
Promouet ad primas iuueni ratis obuia ripas:
Pręcipites agit ille gradus: atq; aurea miſit
Terga prius, mox attonita cū virgine puppem
Inſilit: ac rapta victor conſiſtit in haſta.
Interea patrias ſæuus venit horror ad aures
Fata domus luctūq; ferens fraudemq; fidemq;
Virginis. hinc ſubitis inflexit frater in armis.
Vrbs etiam mox tota coit: volat ipſe ſenectę
Immemor Aeetes. complentur littora bello:
Nequicq̄: fugit immiſſis nā puppis habenis.
Mater adhuc ābas tēdebat in ęquora palmas:
Et ſoror: atq; omnes aliæ matreſq; nuruſq;
Colchides: æqualeſq; tibi Medea puellę.
Extat ſola parens: impletq; vlulatibus auras.
Siſte fugā: medio refer huc ex ęquore puppē:
Nata potes. q̊ (clamat) abis? hic turba tuorū
Omnis: & iratus nōdum pater. hęc tua tellus:
Sceptraq;. quid terris ſolam te credis Achęis?
Quis locus Inachias inter tibi barbara natas?
Iſta ne nota domus? expectatiq; hymenęi?
Hūc petii grādęua diē? vellē vnguibus vncis
Vt volucris poſſem prędonis in ipſius ora



Ire: ratemq; ſupra: claroq; repoſcere cantu
Quā genui. Albano fuit hęc promiſſa tyrāno:
Non tibi: nil tecum miſeri pepigere parentes
Aeſonide. non hoc Pelias euadere furto
Te iubet: aut vllas Colchis abducere natas.
Vellus habe: & noſtris ſi qd ſup accipe tēplis.
Sed qd ego quēq̄ immeritis incuſo querelis?
Ipſa fugit: tantoq; (nefas) ipſa ardet amore.
Hoc erat infelix (redeunt nam ſingula menti)
Ex quo Theſſalici ſubierunt ęquora remi:
Q; nullę te nata dapes: non vlla iuuabant
Tēpora: nō vllus tibi tum color: ęgraq; verba:
Erranteſq; genæ: atq; alieno gaudia vultu,
Semper erant: cur tanta mihi nō pdita peſtis:
Vt gener Aeſonides noſtra conſideret aula:
Nec talem paterere fugam? cōmune fuiſſet
Aut certe nunc omne nefas: iremus & ambæ
In quaſcūq; vias: pariter petiiſſe iuuaret
Theſſaliam: & ſæui quæcūq; eſt hoſpitis vrbē.
Sic genitrix ſimiliq; implet ſoror oīa queſtu
Exululans. famulæ pariter clamore ſupremo
In vacuos dāt verba notos: domināq; reclamāt
Nomine. te venti procul & tua fata ferebant.
Inde diem: noctemq; volant: redeuntibus aura
Gratior: & notæ Minyis tranſcurrere terræ:
Cum ſubito Erginus puppi ſic fatur ab alta.
Vos ait Aeſonidę contenti vellere capto:
Nec via quæ ſuperet: nec quę fortuna videtis.
Craſtina nanq; dies trucis ad confinia ponti
Cyaneaſq; vocat. meminiq; o Tiphy tuorum
Saxa per illa pater: memini venerande laborū.
Mutandum o ſocii nobis iter: altera ponti
Eluctanda via: & curſu quē fabor eūdum eſt.

nemq; defendēs ait eo tempore quo nauigārunt Argo. Iſtrum habuiſſe aditum ad mare Adriaticum, poſtea præcluſum ſiue mutatū.

Iſtri curſus mutatus.

Cui adſtipulari videtur Pōp. Mel. auctor nō prorſum abijciendus dicens. Amnes autem Aeas, Nar, & Danubius: qui iā dict⁹ eſt Iſter. Sed Aeas ſecundū Apolloniū, Nar inter Pireos & Lyburnos, per Iſtros Iſter emittit̄. Id quoq; Cornelius Nepos padi accola aſſeruit quib⁹ refragatur Strab. Pius Pap. cap. xviij. in Europea deſcriptione ait. Iſtriam ab Iſtro amne dictā ferunt: quē a Danubio in Adriā fluere falſo crediderunt. Citatq; verba Pli. cuius nomē ſubticet, ex cap. xvij. lib. iij. qui deceptum inquit fuiſſe Corneliū Padi accolam. Nullus ſiquidem ex Danubio amnis ī mare Adriaticū effunditur. Deceptos autē (inquit Plin.) credo, qm̄ Argonauis flumine in mare

Cornelij erratum.

Adriaticum deſcendit: nec procul Tergeſte: nec iam cōſtat quo flumine. Et ſubdit. Humeris tranſuectam diligentiores tradunt: ſubijſſe aūt Iſtro, deīde Sao, dein Pāporto (cui nomē ex ea cā eſt) inter Aemoniā & alpes exoriēti. Strab. ponit Naupōt⁹: ſed & Pāport⁹ in quarto. inde Adriaticū p qđ mare nauigaſſe

Naupontus Pamportus.

ōndit Argo. qđ repetit Volat. ſubiūgēs Dionyſ. poetā Iſtrū dixiſſe pētiſtomū. Herod. vero Heptaſtomū ſeu επταρροομ, ſeptifluū. Herod. ſane verba ſūt ī Melp. Iſter qnq; oſtia habet. nuſq̄ alibi. vij. inueni apđ Herod. de quo mox.

Iſter ſeptiflu⁹. Iſtri oſtia quinq;.

Sed contra Pli. Straboneq; ait Iſtrū ex mōtibus hyperboreis currentē per Scythiā & thraciā diuidi: cuius pars pontū, pars Adriaticum petit. Sunt qui putant Iſtrum non ſolum in pontum: ſed etiam Męotida illabi. qđ negat Strab. in primo dicens in pontū dūtaxat fluere. Dionyſ. lib. de ſitu orbis ſecus ſentit. Boccat. Pli. ſequitur dicens. Sunt qui credunt ex Danubio ramū progredi qui vocatur Iſter: & ab eo Iſtriā denominari. p quē Iaſon ex Colchis veniens in Adriaticū nauigio penetrarit. qđ ridiculum puto. Dicemus itaq; cū Strab. & Pli. Argo. Iſtrū ingreſſos Saum veniſſe, inde Nauportum, tandiu Minyis iter peragentibus q̄diu potuere. inde mōtibus nauigationi obſtātibus Argo humeris ſuppoſuerunt: & per proximos colles ipſam portātes in Iſtrū Ciſalpinū ſeu mauis cū Pio & alijs in Adriaticū pelagus deuenerūt.

Argoę nauis tranſportatio

Iaſonis autem in Italiā aduentū quędā circa Ceraunios & Adriam ſigna pbant. Et in Poſidoniate ſinu & circa Hetruſcorū inſulas errantū Argo. mōſtrātur indicia.

Iaſonis in Italiā aduentus ſigna.

Et planctas petras (de quibus ante) Argo. canit euaſiſſe Hom. Addūt alij Iaſona vbi in Illyriam puenit dono tripoda dediſſe qui nō ſinebat vrbē in qua erat verti in prędā hoſtiū.

Tripos mirabilis. Saus flu.

Saus autē fluuius q in Danubiū labit̄, ab alijs dicit̄ Sauus, a qbuſdā Sabus. vñ Strab. in. vij. Naupōto pxim⁹ eſt flu. Corcoras, qui onera excipit. Hic ſane Sabon intrat, ſabuſq; in Drabon, qui in Noaron penes Segeſtan: qui Calapi ex mōte Albio fluēte ſuſcepto ingreditur Danubiū. Hęc ipſa nauigatio magna ex parte p fluuios in Aquilonem ex Tergeſta in Danubiū curſum habet p ſtad. circiter mille ac. cc. Apoll. in quarto longiorē per Libyā ſyrtes & Sirenas proſequitur nauigationem. quin & Argo. monuerat Chiron vt Orphea licet debilem, vaticinio tamen & cantu pręſtātem nauigationis comitem ſuſciperent. Nec enim aliter Sirenas vitare dabatur vt diximus.

Orpheus iteȝ Argon.

Haud ꝓcul hic ingēs Scythici ruit exitꝰ Iſtri,
Fundere nō vno tantum quem flumina cornu
Accipimus. ſeptē exit aquis: ſeptē oſtia pādit.
Illius aduerſi nunc ora petamus & vndam:
Quę latus in lęuum pōti cadit. inde ſequemur
Ipſius amnis iter: donec nos flumine certo
Perferat: in q; aliud reddat mare: ſint age tanti
Aeſonide quæcunq; moræ: q̃ ſæua ſubire
Saxa iterum: q̃ Cyaneos perrumpere montes.
Sat mihi non totis Argo redit ecce corymbis.
Hæc ait ignarus fixas iam numine rupes
Stare: neq; aduerſis vltra concurrere ſaxis.
Reddidit Aeſonides: & te fidiſſime rector
Haud vani tetigere metus: nec me ire recuſo
Longius: & cunctis redeuntē oſtendere terris.
Protinus inde alios flectunt regeſq; locoſq;:
Adſuetūq; petunt pluſtris migrātibus ęquor.
Puppe ꝓcul ſūma vigilis poſt terga magiſtri
Hęſerat auratę genibus Medea Mineruę.
Atq; ibi deiecta reſidens in lumina palla
Flebat adhuc: q̃q̃ Aemoniis cū regibus iret:
Sola tamen: nec coniugii ſecura futuri.
Illam Sarmatici miſerantur littora ponti.
Illa Thoantęę tranſit deflexa Dianæ.
Nulla palus: nullus ſcythię non mœret eūtem
Amnis: Hypboreas mouit cōſpecta pruinas
Tot modo regna tenēs. ipi q̃q; murmura pōti
Iam Minyę iam ferre volunt: vix alleuat ora
Ad feras ſiquando dapes: quas charus Iaſon
Ipſe dabat: iam nubiferam tranſire Carambin
Significans: iam regna Lyci: totieſq; gementē
Fallit: ad Aemonios hortatur ſurgere montes.
Inſula Sarmaticæ Peuce ſtat noīe nymphæ;
Toruus vbi & ripa ſemper metuendus vtraq;
In freta per ſæuos Iſter deſcendit Alanos.

Cornutus Oceanus. Cornu. cornutū fingūt poetę Neptunū ſeu
Oceanū propter flumina in mare defluētia q̃
videntur eſſe cornua & rami æquoris. hinc oia
fingunt cornigera flumina. alij ꝓpter vndarū
ſonitus mugitibꝰ boum ſimiles. vt ante dictū
Iſtri oſtia. eſt. Non vno cornu. non vno oſtio & alueo.
Septē. Ephorus (inquit Strab.) credidit Iſtrū
ſolum quinq; oſtijs conſtare. Sic Dionyſ. de
ſitu orbis, & Herod. dicit Iſtrum fluuiorū ma
ximū, quū quinq; numero fluuij in eum influ
ant qui illum reddunt nauigabilē & ingētem.
Vnus eſt πορετοσ: quē Scythę vocant Pora-
ta, Tiarantus, Ararus, Naxares, & Ordeſſus
In gręco exemplari habetur ματαριό και ορ-
Augmenta. δισοσ. Alij etiā fluuij ex diuerſis regionibꝰ
Iſtrum influūt: qui. lx. numero oēs in pōtum
funduntur. ſibiq; parē ſemp oſtendit. Strab.
cum poeta (Hom. dico) vij. dat oſtia. quorum
maximū eſt Hieroſtoma: ad qđ ſtat Iſtropo-
lis ſeu Iſter. Per illū dicūt nauigationem eſſe
ad Peucen. Plin. ca. xij. lib. iiij. oſtia Iſtri nomi
Peuce. nat. vj. Peuces primum eſſe ait, ſecundum di
citur Naracuſtoma, tertium Caloſtoma, quar
tū Pſeudoſtoma, quitum Boroſtoma, ſextū
Spireoſtoma. Corruptius nominātur a Boc-
cat. Nam apud illum primum eſt Peucos, ſe-
cundum Varatuſtoma, tertium Calauſtoma,
quartum Pſeudoſtomon, quintum Bonoſto
mon, ſextum quidē Spireboſtoma. Septimi
oſtij nomē nō habemꝰ inquit. vnde fit vt Vo
lat. ſex aliquādo habere dicat. Hermol. apud
Boreoſtoma. Pli. legendū recte monuit Boreoſtoma quaſi
os ſeu oſtium aquiloniū a borea, qui aquilo
eſt. & idē monet. iiij. ca. li. v. etiā legendū ab eo
dem Borea Boriū nō Burion. Ammianus in
Stenoſtoma. ſuper acute ſimul & erudite Stenoſtoma ſcri-
pſit. qđ cæteris ſit anguſtius minuſq;. ϛεροσ
eñ anguſtus dicitur: a ϛερω arcto. Oritur au
tem ingens iſte flu. iuxta Sueuos, & ſyluam
Herciniam ex iugis Arnobi mōtis Rhetios
Vindelicos Noricoſq; & Pannonas ſuperio-
res a Sarmaticis mōtibus & Germania ſepe-
rans. Inde per inferiorē Pannoniā & Iazigas
Metanaſtas fluens iuxta Taurinum recipit
Saum: & vbiq; nouis creſcens flu. per Myſiā
ſuperiorē fluens nomē retinet donec ad præ-
cipites decurſus quos vocant cataractas, &
Axium. Axium Dacię ciuitatem peruenerit. tunc eñ
perdito nomine Iſter vocatur: & quum Iodi-
num illapſus eſt primā facit fectionē. Ponti
Euxini. Lęuū. habito reſpectu ad vltimū vt
Thiagole. vult Ptol. oſtium Iſtri Thiagolen. quā a Col-
chis nauigātes (ſi Peucen ingredi contendūt)
in dextro dicūt latere. Alias enim Colchis re-
deūtes ſi inter ſymplegadas nauigatio eſt in
dextra parte Iſtrum cum oſtijs relinquūt. Mo
do cancrina non ſit ex Argo. ſeu aliorū nau-
tarum ſeſſione interpretatio. Amnis. Iſtri &
Saus. Danubij. Flumine certo. Saum ſignat poe-
ta: quem vt diximus Argo. iuxta Taurinum
ingreſſi ſunt. Aliud mare. Adriaticū. ſ. Sint
tanti. Præſtat diutius ſine periculo declina-
tis ſymplegadibus immorari: q̃ in eas feſti-
nantes incidere. Tanti. tanti vſus & vtilitatis.
Sat mihi. nos opꝰ eſt nos tali exponere peri-
culo i quo perire poſſunt aliqui. Satis eñ eſſe
nobis debet ſi Iphis, Cāthus, Idmonq; interi



Soluere in hoc tādē reſides dux littore curas:
Ac primum ſocios auſus ſua pacta docere:
Promiſſamq; fidē thalami: fœduſq; iugale.
Vltro omnes læti inſtigāt: meritamq; fatētur.
Ipſa autem inuitæ iam Pallados erigit aras:
Incipit Idalię numen nec ſpernere diuæ,
Pręcipueq; ſui ſiquando in tēpore pulcher
Coniugii Minyas nunq̃ magis eminet inter:
Qualis ſanguineo victor Gradiuꝰ ab Hebro
Idalium furto ſubit: aut dilecta Cythera:
Seu cum cæleſtes Alcidę inuiſere menſas
Iam vacat: & feſſum Iunonia ſuſtinet Hebe.
Adſunt vnanimes Venꝰ hortatorq; Cupido.

erūt, & Herculis patimur abſentiam. Corym- Corymbus.
bis. Poſſumus intelligere roſtrum nauis: vt
dictum eſt. Rhod. in. v. oſtendit Rhombum
ſecundum aliquos dici ab Athenienſibus co
rymbum. Ignarus. Ideo forſan a Senec. di-
ctū eſt. Liquit indocto regimē magiſtro. Cū-
ctis terris. Nam in Aſia viſus vbi raptū vel-
lus: in Africa vbi perijt Canthus teſte Apol.
in Europa vnde ꝓdierat. Vigilis. Epitheton.
in quacunq; quis arte magiſter eſt vigil eē de
bet. Sarmatici ponti. Secundum Ptol. deſcri-
ptionem Sarmaticū mare a Colchide eſt plu- Sarmaticum
rimum remotum qđ Auſtrum verſus habet mare.
Sarmatiam Europeam: Boream verſus ha-
bet Daciam & Norvegiam: ad occaſum iun-
gitur germanico mari: ad ortū habet Aorſos
longiuſq; Hyperboreos. Sed pontum dixit
Sarmaticum ad quem protenditur Sarmatia Sarmatia eu-
etiam Europea. nam teſte Ptol. Sarmatia Eu- ropea.
ropea clauditur mari Sarmatico a Septētrio-
ne, Germania ab occaſu, ab Auſtro pontico
littore & Taurica Cherſonneſo, ſinuq; Carci-
nitico. Thoantææ. Intelligit Tauricā: in qua Taurica
colebatur Diana hoſpitū cruore honorari ſo-
lita. In hanc diximus Thoanta Hypſiphiles Thoas.
auxilio liberatū veniſſe: qui fuit Bacchi filius.

Alter fuit Achaicꝰ teſte Democrito: qui draconem domi diu fouit. Is deinde ſentiens admodum eſſe periculo-
ſum domi draconem alere, in ſolitudines protulit: rediensq; in lattones incidit: cui in tēpore ſerpens cognita pue Serpentū gra
ri voce ſubuenit. inquit Pli. Narratur & de Aiace Locrenſi q ſerpentem habuit cicurem & manſuetum: cū quo titudo.
bibebat verſabaturq;. Hyperboreas. Ad id reſpicitur qđ Apol. de Iſtro cecinit ex Hyperboreis montibus fluen Hyperborei.
te. Mouit. Licet rigor ſit in eis. Murmura. Quo ſecurior eſſet. Siquando. Siquando opus eſt corpus cibo foue
re vix audent oculos tollere. Carambim. Promōtorium eſt Paphlagonum inquit Pli. in. viij. de quo ante. Signi
ficans. Vt fronte lętior foret. Lyci. Qui rex erat Mariandinorum. Et Aemonios. Legēdum eſt ad, vbi & ſuppo
ſitum. Peuce. Inſula eſt a nomine inquit Val. Peuces virginis quam iſter compreſſit. Deducunt alij a Peucis. i. Peuce.
muricibus in eum locum confluētibus. Iſtri filios dicit fuiſſe Steph. Nig. Helorum & Acteum. Domit. in. v. lib. Iſtri filij
Syl. Pap. Ante ſeptenus habebit Iſter & vmbroſo circūflua gurgite Peuce. ait Peucen puellam nupſiſſe Iſtro.
Alanos. Sunt qui alumnos habent. intelligant ergo accolas Iſtri. crediderim tamen veriorem eſſe dictionē Ala- Alani.
nos. Iuuat me Dionyſ. de ſitu orbis dicens Iſtrum multis conualeſcentem fluminibus ſpumoſum & multa ca- Iſtri curſus.
ligine obtectum prope Peucen per quinq; ingentes alueos in Euxinum proripi: Qua ſe ad Boreā reflectit mul-
tas ac varias nationes irrigare quouſq; ad oſtium Męotidos paludis peruenerit. Nam Germanos primum per
lambens Sarmatas deinde ſecat. Tum vero Getas ac Baſternas inundans qui ad Oceanum ſunt verſi, Dacis
facultatem adauget. Neq; minus ad Alanos & Tauros præterfluens omnibus nauigandi facultatem per conti-
nentem præſtat. Quidam ponūt in Dacia. Ptol. vero in Scythia & Sarmatia Europea locat. ait enim in. vj. Mō-
tes Scythiæ intra Imaum montem inſignes ſunt magis orientales: & qui appellantur Alani. & paulopoſt. Colūt
hunc Scythiam omnem verſus ſeptētrionem prope terram incognitam: qui cōmuni vocabulo Alani Scythæ
nominantur, & Suebeni, & Alanorſi. In tertio vero, poſt Bodinum mōtem Alanum: poſt Peucinos Baſternas
Rhoxabanos Anaxobioſq; locat Alanos Scythas. niſi quis dicat Alaunos hic legendum: vt codex oſtendit.
Pli. tamen & Dionyſ. maculam facile tollunt legentes Alanos. Alaunus autem eſt flu. Albionis ſeu Britanniæ Alaunus.
inquit Ptol. & Alana vrbs Noricorum. ſed nihil ad rem. Non me ꝓterit Volat. Ptol. citare: quem ait Alanos po-
ſuiſſe in Scythia intra Imaum: quod inficior minime: ſed & in Sarmatia conſtituiſſe credo. forſan diuerſos ſen-
ſit Alaunos eſſe alios ab Alanis. Inſuper cum Sarmatię meminerit, & Alaniam ſubiungit recte: cum etiā Mart.
dicat. Nec te Sarmatico tranſit Alanus equo. inuentum forſan prius Alaunos aliquis in Alānos vertit. Meri-
tam. Dignam cui promiſſa fides ſeruetur. Palladis. Quæ virginitatis vincula erant ſoluturæ Dianæ virgini ſa- Virginū ritus.
cra faciebant quaſi veniam implorantes q e virgineo cedebant conſortio: quod nūc Med. Palladi exhibet quū Idalium.
perpetuam ſeruarit virginitatem. Idalię. Veneris a nemore Idalio quod eſt in Cypro dictę. Virg. Qualiter Idaliæ
volucres. i. columbę Veneri ſacræ. Non ſpernere. Qđ priꝰ exhorruerat virgo ignium neſcia. Pulcher. Iaſon. Tē-
pore coniugij. Tunc enim amantes vt ſponſis gratiores ſint ſe maxime ornant, comūt, & perbelle excolunt. Sā
guineo. Rubenti cęſorum ſanguine tincto. Idalium. Nemus Cypri. Cythera. In plurali inſula Veneri ſacra in Cythera.
Myrtoo mari, inquit Strab. Virg. Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos: atq; Cythera Idaliumq; nemus. Alcidę.
Qui tandem cęlo admiſſus factus eſt gener Iunonis. Vacat. Imperſonaliter. curę eſt Herculi aut ocium eſt. Virg. Vacat.
Et vacet annales noſtrorum audire laborum. Hebe. Iunonis filia Herc. vxor iuuentutis dea. Hanc dicunt pocu Hebe.
lis Iouialibus præfectam cum pudendas partes concidens ſuperis oſtendiſſet officio amotam: cuius loco Ga-
nymedes ſubrogatus eſt.

Suſcitat affixam mœſtis Aetida curis.
Ipſa ſuas illi croceo ſubtegmine veſtes

Suſcitat. Quā prius curæ agitarant, & in lā
guorem extremum traxerant, nuptiæ ſuſci-
tant. Coronam. De hac ante non pauca tradi Siſymbria fo
ta ſunt. Sunt qui Siſymbria dicant folia ex lia.

Induit:ipſa ſuam duplicem Cytherea coronã
Donat:& arſuras alia cum virgine gemmas.
Tũ nouus ĩpleuit vultus honor:ac ſua flauis
Reddita cura comis:gradiẽq; oblita malorũ.
Sic vbi Mygdonios plãct⁹ ſacer abluit Almo
Lętaq; iam Cybele:feſtæq; per oppida tædę.
Quis modo iã ſęuos adytis fluxiſſe cruores
Cogitet?aut ipſi qui iam meminere miniſtri?
Inde vbi ſacrificas cum coniuge venit ad aras
Aeſonides:vnaq; adeunt:pariterq; precari
Incipiunt:ignem Pollux vndamq; iugalem
Prætulit:vt dextrũ pariter vertantur in orbẽ.
Sed neq; ſe pingues tũ cãdida flãma ꝑ auras
Explicuit:nec thura videt concordia Mopſus:
Promiſſam nec ſtare fidẽ:breue tẽpus amorꝭ.
Odit vtrũq; ſimul:ſimul & miſerat' vtrunq;:
Et tibi iam nullos optauit barbara natos.
Mox epulas & ſacra parant ſylueſtria læti
Præmia venatu facili quæſita ſuperſunt.
Pars veribus:pars vndanti deſpumat aheno.
Gramineis aſt inde thoris diſcumbitur:olim
Iſter anhelantem Peucen quo preſſerat antro.
Ipſi inter medios roſea radiante iuuenta
Altius:inq; ſui ſternuntur velleris auro.
Quis nouus ĩceptos timor ĩpediit hymenęos?
Turbauitq; thoros:& ſacra calentia rupit?
Abſyrtus ſubita præceps cum claſſe parẽtis
Aduehitur:ꝓfugis infeſtã lampada Graiis
Concutiẽs:diramq; premens clamore ſororẽ.
Atq; hãc o ſiquis vobis dolor:iraq; Colchi
Accelerate viã:neq; enĩ fugit æquore raptor
Iuppiter:aut falſi ſequimur veſtigia tauri.
Puppe(nefas)vna ꝑdo Phryxæa reportat
Vellera qua libuit:remeat cũ virgine:nobis
(O pudor)& muros & ſtãtia tecta reliquit.

Thyrſi. quibus ſponſis coronę fiãt. Cæl. ait Thyrſos vltima acuta dici coronas nuptiales. Gẽmas. Quæ circundabãt coronam & monile. Dicũt
Monilia ſuſpecta. & monile illud fuiſſe a Vulcano cõcinnatũ, aliud ab eo qđ Hermione peſtiferum datum eſt quo Thebanæ reginę nõ ſine exitio vſæ ſunt Illud tamen datum eſt Argię a Polynice Thebano: poſtremo Eriphyle Amphiarai coniugi. Hęc dona ferentibus exitialia locum prouerbio fecere: vt Aurũ Tholoſanum, equus Seianus. de quibus Gel. & Heraſ. & Cęl. in. 7. Cum virgine. Creuſa. Sic vbi. Ad antiquam Phrygum conſuetudinem reſpicit hæc colla-
Galli ſacerdo. tio. In Phrygia ſiquidem Galli Cybelles miniſtri in honorem deę inter ſe ad ſanguinis effuſionem digladiabantur. Inde ſanguine aſtim fluente ad vndas ſe recipiebant deam, deę
Sacra aduẽtitia. ſacra, cultros, & vulnera loturi: q mos ad Romanos tranſijt. dictaq; ſunt ſacra hęc aduentitia, & peregrina, vt Bacchanalia & Cotyttia. fi
Almo. ebat autem ſacerdotum ad Almonem concurſus: quem dea gratum habebat. Profecti enim Peſſimonte Romani deę ſimulachrum quod docet Vale. Maxi. aduexerunt: cumq; nauis in Tyberis vado hęſitans nulla inde vi
Claudia veſtalis. hominũ moueri poſſet, acceſſit Claudia virgo veſtalis inceſtus crimen falſo impoſitum repulſura, & ad Almonem vſq; protraxit: in quo deinde ſacerdotes vulnera ſanabãt. Huius Almonis Pap. ita meminit. Eſt locus ante vrbem, qua primum naſcitur ingẽs Appia quaq; Italo gemitus Almone Cybelle Ponit & Idęos iam nõ reminiſcitur amnes. Luc. Et lotam paruo reuocant Almone Cybellen. & Sill. in. 8. Tepidoq; lauãt Almone Cybellẽ. & Ouid. Eſt locus: in Tybrim quo lubricus influit Almo. Et magico nomẽ perdit in amne minor: Illic purpurea canus cum veſte ſacerdos Iunonis dominam ſacraq; lauit aq̃s. Hic nãq;. xj. Calen. Apriles ſolebat lauari Cybele. Mygdonios. Quales ſunt ſacerdotũ in Mygdonia. Iam. Quæ modo tam triſtis erat. Te-
Matroa ſacra. dę. Faces quibus vtebantur in ſacris quę dicebãtur Matroa. Ad id reſpexiſſe videtur Val. in. ij. Hinc vnda ſacris hinc ignibus Idæ Vibrat. Quis modo. Quũ abluti lætitiam agũt dolorum obliti. Cruores. Non inconcinnum affert Phil. Beroal. de Cybelles, deęq; Syrię ſacerdotibus paribuſq; ſacris ex Mart. Iuro per Syrię timores. ad quod illud Senec. refero in Medea. Tibi nudato pectore Menas ſacro feriã brachia cultro. Manet noſter ſanguis ad aras. Aſſueſce manus ſtringere ferrum: Charoſq; pati poſſe cruores. Pollux. Parany-
Paranymphi munus. mphi officio fungitur. Ignem. Quo ſignificabatur amor coniugalis, ardorq; honeſtus. Vndam. Ab hoc videtur (nõ eñi aſſeuero) ad noſtrates conſuetudo manaſſe ſponſum & ſpõſam thalamũq; aqua ſacra inſpergẽdi. Apud Sene. cum Medea vndam iugalem vellet in perniciẽ Glaucę & Iaſonis adhiberi, ad infauſtarum nuptiarum portentum ait. Tibi iactatur triſtis ſtygia ram⁹ ab vnda. Paranymphi loco interdum furię ſuccedebant tędas ſtygias vndamq; proferentes: quas Med. nuptijs interfuiſſe ait Sene. Atram cruentis manibus amplexę facem adeſte thalamis horridę quon



Quid mihi deinde ſatis?nec q̃ro vellera:nec te
Accipio germana datam:nec fœderis vlla
Spes erit:aut irę quiſq; modus:inde reuerti
Patris ad ora mei tam paruo in tẽpore fas ſit?
Quinquaginta animę me ſcilicet vnaq; merſa
Sufficiet placare ratis?te Græcia fallax
Perſequor:atq; tuis hũc quaſſo mœnib⁹ ignẽ
Nec tibi digna:ſoror deſũ ad cõnubia frater.

dã meis quales ſtetiſtis. In dextrũ. In nuptijs quum omnia optari fauſta felicia propitiaq; debeant in dextrũ orbem vertuntur: vt in funere: cui nihil cõuenit qđ dextrum eſt, in ſiniſtrũ fit cõuerſio. Pap. in. vj. Luſtrãtq; ex more ſiniſtro Orbe rogum. Ergo dextrum dixit ne quid ſiniſtri in coniugio contingeret. Per auras. Malo aras: legere ſup quas pinguis hoſtia cæſa fuit. Candida flamma. Quæ amoris candorem & puritatem ſignaret. Concordia. Signum erat diſcordiæ futurę: vt apud Pap. de flamma diſcordi canitur: quæ Etheoclis & Polynicis cęſorum iras nõdum finitas arguebat. Vtrũq;. Iaſona ingratum, & Med. immanẽ. Miſeratur. Qꝛ vterq; profugus & a ſuis deſtitutus. Nullos natos. Qꝛ a parente lacerati ſunt. dicunt Iaſona ex Medea Alcmenũ, Dindymũ, Theſſalum, Mermerum, Pheretẽq;, & Eriopin & Atalantẽ Apimq; ab Aetolo Endimionis filio tandẽ cęſum ſuſtuliſſe. Addunt inſuper Medeam laniaſſe Alcmenum & Dindymũ Theſſalo fugiente. Sunt etiam qui Mermerũ & Pheretẽ recitant a Corinthijs lapidibus obrutos q munera tuliſſent quibus decepta Glauce Creontis filia cũ domo peruſta eſt. Steph. Nig. ait Corinthi fontẽ eſſe Glaucen a Glauce Creontis, quæ in illum ſe ꝑcipitem dedit quum aduerſum Medeę veneficia igneſq; id ſibi ꝓ futurum ſperaret. Prẽmia ſylueſtria. Non dicas ſylueſtria ſacra. Verubus. Placet alijs veribus legere citantibus Virg. vt dicunt emaculatum. Pinguiaq; in veribus torrebimus exta colurnis. Codices plures v ante bus ſeruãt an integriores ſint contendant Alexandromaſtiges. Pars vndanti. Id probat antiquos heroas elixis carnib⁹: & aſſis vſos fuiſſe: licet dicant aliqui nec piſces nec carnes elixas heroum menſis adhiberi ſolitas fuiſſe cõtra Euſtath. Et Seruius in illum Virg. locum, Littore ahena locãt alij: ait. Quibus carnes lauabant non elixabant. Nam heroicis temporibus non veſcebantur elixis. Cæl. ex Poll. & Plut. & Atheneo ſuper his. ij. cap. lib. xv. recenſet multa. Donat. in Virg. vtriſq; videtur ſatiſfacere: quum inquit aquam igni ſolitam imponi vt elixam facerent carnem. Hęc enim coquẽdis carnibus celeritatem ꝑſtant. perinde ac dicat primum paratas dapes elixari, & ſem elixas aſſari. qđ & interdum facimus. In eodem cap. Cæl. ait. ex antiquis pleroſq; carnes tantum mane comediſſe: ſero vero menſę panem adhibuiſſe: qđ forte Seruium mouit dicẽtem cœnã ab antiquis non fuiſſe olim actã dignum ideo qui a Beroal. mitius tractaretur. Anhelantem. Summe obnitentẽ laborantemq; ne ab Iſtro cõprimeretur. In nuptijs eminentius ſpõſus ſedebat cum ſponſa: ad cuius latus diſcumbebat Parochus qui auſpex eſt & Paranymphus. Alij interpretantur ꝓbitorem conuiuijq; exhibitorem apud Horat. Inuertere pallor tũ parochi faciem. Qui ſpõſę adſidebat amicitia aut ſanguine alteri iunctus erat: cui plurimum debetetur, aut exhiberi pręberiq; deberet. a παρέχω. Velleris ſui. Tapetis vice pelle vtebantur. Vnde Virgil. Pellibus incubuit ſtratis. de quo ante. Impedijt. Vlt. longa eſt nec ſpiritus iuuamine indiget. Hymenęos. Nuptijs ab Hymeneo Veneris: ſeu vt volunt alij Vranię filio. Quidam dicũt fuiſſe ex Apolline & Calliope genitum, aut Venere & Libero. Sũt qui aſſerunt iuuenem fuiſſe prima nuptiarum die oppreſſum. eius nomen in nuptijs vocari ſolebat. De eo plura paſſim reperies. Sacra calentia. Occulte dicit quæ non potuit honeſte explicare. Abſyrtus. Aduẽtus eſt Colchorum. Subita. Subito comparata. Lampada. Signum erat belli non nuptiarum. Oſi. Interdum ſimplex eſt. aliquando ſi ſequitur. Non fugit. Non ſumus contra Iouem Europes raptorem pugnaturi ſed contra Iaſona Falſi Tauri. In quem Iuppiter mutatus Europẽ Agenoris filiam rapuit: quẽ tamen ſectatus eſt Cadmus. Pap. in Achil. Non tulit inſidias diuum imperioſus Agenor: Mugituſq; ſacros: & magno numine vectam Quęſijt Europen aſpernatuſq; tonãtẽ eſt Vt generum: captam & Scythico de littore prolem Non tulit Aeetes: ferroq; & claſſe ſecutus Semideos reges & ituram in ſydera puppim. Stãtia tecta. Sine bello, agrorum incurſione, ſine vrbium euerſione raptam conqueritur ſed dolo: quib⁹ iniuria fit grauior. Sic Pap. in Achil. Facinuſq; relatum Aſperat Iliacum captam ſine marte ſine armis Progeniem cæli: Spartæq; potẽtis alumnam. Irę modus. Finis. Fas ſit. Repetatur negatio: niſi quis dicat an fas ſit. minatur Græcię exitiũ. Quinquaginta. Argo. quinquaginta cęſis & Argo naue ſubmerſa nõ erit Colchis ſatiſfactũ. Sufficiet placare. Poterũt tñ dedecus abolere & dãnũ rependere. Fallax. Qđ ſi epitheton eſt græcię: iam videre potes mutata eſſe in illo qđ audimus in ore oĩm haberi, fallaces Ligures, mẽdax eſt Græcia. nam Virg. ait Vane Ligur. & Val. nunc, fallax Gręcia: ſed vtrũq; videtur Gręciæ inditum, ſi hoc admittis qđ videtur Plautino iuuari prouerbio, Gręca mercamur fide. i. pecunia pręſenti & numerata: qua minime opus eſſet ſi fides apud eos haberet locum: hoc tamẽ perfidiam arguere non poteſt licet verba, & ſtipulationes ſecludat. Nam ex Auſo. opponitur Punicę fidei. lege Heraſ. in. j. Chil. Quaſſo mœnibus. A fœcialibus poteſt id trahi. Gel. vide.

Iaſonis ex Medea ples. — Glauce. — Veribus. — Elixis an victitarint Heroes — Nuptiarũ ordo. Parochus — Hymeneus. — Europes raptus. — Grecia fallax. — In dextrũ orbem verti.

Prim⁹ & ecce fero quatioq; hãc lãpada veſtro
Coniugio:primus celebro dotalia ſacra:
Qui potui:patriæ veniam da queſo ſenectæ.
Quin omnes alti pariter populiq; patreſq;
Mecum adſunt.magni virgo ne regia Solis
Aemonii thalamos adeas deſpecta mariti.

Lampada. Adſum Paranymphus facem ardentem præferens. Decuit. Ad repetẽdam Aeetę filiam, Solis neptẽ. Fulgere. A fulgo. gis. Per magiſtros. ſ. it vox Abſyrthi. Trũcis frondentibus. Diodo. ait in. v. Medeam, Iaſona, cæteroſq; Argo. cum aureo vellere reper-tos, & in littore ꝑuentos: nec naues fuiſſe tam ſubito fabrefactas: vbi Aeetes Iphitum Euryſthei: qui Herc. certamina imperauerat fratrem, per ſe vel per ſuos interfecit. verum cęteris auxilio adcurrẽtibus cæſus eſt a Meleagro

Paranymphi eſt facem præferre. — Argo. depręſſio.

reliquis in fugam verſis. Optimus tamẽ quiſ
q; vulneratꝰ eſt, Iaſon, Laertes, Theſpiades
Atalante. quos diebus paucis Medea herbis
ſanauit. Diod. opinionem non ſequitur Vale.
**Iaſonis exitꝰ.** Pomp. Trog. & pleriq; alij aſſerunt Iaſonem
domum rediſſe, & a Pelię filijs Theſſalia pul-
ſum cũ ſuis Medea ac priuigno Medo comi-
tante, quem Med. ex Aegeo ſuſceperat Col-
chon repetiſſe: vbi Aeetan ſenio confectum
a finitimis ſuiſq; impetitum derelictũq; adiu-
uit: captas ciuitates reſtituit: auxit imperium:
vbi factę ſunt multæ grecorum coloniæ, qui-
bus etiam nomina græca ſunt indita. Forma
ta ſub vno. Id iuuat poeſis. Rectius quis di-
ceret arbores in naues vna die cõuerſas, q̃ fa-
bricatas. Florꝰ in principio ſecundæ Epito-
mes ait intra diem. lx. q̃ cęſa fuerat ſylua. clx.
nauium claſſem in anchoris ſtetiſſe: vt nõ ar-
te factæ ſed quodam deorum munere naues
atq; mutatę arbores viderent. Quid ira. Virg.
ait Furor arma miniſtrat. Danubij. Iſtri. Ab
**Axium.** Axio enim vrbe Daciæ inquit Ptol. vſq; ad
Põtum dicitur Iſter: qui eſt Danubius. Cale.
vocat Adubanũ. Peucen. Inſulam. Vncum.
**Harpago.** Manũ ferreã. diciturq; Harpago: qua dictio-
ne frequenter vtitur Sabel. in hiſt. de geſt. Ve-
**Trabale.** net. Trabalia. A trabibus. erant enim ingẽtia
**Facies.** tela trabibus ęquiparanda. Tabulata. Trãſtra
Facies. Species & imago. qđ ſignat Virg. Et
plurima mortis imago. & Quę ſcelerum faci
es o virgo effare. Domos. Clauſtra mõtium.
Fratrum. Vẽtorum. Dextra. ſ. parte. Recipro
ca, Reflua. Diuum. Quos habebat inimicos:
**Dotes.** ſeu Iunonem vẽtoſ ve intelligis. Dotes. Quę
ſolẽt vxoribꝰ dari a maritis. Solon dotes ſuſ
tulit: vt teſtis eſt Plut. in vita Solonis. Patris
Qui me ſibi generum acciuit. Non enĩ eſt fi-
liæ ſed patris in diligendo viro probanda ſen
tentia. Aiũt tamen morem fuiſſe quondã in
Gallia Narbonenſi vt mulieres e diſcumben-
tibus vnum inter pocula ſponſum deſigna-
rent porrigendo aquam illi quem virum affe-
ctarent. Sic Peranum Phœnica Seuani regis
generum fuiſſe factum legimus. Iungã. Non
vt Iaſon carminibus Medeę. Perſequar ferro.
Armis non carminibꝰ. Sata Hydri. Genitos
dentibus ſerpentis Hydrigenas: male fata le-
gitur in cod. Bonoñ. Victoris eris. Congredia
tur mecum Aemonius adulter: qui ſi vincat
**Semiuiri.** illum ſequere: me autem ſi cędã Iaſona. Se-
miuiri. Iaſonis. ſic Stat. de Paride. Nos Phry
ga ſemiuirum, portus & littora circũ Argoli-
ca, inceſta volitantem puppe feremus? Nec
myrrha. Sacrę literę teſtimonio ſcimus mor-
**Myrrhę vſus.** tuorũ cadauera myrrha Myrrhino ve vngui-
ne peruncta fuiſſe: inde ſeruabantur diu im-
putria. adhibebaẽ & mel teſte Seruio in. vj. Ae
neidos. Nobis quoq; exploratiſſimũ eſt cor-
pus ꝓcioſiſſimũ Chriſti a Iudęis impie & cru-
deliter flagellatum fuiſſe myrrhino delibutũ
vnguento. ſenſus eſt. Non cadet Iaſon Ara-
bicis vngendus odoribus. Sic non videbis
corpus Achiui Iaſonis olens Myrrha: ſed cri
nes pice & flãmis & ſulphure olẽtes. Apud nõ
paucas gentes mos inoleuit corpus reſina p-
ungendi: vbi primũ e thoro ſurgiẽ. Inde myr
rheo thymiamate ſuffundendi. Plin. xv. cap.

Tot decuit coiiſſe rates: tot fulgere tædas.
Dixerat: atq; orans iterum ventoſq; viroſq;:
Perq; ratis ſupplex vox remigis illa magiſtros.
Illi aũt intorquẽt truncis frondentibus vndã:
Quæq; die fuerat raptim formata ſub vno:
Et tantum deiecta ſuis a montibus arbor:
(Quid dolor & veterũ potuit nõ ira virorũ?)
Haud longis iam diſtat aquis: ſequiẽq; volãtẽ
Barbara Palladiã puppem ratis: oſtia donec
Danubii: virideq; vident ante oſtia Peucen:
Vltimaq; agnoſcunt Argoi cornua mali.
Tũ vero clamorem omnes: inimicaq; tollunt
Gaudia: tũ grauior remis fragor: vt ꝓcul Ar-
Viſa viris: vnãq; petũt roſtra oia puppẽ. (go
Princeps naualem nodoſi roboris vncum
Adripit: & longa Styrus proſpectat ab vndas
Coniugio atq; iterũ ſponſæ flãmatus amore.
Iamq; alii clypeos & tela trabalia dextris
Expediunt: armant alii picis vnguine flãmas.
Impatiẽs tremit haſta morę: nec lõgius inter
Q̃ qđ tela vetetupereſt mare. vocibꝰ vrgẽt
Interea: & pedibus pulſant tabulata fremẽtes.
Cum ſubitas videre rates: vibrataq; flammis
Aequora: non vna Minyæ formidine ſurgũt.
Primus & in puppem deſerta virgine ductor
Proſilit: & ſumma galeã rapit altus ab haſta:
Enſe ſimul clypeoq; micat: nec cętera pubes
Segnius adreptis in littore conſtitit armis.
At tibi quæ ſcelerum facies Medea tuorum?
Quis ve pudor Colchos iterũ fratreq; vidẽti?
Quicquid & abſciſſum vaſto iã tuta ꝓfundo
Crediderasẽ ergo infauſto ſeſe occulit antro
Non aliud q̃ certa mori: ſeu charus Iaſon:
Seu frater Graia victus cecidiſſet ab haſta.
Haud ita ſed ſũmo ſegnis ſedet æthere Iuno



Haud ſinit extrẽa Minyas decernere pugna:
Nec nũero qm̃ Colchis nec puppibꝰ æquos.
Ergo vbi diua rates hoſteq; accedere cernit:
Ipſa ſubit terras: tempeſtatumq; refringit
Vẽtorũq; domos. volucrũ gẽs turbida fratrũ
Erumpit: claſſem dextra Saturnia monſtrat.
Videre: inq; imũ pariter mare ꝓtinus omnes
Infeſto clamore ruunt: inimicaq; Colchis
Aequora: & aduerſos ſtatuũt a littore fluctus.
Tollitur: atq; intra Minyas Argoaq; vela
Styrus abit: vaſto rurſus deſedit hiatu
Abrupta reuolutus aqua: iãq; omnis in aſtra
Itq; reditq; ratis: lapſoq; reciproca fluctu
Deſcendit: trahit hos vertex: hos agmine toto
Gurges agit: ſimul i vultꝰ micat vndiq; terror.
Crebra ruina poli cæleſtia lumina laxat.
Non tamen ardentis Styri violentia cedit.
Hortatur ſocios media inter prælia diuum.
Trãſferet ergo meas in q̃ volet oppida dotes
Colchis? & Aemoniꝰ nobis ſuccedet adulter?
Nec mihi tot magnos inter regeſq; procoſq;
Profuerit prona haud dubii ſententia patris?
An virtus prælata viri eſt? & fortior ille:
Quẽ ſeqẽ? iũgã igniferos ſine carmine tauros
Sæuaq; Echionii ferro ſata perſequar Hydri.
Hoc adeo interea ſpectans de littore pugnas
Amborum victoris eris: iam digna videbis
Prælia: iamq; illud charũ caput ire cruenta
Sub freta ſemiuiri: nec myrrha corpꝰ Achiui:
Sed pice ſed flãmis & olentis ſulphure crines.
Vos mõ vel ſolũ hoc fluctus expellite corpus.
Nõ te Aeeta pr̃ generi: aut ſol magne pudebit
Fallor? an hos nobis magico nũc carmie vẽtos
Ipſa mouet? diraq; leuat maria ardua lingua?
Atq; iterũ Aeſonides iterũ defenditur arte

lib. xij. ait myrrham priuſq̃ incidatur Stactẽ
ſudare: cuius meminit Plaut. dicens. Tu mihi
Stacte tu Cinnamomum odores fragrantiſſi **Stacte.**
mos. Pap. ij. ſyl. nominat odores quibus cri-
nes arſuri vnguebãtur: ne nares nidor grauis
offenderet. Quid ergo exequias & ꝓdiga flã-
mis Dona loquar? mœſtoq; ardẽtia funera lu
xu? Quid tibi purpureo triſtis thorus aggere
creuit? Quid Cilicum flores? quid munera gra
minis Indi, Quodq; Arabes, Phariiq; (palam **Vidi liquores.**
eſt) Vidiq; liquores Arſuram lauere comã? q
per vidos liquores Stiracẽ intelligit: cuius me
moratur Pli. xvij. cap. lib. xij. a Vida vrbe Sy
riæ. ait Cęl. contra Domit. Olentis. Ordo erit
Non videbis corpus Myrrhino olens vnguẽ
to ſed crines olẽtes pice &c. De Myrrhatis cor **Myrrhata cor**
poribus in Ponto, ita loquitur Syl. in. xiij. Ex **pora.**
hauſto inſtituit pontus vacuare cerebro Ora
virum & lõgum myrrhata reponit in æuum.
Virg. in vlt. ęnei. ait. Da ſternere corpus, Lori-
cãq; manu valida lacerare reuulſam Semiuiri
Phrygis & fœdare in puluere crines Vibratos
calido ferro, myrrhaq; madentes. i. vnguento
myrrhino madentes. ſic Semiuirũ vocat Sty
rus Iaſona. Flammis. Ignibus antiqui cada- **Iuſta antiqua**
uera mãdauere ante lignorum ſtruem cupreſ- **& cremandi ri**
ſo interdũ decorata armis ſtatuta, aqua defere **tus.**
bantur calida qua cadauer ablutum a pollin-
ctoribus vngebatur. Inde orto gemitu pului-
nariq; membris repoſitis ſtraguliſq; & veſtibꝰ
purpureis aureiſq; vndiq; coniectis quidã ca
pulum ſubibant faceſq; auerſi ſubijciebant,
galeaſq; & quæ viuo fuerant gratiora apud
quoſdam, apud alios hoſtem vnum vel plu-
res in pyram mittebãt. Thure inſuper odora-
mentiſq; affatim igni effuſis in ſiniſtrum or-
bem ducebãt chorum. In cineres dein cadauẽ
re reſoluto & flammis quieſcentibus: a libiti-
narijs vinum efferebatur quo cineres laua-
bant: collectiſq; oſſibus oleagino ramo aqua
pura conſperſo qui aderat ſacerdos omẽs lu-
ſtrabat: Ilicetq; clamabat. Lege Volat. in fine
xxxj. li. Fluctus. Apoſtropha ad vndas. Nõ
te. Ea exequar quibus cõmendatus me gene-
rum Aeeta dignũ præſtabo. Qua ſolet. Quũ
ſemel defenſus fuerit Iaſo. arte magica, in-
uidioſe dixit conſuetudinem. dico autem ſe-
mel contra monſtra Colchica. Sic prauitatis
conſuetudinem arguimus aut præſumimus
(vt dicitur) ſi quis malus ſemel inuentus eſt.
Murmur. Carmen magicum. Virginis vndã.
Etſi poteſt non incurius dicere vndam Peu-
ces virginis, licet ab Iſtro compreſſę, malo ta-
men intelligere fluctus excitatos carminibus
Medeę: vt Styrus cenſebat: cui ſatis erat cõp-
ta Medeę poteſtas. Soluitur: effunditq; viros.
Virg. eſt ex. x. ęne. Soluiẽ atq; viros medijs ex
ponit in vndis. Et elata. Videtur Val. Cæſarẽ **Ad Cæſaris**
vna manu natantẽ, & altera elata literas tenen- **facinꝰ alluſio.**
tem exprimere. Elata dextra. Qua enſem te-
nebat. Aut illa velit. Codex Bononienſis ha-
bet haud vlla: quo falſus datur ſenſus: ideo
malo legere haud nulla, cum hoc ſenſu. volu-
iſſent Colchi ſuccurrere nauibꝰ admotis: ſed
non potuere. Qđ aũt alij aut illa velit ſuppo-
nunt, aut vlla, vix verum notãt ſenſum. Iam
tamen. In aquis perituri geſtus exprimit qui

Qua ſolet:haud illi cãtus:& futile murmur
Proderit:ite rates:& frangite virginis vndã.
Dixit:& intortis ſocio cum milite remis
Proſilit:ac fluctu puppis labefacta reuerſo
Soluitur:effunditq; viros:ipſumq; minantem
Tunc quoq;:& elata quærẽtem littora dextra,
Ibat & arma ferẽs:& ſtrictũ naufragus enſem,
Incipit & remos & quærere tranſtra ſolutæ
Sparſa ratis:mœſtas altis intendere voces
Puppibus:aſt inter tantos ſuccurrere fluctus
Nulla poteſt:aut illa velit:quotieſq; ꝓpiquat:
Tũc aliud rurſus dirimit mare:iã tamẽ errat:
Iamq; abiit:fundoq; iterum violentus ab imo
Erigitur:ſed fluctus adeſt:magnoq; ſub altis
Turbine figit aquis:& tandẽ virgine ceſſit.
Abſyrtus viſu mœret defixus acerbo.
Nec quid agat:qua vi portus:& pria capeſſat
Oſtia:qua poſſit Minyas inuadere clauſos.
Quos videt:agnoſcitq; tremens:maria obuia contra:
Sęuaq; pugnat hyẽs:totuſq; in vertice põtus,
Abſceſſit tandem:vanaq; recedit ab ira:
Et tanta de clade ratis latus inde ſiniſtrum
Aduerſamq; procul Peuces defertur in oram.
Cum ſocii(gemino nam ſcinditur inſula flexu
Danubii)hac dudũ Minyę Pagaſęaq; puppis
In ſtatione manent:illinc Aetius heros
Obſidet aduerſa tentoria Theſſala claſſe
Impatiens:pugnæq; datur non vlla poteſtas:
Noctes atq; dies vaſtis mare fluctibus inter
Perfurit:expediant donec Iunonia ſeſe
Conſilia:atq; aliquem bello ferat anxia finem.
At Minyæ tanti reputantes vltima belli
Vrgent & precibus cuncti:fremituq; fatigãt
Aeſoniden:Quid ſe externa ꝓ virgine clauſa

tertiũ immerſus perraro niſi mortuus emer=
git:qđ nec facit:inqt Cæl.in.xiiij.cadauer ſi
pulmo detract⁹ fuerit.Hoc retulit Virg.ad na
uẽ.Aſt illam ter fluctus ibidẽ Torqt agẽs cir=
cũ.Seruius per ſępius exponit.Abijt.In pro
fundum.Virgine.A cõſpectu virginis Med.
& amoribus exceſſit.aut etiam ceſſit Med.cõ
tra cuius vires & carmina fluctuſq; obnixus
erat.Minyas clauſos.Talis pugna fit in Iſme
no ab Hippomedõte,& a Romanis ĩ Trebia.
Strab.in.vij.ait Alexãdrum Philippi filium
Peuce in Iſtro — Peucẽ inſulam ad quã Syrmus Triballorũ
rex confugerat,nauium pœnuria ingredi ne=
quiuiſſe:in qua concluſus Alexandri violen=
tię obſtitit.Hanc Peucẽ Iſter tanq̃ Iſthmũ cir
cũlabitur.Siniſtrũ.Q đ alia reſpicit oſtia ver=
ſus Boream.Quum ſocij.Lego cum ſocijs
Colchicis & Albanis,q ſecuti fuerãt Styrũ.
Statio. — Statione.Stabant illic naues ad tempus:vbi
enim hyemant portus dicitur:inquit Serui⁹.
Aetius.Aetę filius.Pugnęq;.Non inelegã=
Que ꝓ quia. — ter q; nũc cauſam reddit:vt apud Ciceronem
Non ſolum nobis nati ſumus:ortuſq; noſtri
partem patria vẽdicat,partem amici.Inter.ſ.
Arg.& Colchos.Expediant.Explicent.Re=
putantes.Reuoluẽtes bellorum exitus:q va=
rij ſunt & dubij.Vellera.Lego vellere.ſenſus
autem erit:id tempus ſufficere ad componen
dum bellum inter Graios & Colchos his vir
gine,illis vellere oblato.Componere.Finire.
Cõmutet.Vel cõmittat.ſic Pap.Miſcere cruẽ=
tas Europęq; Aſię q; manus:conſultaq; bel=
la Iuppiter:& triſtes edixit cędibus annos.Da
tum fatis.Nam Iuppiter id prædixerat:vt vi
ſum eſt in primo,qđ Mopſus vates noſcere
potuit.Item apud Pap.in Achil.dicitur.Fa=
ta vetant,ratus ordo deum:miſcere cruentas
&c.Id ſub Agamẽnone factum eſt.Tũc mul
Argonautarũ filiorũ cædes. — ti ex Arg.filijs perierũt,Achilles Peleos,An
tiloch⁹ Neſtoris,Patroclus Menetij.Nauplij
Palamedes,Aiaces Telamonis & Oilei filij
minor fulmine percuſſus,maior in furorẽ cõ=
uerſus ſe hectoreo tranſfodit gladio.Diome
des in exilium abijt.Vlyſſes a filio cęſus.In il
los parentum delicta retorta ſunt:in illos fata
Iouis ſe explicuerunt.Rhod.multis explicat
ca.xxviij.lib.iij.an iuſte plectantur filij ex eo
q; parentes deliquiſſe comperiantur.Ali⁹ ra=
ptor.Paris dictus Alexander.Sacri ſibi.Ma=
le habetur in exemplaribus Bonoñ.Q̃ꝫq̃ iu=
ra deum eſt acris vbi conſcia.nam pro eſt di=
cendum venit,& niſi velis omittere:& pacris
ſacri,vt finalis litera ſit capitalis.Primordia.
Quibus amor intẽſior eſt.Haud vltra.Ingra
titudinis initium eſt:quæ eo fœdior fuit:quo
Medeę beneficium recentius.Seruant.Occul
tant qđ conceperant de prodẽda Med.Timo
Timor amantum. — res.Qui amant plerũq; ſine cauſa,interdum
non iniuria timẽt.vt enim inquit Ouid.in He
rod.Res eſt ſolliciti plena timoris amor.Fal=
liq; ſinit.Nã vt inquit poeta,quis fallere poſ=
ſit amantem?Et qlibet.Quantũuis occulta
ſenſit Iaſonis & Argo.conſilia.Silentes.Q đ
erat argumentum odij & tędij.Immemor ſui.
Suę artis & induſtrię.Sic Virg.de Vlyſſe.Nec
talia paſſus Vlyſſes Oblituſ ve ſui eſt Itachus
Et quũ nutrix Med.diceret apud Sen.Abie=



Obiiciat?quidve illa pati diſcrimina cogat?
Reſpiceret pluresq; animas:maioraq; fata
Tot comitũ:q nõ furiis:nec amore nefando
Per freta:ſed ſola ſeſe virtute ſequantur.
An vero vt thalamis raptiſq; indulgeat vnus
Coniugiis?id tempus enim ſat vellere graiis:
Et poſſe oblata componere virgine bellum.
Quęq; ſuas ſinat ire domos:nec marte cruẽto
Europã atq; Aſiã prima hęc cõmutet erinnys.
Nãq; datũ hoc fatis trepid⁹ ſupplexq; canebat
Mopſus:vt in ſeros irent magis ipſa nepotes:
Atq; alius lueret tam dira incendia raptor.
Ille trahens gemitũ:tantis ac vocibus impar:
(Q̃ꝫq̃ iura deum:ſacri ſibi conſcia pacti
Religio:dulciſq; mouet primordia tędæ)
Cunctatur:morteq; cupit:ſociamq; pericli
Cogitat:haud vltra ſociis obſiſtere pergit.
Hæc vbi fixa viris:tẽpus fluctuſq; quietos
Expectant:ipſam interea quid reſtet amãtem
Ignorare ſinunt:decretaq; triſtia ſeruant.
Sed miſer vt vanos:veros ita ſæpe timores
Verſat amor:falliq; ſinit nec virginis annos.
Ac prior ipſa dolos & q̃libet intima ſenſit
Non fidi iam ſigna viri:nimiumq; ſilentes
Vna omnes,haud illa ſui tamẽ immemor vnq̃
Nec ſubitis turbata minis:prior occupat vnũ
Aeſoniden:longeq; trahit:mox talibus infit.
Me quoq; vir tecũ Minyę fortiſſima pubes
Nocte dieq; mouẽt:liceat cognoſcere tãdem:
Si modo Peliacæ non ſum captiua carinę:
Nec dominos decepta ſequor:cõſultaq; veſtra
Fas audire mihi.vereor fidiſſime coniunx
Nil equidem:miſerere tamẽ:ꝓmiſſaq; ſerua
Vſq; ad Theſſalicos ſaltem connubia portus:
Inq; tua me ſperne domo.ſcis te mihi certe

re Colchi,coniugis nulla eſt fides,nihilq; ſup=
eſt opibus e tantis tibi,reſpondens Med.inqt
Medea ſupereſt:hic mare hic terras vides,fer=
rũq;,& ignes,& deos,& fulmina.Longe.A cę
terorum conſortio.Me quoq;.Argo.qui te=
cum multa continue reuoluunt,me plurimũ
noctu dieq; mouẽt.Fortiſſima pubes.Pie cõ
mendat quorum cõſilio ſe temni conijcit.Li=
ceat.velim nunc veſtris intereſſe conſilijs,&
audire ſi verum eſt me Argo.ſociã eſſe nõ ca
ptiuam neq; famulam.Si modo.Parẽtheſis
eſt.Fidiſſime.Ab eo Iaſ.maximopere cõmẽ — Medeę diſſimulatio.
dat:qđ minime ineſt.Nil vereor.Magna in
Med.conſtãtia:quæ quum dolorem in corde
ꝓmeret mœſtitiam diſſimulat:& quum pluri
ma timere debeat maxime,nihil tñ formidare
aſſerit.Miſerere.Sic Dido ad Aeneam poſt
hoſpitiũ liberaliter conceſſum fugam molien
tem.Miſerere domus labentis.Saltem.Si ali
ter qđ poſtulo totum nequit compleri:vt me
us ſis ſemper maritus.His reddere.Quũ tu
fidei iuramentũ pręſtiteris:iure & ex pacto ſa
cro fidelis eſſe debes.Non autem ab Argon.
idem queo poſtulare quum non iurarint.Poſ
ſunt itaq; & eſt illis forſan fas me fratri & Col
chis reddere.Sed abeant quum tempus erit ſi
velint.Forſan.Recte ſubiunctum.Nã & Ar
go.non parũ Medeę debebant:quos vt Iaſo
na voti compotes effecerat.Nõ eadem.Quũ
iuraueras.Vnde Sene.in principio Med.Dij
cõiugales.& paulopoſt.Quoſq; iurauit mihi
deos Iaſon.Et ſunt dij coniugales cõiugior= — Dij cõiugales
ꝓſides Iuppiter & Iuno,ob id dicti Gameli⁹
& Gamelia:ad eos enim ſunt qui matrimonij
inſtitutionẽ referũt.alij ad Cecropẽ Athenien
ſiũ regẽ:q ideo dict⁹ vt volũt multi,Diphyes
Poteſtas.Quũ verũ interceſſiſſet cõnubiũ nõ
poterat Iaſ.vxorẽ relinq̃re:& quũ in lege vete
rũ ꝑmiſſus eſſet repudij libellus,qui ex duob⁹
vnã dixit carnẽ vetera ſinceri⁹ reformãs mo=
do repudiũ ſuſtulit.Te mecũ.Quũ ſeparatio
locũ nõ habeat.Non ſola.Quia & tu furti ra=
ptuſq; accuſaris cum Argo.Oẽs.Qui enim
agunt quiq; adſentiunt ad ſupplicij paritatẽ
quętuntur.Impar vrgeris.Vltima tracta ſicut
ĩ ſimplice.Par oneri clauęq; capax:quos tali= — Par & impar vlti.longa.
bus amẽs Inſeqtur.in primo Val.Corripuit
Auſon.compoſitũ ſimplice producto.Tris
primus par impar habet.Alias.Lõge plures.
Maiora.Finge maiores vires igruere:adſum
ſola illis maior.Vnde apud Sene.quũ Iaſon
pauẽs dixiſſet,Hinc rex,& illinc eſt,ſubiũxit
Med.Et hic maior met⁹ Medea.Nulla fides.
Es incredulus?Nullis.Tantũ mei in te eſt me
ritũ:vt ad grauiſſimũ debeat impellere pericu
lũ:quin ſi factis facta repẽdenda ſunt,ad ſce=
lus.vnde apud Senec.quum Iaſon dixiſſet,
Quid facere poſſum loqre.:fidit Pro me vel
ſcelus.Nõ metui.Ne legas merui.Tetigiſſet.
Argon.cum alio duce.Poſſunt.Legunt alij
poſcunt.Super.Reſtat,ſupeſt.O vtinã.Vti=
nã te minus amarẽ.Dubitaret.Si amor foret
minus intẽſus vehemẽſq;,vacillaret:ſed is eſt
qui pro te oĩa vult poteſtq; exequi.Quare.
Apoſiopiſis eſt cũ hoc ſenſu.Vtinam amor
dubitaret aliquid:quinetiam quare tuus iſte
pudor neſcio qd.ſcilicet poſtulat.quo ſignat

Non ſocios iuraſſe tuos:his reddere forſan
Fas:abeant.tibi non eadẽ permiſſa poteſtas:
Teq; ſimul mecũ ipſa trahã.nõ ſola repoſcor
Virgo nocẽs:atq; hac pariter rate fugim9 oẽs,
An fratris te bella mei:patrięq; biremes
Terrificãt:magnoq; impar vrgeris ab hoſte?
Finge rates alias:& adhuc maiora coire
Agmina:nulla fides?nullis ego digna periclis?
Non merui mortemq; tuam comitũq; tuorũ?
Vellẽ equidem noſtri tetigiſſent littora patris
Te ſine:duxq; illis alius quicũq; fuiſſet.
Nũc remeãt : meq; ecce nefas & reddere poſ
Nec ſpes vlla ſup.qn tu mea reſpice ſaltẽ (ſũt,
Conſilia:& nimio comitum ne cede timori.
Credidit ardentes quis ſe tunc iungere tauros
Poſſe?quis ad ſæui vẽturum templa draconis?
O vtinam ergo meus pro te nõ omnia poſſet:
Atq; aliqd dubitaret amor.qn nũc quoq; q̃ ric
Neſcio qd tuus iſte pudor.me ne optie quõdã
Aeſonide:me ferre preces & ſupplicis ora
Fas erat?haud hoc nũc genitor putat:haud da
re pœnas
Iam ſceleris:dominũq; pati.Sic fata parantem
Reddere dicta virum furiata mente refugit
Vociferãs.qualen Ogygias cũ tollit in arces
Bacchus:& Aoniis illidit tympana truncis:
Talis erat:talemq; iugis ſe virgo ferebat
Cuncta pauẽs.fugit infeſtos vibrantib9 haſtis
Terrigenas:fugit ardentes exterrita tauros:
Si Pagaſas vel Peliacas hinc deniq; nubes
Cerneret:& Tempe viridi lucentia fumo:
Hoc viſu contenta mori.tunc tota querelis
Egeritur queſtuq; dies:eademq; ſub aſtris
Sola mouet:mœſtis veluti nox illa ſonaret
Plena lupis:quaterentq; truces ieiuna leones

ſe non poſſe non amare Iaſona:nec poſſe nõ
iuuare extremaq; experiri. Tutior tamẽ eſt le-
ctio quę recipit:quærit,ſine figura. Quinetiã
tuus iſte pudor quęrit neſcio quid. non expri
mit aperte pro Iaſonis ſalute ſe fratrem lania
turum: quod ſcelus tamen admiſit:vt ante di
ctum:ſed neſcio quid qđ vix ſperare poſſet.
habet codex Bonoñ.quęro. qđ tolerabitur:ſi
ſenſu poſt quid clauſo ſubaudiatur eſt.quęro
ꝑ tua ſalute neſcio quid. inde tuus & talis eſt
pudor ad id me impellens.Quondam. Facit
amphibologicum ſermonem quondam inter
adiectiuum & verbum poſitũ.Haud hoc.Nõ
id pater credit.Iam.Vix admiſſo ſcelere. Ao-
nijs. Aonum montium in Bœotia.Cũcta pa
uens.Omnia timens etiam tuta,apud Virgil.
Omnia tuta timẽs. quod Heraſ. inter ꝓuerb.
enumerat:is eſt conſcientię ſtimulus qui men
tem euerberat.Nubes peliacas. A recto Peliõ
ij.fit Peliacus:vt ab ilion ij.iliacus.dixitq; nu-
bes poeta q᷑ cacumini ſubſideãt. Tempe. In (Tempe.)
Theſſalia ſunt loca adprime delectabilia. Viri
di.Propter gramẽ vireſcens & arbores. Sunt
nãq; Tempe nemus in Theſſalia arborũ den
ſitate & ſolo viridi amœniſſimũ odoris flori-
bus & roſarum varietate ſuauiſſimũ. Fumo.
Legerem fundo,ſi codex iuuaret aliquis:nec
vt reor ſine cauſa.ad credendum vis non im-
pellat:ratio autem ſi valida eſt pſuadeat. Fu-
it olim Theſſalia vndiq; mõtibus circũſepta (Theſſaliæ mõtes.)
Olympo Boreã ſpectante: Pindo occaſum:
Othry meridiem:Oſſa & Pelio iũctis inter ſe
radicibus ſolis ortum: qđ aũt interiacebat ꝓ-
funditas erat Peneo,Apidano,Onochono
Enipheo,& Pamiſo diſfluẽtibus operta. Sic
erat Theſſalia ſtagnũ ingens.fingũt inde poe
tę Neptunum tridente viam Peneo feciſſe: q
cęteros Theſſalię fluuios reddit innominatos
Claud.ij.de rapt.Proſ. Sic quum Theſſaliam
ſcopulis incluſa teneret Peneo ſtagnãte lacus
& merſa negaret Arua coli trifida neptunus
cuſpide montes Impulit aduerſos: tum forti
ſaucius ictu Deſiluit gelido vertex Oſſæus
olympo.Carceribus laxantur aquæ:fractoq;
meatu Redduntur fluuijq; mari telluſq; colo
nis.Qđ Herculi Seneca attribuit dicẽs.Dirup-
tis qualis iugis præceps citato Flumini quæ-
rens iter quondã dediſti: ſciſſa cũ magno ipe
tu patuere Tempe:emerſa inde fundo Theſ-
ſalia apparuit.Et qui prius fuerant ſine nomi
nib9 cõfuſi & ſtagnũ reddẽtes diſtincti nomẽ
ſortiti ſunt:quorum Peneus ſuo nomine re-
tẽto p oſtium vnum idemq; anguſtiſſimum
inter Oſſan & Olympũ in mare labiť. Sic &
Bœbeis lacus dici cœpit.Quę igiť fuerat fũ-
do inundata Theſſalia nemus habet amœniſ
ſimũ: & fundo virenti ſplendidum & delecta
bile.Ea fuerat noſtri meditatio ſubitaria:quæ
ſi minus accepta eſt fumo legant alij : forſan
quia dictum eſt ab Ouidi. in primo Meta. de
Peneo Tempe percurrente. Deiectuq; graui
tenues agitantia fumos Nubila conducit:ſũ-
miſq; aſpergine ſyluis Influit. Ex aquis nãq;
inſtar fumi nebulæ exurgunt: quæ inquit
Ouid. tenues & ſubtiles minus q̃ in alijs lo-
cis:denſę ex Peneo flu.excitantur.Propterea
dicent quibus legere gratius eſt Tempe lucen



Ora:vel orbatæ traherẽt ſuſpiria vaccæ.
Procedit non gentis honos:nõ gloria magni
Solis aui:non barbaricæ decor ille iuuentæ:
Qualis erat:cum Chaonio radiantia trunco
Vellera vexit ouans:interq; ingentia graium
Nomina Palladia virgo ſtetit altera prora.
Quid dubitas?heu dure ſiles?magnũq; minať.
Mœſtus at ille minis:& nota Colchidos ira
Hæret:& hic pſens pudor:hinc decreta ſuorũ
Dura pmũt:vtcũq; tamẽ mulcere gementẽ
Tẽtat & ipſe gemẽs:& tẽpora currere dictis.
Me ne aliquid meruiſſe putas? me talia velle?

FINIS Octo lib.Argo.Valerii Flacci.

tia fumo viridi : licet fumus caliginoſus eſt:
quo tamẽ rarior eſt,& vt cũ Ouid.dicã magis
tenuis,eo min9 aeris,cęli,ſyluarũq; colores in-
teruolãs impedit,tollitq;:quin fortiori cedens
colori,natiuo ſpoliatur & alium pene contra-
hit,aut ad odores reſpicias:quos Ariſt. fumi
dã non negat eſſe exhalationem . Sunt enim
vt diximus Tempe odoris floribus roſarum (Tempe.)
q; varietate perq̃ ſuauia:ſed & ſoli & arborum
viriditate conſpicua. Lectio quę fumo habet
librorum cõcordia & ſenſus ſubtilitate iuuať.
Nec minus arguta mihi videtur habens fun-
do.Egeritur.Med.dies & noctes conquerens
agebat. Sub aſtris. Sub dio.Bacchę.Expun-
genda eſt dictio Bacchę,& vaccæ ſubſtituen-
da:vbi enim iuuẽcis orbãtur vaccæ gemiſcũt
trahuntq; ſuſpiria inquit Val.Non gloria ma-
gni. Alij habent non more paterni Solis aui.
tuncq; ſenſus is eſſet.Non ꝓcedit nec conſpi
citur in Medea decus & honos familiæ, nõ in
quã ꝓcedit more Solis aui paterni:q pulcher-
rimus eſt : cum Med.triſtis & furẽs priſtinum
lumen:& oris pulchritudinem non prę ſe fer-
ret.Quid dubitas. Indecore ꝓfecto & fœdiſ-
ſime interſeriť carmen iſtud ante Qualis erat
qđ admiſſum ſententiam apertam & lucidam
Cimmeria caligine inuoluit,inſutumq; ſenſum honeſtum dedecorat.Erunt forſan quibus paupertinũ & varie-
gatũ iucundius erit palliolũ q̃ vna panno concolore chlamys.miſera ſane hallucinatio a chalcographis Bonoñ.
Venet.& Florent.emerſit:quos noſtrates hic ſectati ſunt:vt in primo fuerat vbi Sumat & heu cunctæ quas mi
ſit in ęquora gentes,e ſua ſede diſturbatũ diſſitumq; ſpectabatur. Ego Quid dubitas:ante Procedit non gentis
honos:aut decentius ante Mœſtus & ille minis,locandũ moneo. Nam quis quæſo ſenſus?quę verborum cohę
rentia?qđ interrogationis genus inter collationem eſſet?Ordo vero noſtri textus ſic reformati is erit cum ſenſu
quem admittẽt: vt ſpero, dilutę auris homines non Myopes nec male affecti.Non procedit decor ille iuuentę in
Med.qualis erat quando primũ vellere aureo decora nauẽ ingreſſa eſt.hoc ſi admittis,patentes vt conijcio cam
pi ſentibus exertis,magna vitæ planities ſublata rupium aſperitate,& Syrtibus declinatis nauigatio facilis pro-
ponitur.Chaonio trunco.Quęrcum ſignat.Notum eſt quęrcus dici Chaonias a Chaonia Epiri regione: cui no (Chaonię quęrcus.)
men Chaon Troianus teſte Virg.impoſuit. Altera virgo . Erat in Argo naue Palladis virginis effigies ad quã
primũ virgo Med.ſteterat.Quid dubitas.Quia dictum erat Medeam ſub dio multa mouere.Med . verba ſunt
ingementis.Quid dubitas.O Iaſon dubitas ne victus traharis ad Aeetan,aut quid aliud impellens ad ꝓditio-
nẽ & ingratitudinẽ.Heu dure. Inexorabilis.Magnũq; minatur. Verba fuerunt pauca:& ea intercisa . Inde minať
pœnam vel mortẽ crudelẽ Iaſ.ideo [illegible] ſequiť. Mœſt9 at ille minis.Nec nimis legere placuit: qđ codex Bonoñ.
impreſſum retinet.Hęret. Dubitat:an [illegible] Medeã deſerturus, an pter ſociorũ conſiliũ retenturus. Pudor. Retine
re monebat. Argo.decreta diſſuadeba[illegible] Dictis. Vult Medeam verbis lenire tempore interim fluẽte. Nam vbi
opportunitas ſe obtuliſſet ꝓpoſuerãt A[illegible] fratri Medeam reſtituere. Currere. exigere tempus,& ꝑcurrere.ſic di (Currere.)
cimus currere annũ.& apud Virg. Talia [illegible] ſuis dixerũt currit fuſis &c.& Ouid. Decurſa nouiſſima meta eſt.
Meruiſſe. Propter illud Magnũq; minatur. Poęta ad coronidẽ Argonautica nõ cõſcripſit. Nec ſatis ſcio an fide
liter emendata quæ ſuperſunt poſteris reliquerit:in cuius morte (vt dictum eſt)nos plurimũ amiſiſſe Quintil.
teſtať. Ea ſunt inſignis theologę:quę Valerianũ ęquor metiẽtes notatu digna duximus:in quibus nõnunq̃ cũ (Peroratio cõment.)
ſapiẽtibus putamus:interdũ loquitamur cũ audaculis. Ioannes Baptiſta Pius:homo impenſe literatus,in adno
tationibus poſterioribus aſſerit Codrum Vrceum Bonomẽſem in enodatione quorũdã verſuũ noſtri poetę, &
pleroſq; alios non parui nominis grãmaticos fuiſſe tenebris Valerianis nõ parum deterritos:quo ſane dicto ſu-
per obſcuritate maxima nos admonet:& quaſi deſperandã hoc in mari nauigationẽ oſtendit.atq;(vt libere fate
ar)non ſemel vnguẽ rodere poeta me compulit:triũq; characterũ q̃uis adiutus codicibus,quibus etiam acceſſit
quartus manu ſedula cuiuſcũq; fuerit inſcriptus, vela pene obuerti:cum tutius regrediendum q̃ male ꝓgrediẽ-
dum videatur. Sunt non pauci qui loca quædam penitus abdita reddidere clariora:ſunt qui nota prius fecerũt
incognita:& quę terſa inuenerunt loca,reliquerunt mẽdoſa. Pomp. Lętus ſine duce nõ emerſit ex pelago Val.
Sabell.perq̃ multa notauit. Quędam Ang. Polit. Bapt. Pius aliqua ꝓfunde rimatus eſt. Ianus Parrhaſius pau
ca admodum:ſed ingenioſe deducta. Baptiſta Egnatius in racemationibus ait ſe velle integros in Val. Flaccum
cõmentarios adſeruare. Daniel Caietanus in Medeam Senecæ cõmentarios edidiſſe aſſerit. Ipſe quoq; a Quin
tiano poeta grauiſſimo,oratoreq; conſummatiſſimo Volſcum accepi nonnihil in Vale.ſcripſiſſe. Horum ſane
nihil pter iactantiam ad Gallos perueniſſe exiſtimo. Optimã itaq; viſus ſum mihi nauare operam ſi tantis tene
bris lucis aliquãtulum infunderem:quod ne facerem monebat me vię obſcurę difficultas,quã intẽtatã caute ab
eruditioribus putaui:q; Mercurij lampade illuſtrata non eſſet. Dicẽt inuiduli liuore extremo,non nocturnis pal
leſcẽtes chartulis,collectanea eſſe:inuidioſe quoq; ramenta dictitabũt:q; auctorũ innitens ſententię non tã mẽ-
tẽ q̃ integros ipſos aduocẽ:quibus in pleriſq; nõ inficior. Cęterum diligenter perpendant,ſi libram ingenij ha-
beant exactam:menſurent ſi geometrica ſint illis inſtrumenta:conſiderentq;,modicus ne labor Argo fuerit tra
bes trabibus contignare ęqualiter:& Tiphy Argo nauem iuſte compactam cælo duce inter Cyaneas ductare.

# C. Valerij Flacci:

Credo me mari viam nouam oſtentans,nemo niſi volens ſequatur:ſi Scythia diſplicet,Gades petantur. Nihil enim mea intereſt an ipſe Creta ſoluẽs auſtrum adeas,an ſumptis Dędali alis ad Arctos nouo remigio trāſuoles. Inſurgatq; gens barbara ſi poteſt Palladiam ſectans carinam:ſed prouideat, ne Iunonis conſilio præuertatur:quæ marinis defunctam periculis tandem cælo collocet. Et hęc ſunt quæ doctiorum fornacibus recoquenda,emendandaq; amicorum calamis proponimus. Si recte ſenſi,ne abijciar inhoneſte,flagitoſi parum integre (abſit Albini venia)& id forſan frequentius putabitur atq; decet:cum multa humanitus contingere ſoleant:ne maior ſit queſo pœna q̃ peccatum:nec ingratus Perſarum rex nouus promatur,qui Nauarchum prius corona donatum interfecit. Scio multa Tiphyos contũ, Argi dexteram, Lynceiq; oculos expoſcere. Si noſtra non ſatis ſunt nauigaturis ad reuehendam nauem,ab Vlyſſe vtres Aeolios mutuētur. Iam quietis optatę ſignum:ego in caſteria remos depono:quos forſan altera vox propediem reuocabit: ſi vacet attentius intueri quæ curſim tranſegi.

FINIS Commentariorum Aegidii Maſerii Parrhiſieñ. in Argonautica Val. Flacci:quatenus extare ab eo comperta ſunt:mille ab eo locis diligentiſſime repoſita:nec paucioribus aliorum auctorum: quos citandos habuit:reſtitutis:In chalcographia Iodoci Badii Aſcenſii Ad decimũquartũ Kalendas Feb. Anni ad calculum Romanum,M,D,XIX,

Nicolai Buceleti Trambleyenſis Parrhiſiani ad Aegidium Maſerium Parrhi. præclarum bonarum literarum exemplar Hexaſtichon.

Alma tuum ſacro Tritonia pectus oliuo
  Fudit:& inde ſcatet nectar:amoma fluunt.
Te fouet Aegidium quæ poſſidet Aegida Pallas
  In formas tribuens vertere ſaxa nouas.
Aegidos in ſilices vertebat corpora terror:
  Inſolita ex ſaxis conficis arte viros.

Τέλος.

